






Fabricius
NTB


# IO. ALB. FABRICII
# BIBLIOTHECA LATINA

NVNC MELIVS DELECTA

RECTIVS DIGESTA ET AVCTA

DILIGENTIA

IO. AVG. ERNESTI.






TOMVS III.


*LIPSIAE*

APVD WEIDMANNI HEREDES ET REICHIVM

MDCCLXXIV.

# BIBLIOTHECAE LATINAE

SIVE

# NOTITIAE AVCTORVM VETERVM LATINORVM

## LIBER III.

*De Scriptoribus aeneae, et ferreae aetatis a temporibus Antoninorum ad corruptum sermonem latinum.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

# CAPVT I.

DE

# AVLO GELLIO.

I. *Gellii aetas.* II. *Noctes Atticae.* III. *Earum editiones.* IV. *Index Scriptorum a Gellio laudatorum.*

I. AVLVS a) GELLIVS, Romanus, Romae in Rhetorica disciplina Cornelii Frontonis, deinde Athenis Philosophorum Phavorini, Tauri, T. Eustachii, Peregrini et aliorum auditor, inde centumvirali dignitate praeditus fuit. A. Gellium vocant Lupus Ferrariensis Epist. 1. et 5. non Agellium, etiam Servii et S. Augustini Codices, nec non Prisciani, Ioannis Sarisberiensis item, Papiae et Vincentii Bellovacensis in speculo doctrinali: si in hoc *Agellius* etiam quandoque per errorem legitur, quod praefert cum Lipsio auctoritate Ms. Cod. Prisciani, quaest. Epist. VII, 8. item Iac. Schegkio, Lud. Carrione, G. I. Vossio, Salmasio in Comm. ad Arnobium, Obertus Gifanius Epistola ad Muretum, in qua etiam affert vetus hemistichion nescio cuius poëtae, *ut doctus Agellius inquit.* Atque Agellium reperit etiam eruditiss. Pfaffius in Codice epitomes Lactantii antiquissimo Taurinensi, quinti, si fas est credere, saeculi. Gaufridus sive Galfridus Anglicus circa a. 1200. clarus in poëtria nova v. 1836.

— *In simili forma retractat Agellius istud.*



Et

a) Gelliis variis in Glandorpii Onomastico p. 382. memoratis adde *Caium Gellium*, de quo Diodorus Sic. XX. T. 2. p. 817.

Et v. 1863. *et testis Agellius auctor.* Sed assentior Petro Servio, Medico Romano, qui capite 2. Miscellaneorum: b) *Apud plerosque*, inquit, *viros doctos invaluit opinio, apud Transalpinos omnes* (nimis dictum hoc liberaliter) *usus obtinuit, ut, vetere* AVLI GELLII *nomine repudiato,* AGELLIVS *appelletur. Ego vero antiquum retinendum esse nullus dubito. Id ut credam, faciunt sex Vaticani Codices, impressi libri omnes, et Romanus usus. Etenim ut hinc exordiar, Agelliam c) familiam vix, imo ne vix quidem, apud Romanos reperies: Gelliam vero apud Ciceronem, Livium, Dionysium, Valerium, Plutarchum, Asconium, Fastos Capitolinos. Accedit, quod si Agellii nomine gentilitio appellandus est, nam quae in* ius *desinunt gentilitia sunt, praenomen ei necessario imponendum: neque enim fieri potest, ut quispiam praenomine, hoc est, proprio nomine careat. At Agelli praenomen d) apud neminem videre est, aut veterem aut recentiorem auctorem: Ergo necessario sequitur ut Aulus sit praenomen, Gellius nomen gentilitium. — In uno eodemque libro Vaticano, qui solus habet* Agellius, *modo Agellius scriptus est per g minusculum, modo per maiusculum, ita,* AGellii liber quartus, *Unde constat, plane oscitantes fuisse librarios, nec de maiusculis literis, multo minus de punctis laborasse. Nemo enim non videt* AGellii *interpretandum esse* Auli Gellii, *et puncto intermedio seiungendum, assentientibus omnibus aliis Vaticanis libris, quorum plerique habent* Auli Gellii Noctes Atticae, *praenomine scilicet omnibus litteris scripto: alii* A. Gellii, *praenomine ex antiquo more exarato per unicam litteram*

b) Tom. 2. Miscell. Italic. erudit. Gaudentii Roberti p. 21.

c) *Α'γελλίυ* cuiusdam mentionem reperi apud Socratem V, to. Hist. Eccles. et sicut a servo Servilium, a virgula Virgilium, sic ab agello fieri Agellium Priscianus annotat libro IV. pag. 634. *C. Valerius C. F. Agellus* apud Gruterum in veteri inscript. p. MXVI. 3. et *Agelli Reddite* apud Fabrettum p. 260.

d) Dicere possis similiter Arnobii nullum praenomen exstare.

*ram A. puncto terminatam. Omnino igitur retinenda est vetus nomenclatura, et Aulus Gellius appellandus.* Atque id et demonstrat Lambecius in Prodromo Lucubrationum in Gellium. Eo valet etiam, quod apud Theodorum de mensibus occurrit Ἄυλος Ρωμαίων λόγιος, qui sine dubio est Gellius.

De Gellii aetate consulendi Dodwellus de aetate peripli maris Euxini §. 10. Camillus de Silvestris in Epist. ad Apostolum Zenum de A. Gellii aetate, in Sylloge, cui titulus Raccolta d'Opuscoli scientifici T. 6. p. 241. Norisius in Cenotaphiis Pisanis p. 464. Sub Antonino Pio vixisse et in principio imperii Antonini Philosophi mortuum esse, vix dubitari potest. — De doctrina viri non satis consentiunt. Augustinus de Civ. D. IX, 4. appellat *elegantissimi eloquii virum, et multae ac foecundae scientiae.* Salmasius libro de Hellenistica pag. 37. *Antoninorum aevo Agellius politissime et elegantissime scripsit, et prorsus ἀρχαικὸν dicendi modum imitatus est.* Idem pag. 85. *Agellius infinitis vocibus locum dedit in Atticis noctibus, quae noctem potius quam diem ea in aetate saperent, adeo obscura erant ac tenebrosa, et vix illius temporis hominibus intellecta. Apud omnes tamen hodie literatos pro elegantissimo Latinae linguae auctore habetur, et olim habitus est, passimque a Grammaticis tanquam scriptor idoneus citatus, a quibusdam etiam multis in locis ad verbum paene transcriptus.* Certe eo si careremus, multa ignoraremus, quae ad scientiam antiquitatis in rebus et in verbis pertinent.

II. Exstant *Noctium e) Atticarum* ad liberos suos *libri XX. f)* compositi post Consulatum Herodis Attici, quem



e) Gellii imitatione plures viri eruditi libros edidere, quos commemorare non est necesse.

f) In Catalogo MSS. If. Vossii cod. latino V. memoratur Aulus Gellius desinens in libro vigesimo tertio. Sed thesaurus, quod aiunt, carbones.

quem lib. I. c. 2. atque alibi Consularem appellat, h. e. post a. C. 143. Antonini Pii V. et post Consulatum secundum Erucii Clari XVII, 13. h. e. post a. C. 146. Antonini Pii VIII. quos ita inscripsit, quod longinquis per hiemem noctibus, in agro terrae Atticae, commentationes istas ludere ac facere exorsus esset, ut ipse ait in g) praefatione, quae in antiquioribus editionibus perperam locum extremum libri vigesimi occupat. Liber *sextus ἀκέφαλος* est. Libri *octavi*, qui in quindecim capita distinctus periit, sola *argumenta* ad nos pervenerunt, qualia libris suis Gellius praefixisse ipse in praef. testatur, etsi, quae hodie habemus an Gellii sint vel potius *Avieni h*) qui in Mſ. quodam Gellium recensuisse dicitur, ambigunt aliqui eruditorum ut H. Stephanus noctibus Parisinis num 4. 5. Olaus Borrichius in Cogitationibus de Latina lingua p. 79. et Fridericus Rappoltus Observationibus ad Gellii II, 28. p. 3. seq. Sed dubitant sine magna causa, ut iam notatum Iac. Gronovio p. 12. et 743. et nuper ostendit Christianus Falsterus in vigilia prima, Gellianis noctibus apud Ripenses impensa, editaque Hafniae 1721. 8. in qua libri octavi argumenta singulari studio illustravit, notavitque illa primum lucem vidisse ex Codice, ut ait editor, vetustissimo, in editione Veneta Philippi Pincii Mantuani a. 1500. Libri octavi caput quintum ex ingenio restituit Durantius Casellius l. 2. c. 4. Var. Lectionum.

III. Primi Gellium edidere Conradus Sweinheim et Arnoldus Panartz Romae 1469. fol. recensente *Ioan. Andrea Episcopo* Aleriensi, cuius longa praemissa est praefa-

g) Praefationem loco suo motam postliminio restituendam monuit Salmasius Prolegomenis ad Solin. et Langbaenius in limine notarum ad libellum aureolum Longini περὶ ὕψους. Quod factum etiam in editionibus Gellii Oiseliana et Gronovianis.

h) Vide Iac. Schegkii praemess. Epist. 6.

praefatio ad Paullum II. Pontificem Romanum, inprimis illa lectu digna ad cognoscendas res illius et ad rationem huius editionis. Ait, autem, exempla Gellii valde vitiosa fuisse, seque in recognitione huius Gelliani operis permagnos labores sustinuisse. Inprimis laborarat in Graecis et reperiendis, ubi in exemplis latinis non erant, iisdemque emendandis et latine vertendis, adiutoremque in ea re habuerat *Theodorum Gazam*. Et hae interpretationes latinae in exemplo hoc eius additae sunt, sed addito semper in principio, *id est:* ne quis pro Gellianis haberet: quae versiones servatae diu, a recentioribus omissae sunt: similiterque se fecisse dicit in *Macrobio* et *Apuleio*, eoque nomine se calumniis appetitum esse a pluribus Romanis, qui dicerent, eum sua auctoribus veteribus inculcare, quos contra in praefatione multa disputat. Idem Commentarios in Gellium scripsit, quos eodem anno Romae editos, memorat Catalogus Gudianus p. 327.

Editio Veneta prima ex aedibus Petri de Maximis a. 1472. fol. lucem vidit, et cum MSS. collata a Francisco Iunio, Francisci filio, exstat inter libros Is. Vossii Lugduni Batavor. Eodem anno editio Gellii Venetiis curata est per Nicolaum Ienson Gallicum, fol. Memoratur et altera Romana a. 1474. fol. Veneta item alia a. 1477. fol. per Andream Iacobi Catharensem. Dehinc secuta est Brixiensis per Boninum de Boninis de Ragusa, a. 1485. correctore Marco Scaramucino de Palatiolo. In ea legitur hocce octastichon:

*Si quem Cecropia clarum Latiaque Camoena*
*Esse iuvat, Gelli scripta probanda legat.*
*Attica nox luci nunquam cessura diurnae*
*Ad varias artes quam bene monstrat iter.*

*En tibi, docta cohors, Marcus correxit ad unguem,*
*Quem tulit Adriaco Brixia Marte potens.*
*Si quid erit falsi, veniam dabis, inscia turba*
*Forsitan huic nocuit, dum celerabat opus.*

Vicentinam Gellii editionem commemorat Barthius p. 1597. Adverſ. Veneta tertia a. 1486. quarta 1491. quinta 1494. f. sexta 1500. Philippi Pincii Mantuani, et septima 1509. 4. ap. Io. de Tridino cum praef. *Phil. Beroaldi*, qui primus post Andream critica diligentia textum recognovit: sed ab ipso instituta editio facta est Bonon. 1503. f. dedicata est Sigismundo e gente Hohenloa Germano, qui cum duobus fratribus Bononiae scholas Beroaldi frequentabat. Nam tum multi nobiles Bononiam discendarum literarum causa ibant, ut ex illa epistola discimus. In hac *libri octavi argumenta* primum edita fuerunt. Sequuntur Basileensis a. 1506. et Parisiensis 1511. 4. in aedibus Ascensianis, ad exemplar recognitionis Beroaldinae: et 1515. 4. ex recensione *Ioannis Connelli*, cum praef. eiusdem Philippi Beroaldi. Florentina deinde extitit Philippi Iuntae a. 1513. 8. edente *Carolo Aldobrandino*, qui ex Codice Mediceo et aliis Mss. Gellium emendasse se profitetur praef. ad Laurentium Medicem. *Eo factum est ut ego Gellii noctes Atticas admiratus semper amaverim, et cum primum potui, Magnifice Laurenti, si non emendatas, minus certe corruptas ad alios transmiserim. Qui sane multi temporis labor fuit, in quo cum alibi veteres Codices, quotquot adspicere licuit, tum vero ex antiqua Bibliotheca tua emendatos, cum his, qui circumferuntur, diu omni diligentia contuli, utinamque, quod volui, mihi et aliis ex eo labore operae pretium sequutum sit.* Paullo post Aldina a. 1515. 8. prodiit, Lugdunensis, forma minore a. 1515. 8. Argentoratensis a. 1517. fol. cum praefatione *Nic. Gerbellii*, Phorcensis: et altera 1521. 8. Basileensis

leensis 1519. fol. Parisiensis cum scholiis *Badii Ascensii*, qui illa ex *Aegidii Maserii* Parisiensis annotatis collegisse non diffitetur: Paris. a. 1519. 1524. f. et tertia 1532. f. in qua accesserunt notae *Petri Mosellani*. Coloniensis apud Eucharium Cervicornum 1526. fol. et eodem anno apud Soterem, 8. et *Petri Mosellani* Protognensis in Gellium annotationes Basil. 1526. 8. quae exstant etiam in edit. Gellii Paris. 1532. & Colon. 1533. 1537. et 1549. 1566. 8. apud Gymnicum. Basil. 1549. 1561. Lugdunensis apud Seb. Gryphium 1534; et altera Gryphiana 1539. et tertia 1546. quarta 1550. quinta 1555. sexta 1559. 12. septima 1561. et octava 1566. 8. apud Ant. Gryphium. Veneta 1544. et 1573. 8. Parisiensis quarta 1564. 12. et quinta 1584. apud Hieron. de Marnef etc. forma minore. Lugdunensis apud Barthol. Vincentium 1571. et altera 1585. 12. tertia 1592. 12. Tornaesiana. Genevensis 1621. forma minore.

Sed inprimis utilem operam huic scriptori castigando praestitit *Lud. Carrio*, et qui eum cum notis, emendationibus et noctibus Parisinis *i*) edidit *H. Stephanus* Paris. 1585. 8. etsi commentarios eorum integros in Gellium desideramus. Editionem Gellii Genevensem sive Aurel. Allobrog. a. 1609. ex H. Stephani recusam recensione et contextu scriptoris emendatiorem, et ob notas, breves quidem sed optimae frugis, utpote e Carrione, Iureto, Cuiacio, Turnebo, Casaubono, Lipsio, Manutio, Adr. Iunio, Meursio, Fruterio, Dionys. Gothofredo selectas, commendat Christianus Tychonius Epistola ad Christianum Falsterum specimini huius Gelliano inserta p. 69.

 Emen-

*i*) In prima statim Gellium Stephanus tuetur adversus acrem Ludovici Vivis censuram, qui lib. 3. de disciplinis Gellium vocat *hominem rhapsodum plane, congestorem potius quam digestorem, et ostentatorem quam peritum, loquaculum sine eruditione, in verbis ac sententiis putidulum* etc.

Emendatiſſimam vero Gellii editionem a. 1651. 12. Amſtelodami in lucem emiſit *Io. Frid. Gronovius*, atque iterum 1665. 12. quam ut plurimum ſequitur Lugdunenſis, quae *Antonii Thyſii*, et cum ille labori huic immortuus eſſet, *Iacobi Oiſelii* cura in Belgio prodiit, ſelectaque ex variis doctiſſimorum hominum ſcriptis commentaria adiuncta habet, ſubiecto indice ſcriptorum a Gellio commemoratorum a. 1666. 8. In uſum Delphini Gellium edidit *Iacobus Prouſt*, Pariſ. 1681. 4. notis additis ſatis vulgaribus. Ab eo tempore Gellius cum notis et emendationibus *Ioann Frid. Gronovii* ad priores novem libros excuſus eſt Lugd. Bat. 1687. 8. Denique ibidem 1706. 4. luculentam Gellii editionem adornavit *Iacobus Gronovius*, in qua locis quampluri-mis emendatior eſt contextus e collatione Mſſ. Codicum, tum notis utriuſque Gronovii parentis et filii, quorum caſtigationibus acceſſerunt *P. Lambecii* Prodromus lucubrationum Gellianarum, *Caſp. Scioppii k)* integra collatio duorum Codicum Mſſ. et ex *Lud. Carrionis* Caſtigationibus excerpta. Notae Variorum ex editione Thyſiana non integrae adiunctae ſunt, ſed loco earum frequentes Thyſii et Oiſelii et aliorum reprehenſiones Iac. Gronovii. Haec editio repetita eſt Lipſiae a. 1762. 8. cum Excurſ. et praef. *I. L. Conradi*

Multi viri docti in animo habuere, conatique ſunt Gellium vel corrigere vel illuſtrare, ſed aut praeventi ſunt morte, aut alia qua cauſa impediti. Deſideramus quidem Carrionis plenos commentarios, perinde ut lucubrationes *Oberti Giſanii*, inter cuius inedita memorantur emendationes et notae in Cornelium Nepotem, Symmachum et Prudentium, nec non Agellii noctium Atti-

k) Sciopius in Epiſtola ad Lipſium data Romae a. 1600. T. 2. ſylloges Burmannianae p 51. *Notis in Apuleium neſcio ſi ſubiungam editionem novam Agellii, cuius Mſſ. in Vaticano ſunt boni, apud Fulvium* (Vrſinum) *optimi.*

Atticarum libri, aliquot veterum Codicum ope diligenter emendati cum notis. (vide amoenitates litterarias V. C. Io. Georgii Schelhornii T. XII. p. 391.) item editiones promissas a Iusto Lipsio, *l*) Ios. Scaligero et Io. Wowerio, *m*) Io. Pricaeo, Cornelio van Dalen, Petro Menardo Turonensi, et Claudio Salmasio. *Petri* quoque *Lambecii* prodromus lucubrationum in Gellium, quem cum Mſ. Regio Parisiensi contulerat, typis expressus Parisſ. 1647. 8. epidromo caret, nec prodromi editio secunda, quam priore quadruplo auctiorem in prodromo historiae literariae idem Lambecius promisit, unquam lucem adspexit. *Philippi Caroli* animadversiones in Agellium cum eiusdem in Curtium observatis, praemissa de Criticis dissertatione, post eius obitum a Christoph. Arnoldo editae Norimbergae 1663. 8. non ultra librum 14. *n*) procedunt.

Iani Passeratii notarum in Gellium Mstarum, quae fuerint apud Iac. Mentelium Paris. Medicum, mentio in Lucae Langermanni ad Lambecium Epistolis Mſſ. Editionem Gellii affectam pridem a Lipsio liquet ex Epistola eius ad Theodor. Canterum a. 1580. *Agellius meus paratus est; differo tamen propter commentarium Cornelianum,* (in Tacitum) *quem priorem extrudere volo.* Merico Casaubono etiam (praef. ad Polybium) Casp. Scioppio, et Henrico Ernstio Gellium edere in animo fuit. Scaligerana p. 160. *Lucas Fruterius avoit un Agellius tout prest d'estre imprimé, qui luy a esté derobé.* Gellii noctes illustriores a se factas proximis nundinis emissurum se scripsit *Carolus Hannibal Fabrottus* Commentario ad XVI. 10. Cod. Theodos. de paganis pag. 9. Paris. 1618. 4. sed nescio quibus causis impe-

*l*) Vide Lipsium II, 3. elect.

*m*) Wower. Centur. I. Epist. 14. 49. II, 18. 65. 67.

*n*) Christophorus Adamus Rupertus nota marginali ad Caroli animadversiones pag. 280. ad illa verba: Agite igitur o mei, perseverate animum. *Utinam et auctor perseverasset, nec imperfectas nobis lucubrationes reliquisset.*

impeditus id neutiquam praestitit. Nescio cuius *Grenirii* Zelandi notas in Gellium memorat If. Vossius, Epistola ad Nic. Heinsium data a. 1651. T. 3. Sylloges Burmannianae p. 623. et Io. Lelandus de scriptoribus Britan. p. 486. commemorat cuiusdam *Io. Claimundi* commentarium ab eo iuvene scriptum.

Novae quam parabat editioni Gellii laudatus Falsterus etiam prolusit libris duobus sermonum XCII. quibus libere Gelliano lepore antiquitatis, varia nova atque erudita promit, editis Amstelodami 1729. 8. His Bibliopola praefixit titulum: *amoenitates philologicae sive discursus varii.* Tomum secundum claudit libellus commentarius de vita et rebus Auli Gellii, quo elogium quoque illius scriptoris et apologia continetur. Nonnulla Gellii loca praeter Falsterum in iam memorato specimine et in novis literariis Lipsiensibus a. 1721. p. 138. seq. illustrat *Adamus Henricus Lackmannus* in primitiis Vtinensibus, Lubec. 1725. 4. p. 47. seqq. add. Obs. Misc. Dorv. IV. p. 431.

*Glossarium* vocum haud vulgarium in Gellio edere voluit Barthius, cuius specimen vulgavit VIII, 16. Adv. Verborum Gellianorum rariorum Catalogum exhibet quoque Iacobus Mosantus Briosius in Epistolis editis Cadomi 1670. 8. p. 224. seq. Sed usibus studiosorum longe accommodatius erat futurum pleniusque *Lexicon Gellianum*, quod pulchris locupletatum observationibus daturus erat, et cuius specimen vulgavit Cl. vir Christianus Falsterus. Iulii Caesaris Scaligeri *problemata Gelliana*, edita sunt Amstelod. 1651. 12. D. Frid Rappolti *Logica Gelliana*, in qua loca Gellii ad Dialecticam spectantia illustrantur, prodiit separatim Lipsiae 1654. 4. *Polydori Tardiolae*, sive D. *Antonii Gatti* Agellius vindicatus Romae, sive Mediolani potius 1702. 8. est dissertatio referta conviciis in Iustum Vicecomitem sive P. Mazzuchellum super loco

Gellii

Gellii XVI, 13. de municipiis in ius Coloniarum mutari gestientibus. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. XII. pag. 411. XIV. pag. 140. seqq.

# IV. INDEX SCRIPTORVM A GELLIO LAVDATORVM

*ex editione Iac. Gronovii.*

Prior numerus librum, posterior capita libri designat.

*Epho-*

*M. Por-*

o) Male alii *poenis*, adde Virdungum ad Taciti Agricolam c. 39.

*P. Te-*

p) Φιλοκτήτης.

*P. Terentius Afer* 4, 16. 7, 7. 18, 12. Heautontimorumeno 4, 9. Phormione 20, 6.

*Q. Terentius Scaurus* de erroribus Caesellii 11, 15.

*M. Terentius Varro* 1, 20. 2, 18. 21. 28. 3, 14. 4, 16. 5, 21. 7, 14. 9, 9. 10, 7. 27. 11, 6. 8. 16. 18. 17, 4. 21. 18, 9. 19, 10. de comoediis Plautinis libro primo 3, 3. 17, 21. in libris de lingua Latina 7, 11. libris ad Marcellum de lingua Latina 8, 12. de lingua Latina ad Ciceronem libro sexto 10, 21. libro octavo 2, 25. libro quartovicesimo 16, 8. de poëtis primo 1, 24. 17, 21. libro de re rustica tertio 2, 20. de sermone Latino ad Marcellum libro secundo 12, 6. 10. libro tertio 16, 12. in libris disciplinarum 18, 15. libro quarto 10, 1. libris divinarum 16, 17. libro secundo 10, 15. libro septimo 18, 12. quarto decimo 3, 16. 15, 30. in libro Pius, aut de pace 17, 18. epistolicarum quaestionum libro quarto in literis ad Oppianum 14, 7. 8. epistola ad Ser. Sulpicium 2, 10. Hebdomadum vel de imaginibus libro primo 3, 10. 11. libris sive antiquitatibus rerum humanarum 11, 1. libro primo 13, 16. quarto decimo 1, 18. octavo decimo 1, 16. uno et vicesimo 11, 1. 13, 12. 13. quinto vicesimo 17, 3. humanarum libro de bello et pace 1, 25. humanarum libro de diebus 3, 2. libro Isagogico 14, 7. in logistorico Catus, sive de liberis educandis 4, 19. 20, 11. in Sisenna vel de historia 16, 9. Satyra Menippaea de officio mariti 1, 17. in Satyra, Nescis quid serus vesper vehat 1, 22. 13, 11. Satyra Orestes, sive de insania 13, 4. in Satyra Testamentum 3, 16. in libro Satyrarum qui est, Exdemetricus 19, 8. in Satyra Menippaea ἱπποκύων 3, 18. Satyra ὑδροκρύων 13, 30. Satyra περὶ ἐδεσμάτων 7, 16. 15, 19. Satyra, δὶς παῖδες οἱ γέρον-

# INDEX LEGVM, ET ALIORVM MONVMENTORVM, ITEMQVE INCERTORVM SCRIPTORVM A GELLIO CITATORVM.



Lex

q) Cicero II, 12. de Oratore: *Erat historia nihil aliud quam* annalium *confectio. Cuius rei, memoriaeque publicae retinendae causa ab initio rerum* Romanarum, *usque ad* P. Mucium Pontificem Max. *res omnes singulorum annorum mandabant litteris Pontifex Max. efferebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, ii qui etiam tunc* Annales maximi *nominantur.*

INDICEM verborum Gellianorum, a *Iac. Mosanto Briosio* confectum v. infra c. 4. in Censorino.



CAPVT

# CAPVT II.

## DE

# L. APVLEIO.

I. *Apuleji aetas.* II. *Libri Metamorphoseon.* III. *Apologia.* IV. *De mundo.* V. *De Deo Socratis.* VI. *De Philosophia libri tres.* VII. *Florida.* VIII. *Editiones.* IX. *Supposita vel dubia scripta.* X. *Deperdita.* XI. *De Apuleji dictione.* XII. *Index Scriptorum in Apulejo memoratorum.*

I. L. *a*) APVLEIVS ex Madaura, Africae Civitate, *b*) semi Numida et semi Gaetulus, Carthagine in pueritia disciplinas adeptus, Orator, ICtus et

*a*) Praenomen *Lucii*, ut spurium, reiiciunt Elmenhorstius ad Apulei. Erycius Puteanus promulside Epistolarum cent. 1. epist. 38. et Salmasius commentario inchoato ad Arnob. ubi suspicatur, Apuleium et Agellium, more Graecorum, praenomine abstinuisse. Ibidem notat in vett. inscriptionibus memorari C. Apuleium P. F. Filonem, D. Apuleium Ionicum, M. Apuleium Proculum, Sex. Apuleium, Sex. L. Apollonium et Sex. Apuleium Themistoclem; et cum duplici pp. Sex. Appuleium Fumosum, P. Appuleium Vrbicum, P. Appuleium P. F. Volpaternum, A. Appuleium A. L. Thyasum. Etiam Apuleius L. L. Libanus faber lignarius apud Sponium p. 60. Misc. P. Appuleii mentio ap. Ciceronem XII, 13. ad Attic. atque Philipp. 6. et 14. atque alibi. L. Apuleius Camilli accusator est Plutarch. Camillo p. 134. Sex. Apuleius Nepos, M. Apuleius et Sextus Apuleius, consules fuere Romae A. V. C. 725. 734. 764. Apuleius Celsus Medicus, de quo infra. Caecilius Apuleius Minutianus Grammaticus, cuius libri 2. de Orthographia MSS. feruntur, e quibus nonnihil profert Gyraldus IV. de poetis p. 204. et Coelius Rhodiginus VII, 4. antiquar. lect. et XII, 18. XVIII, 1. XXII, 13. Alius Lucius Apuleius Grammaticus quem, temporibus Ptolemaei Lathyri, ab Eficio Calvino Equite Rom. praedivite 400. HS. annuis conductum, multos docuisse refert Svetonius cap. 3. de illustribus Grammaticis. Apuleii militis meminit Plinius X, 16. Epist. Apuleii Rufini Cos. mentio in Spartiani Severo cap. 4. is suffectus fuit cum aliis viginti a. C. 185. De aliis Apuleiis Io. Glandorpius p. 110. Onomastici. Caeterum de Apuleji Platonici aetate adi, praeter editores, P. Pithoeum lib. 2. c. 10. Adversar. subcisiv. Iac. Raevardum

et Philosophus Platonicus nobilis doctusque utraque lingua, Graeca et Latina, nondum sub Traiano floruit, ut Petavio visum, neque Theodosii demum aetate, ut doctissimus quidam Iurisconsultus contendit, sed temporibus Antonini Pii ac fratrum M. Antonini Philosophi et Veri, ut ex Apologia eius constat, qua, ut alia iam omittam, ait, se Lolliano Avito praesente disserere, eique se purgare conatur. Fuit autem Lollianus sub his fratribus Bithyniae praeses, attigitque etiam Helvii Pertinacis adultam aetatem, etsi, Pertinace ad imperium evecto Lollianum superfuisse, ex Capitolino probari non potest. Memorat eum Lactantius V, 3. et ante Lactantium Septimius Severus Imp. in Epistola c) ad Senatum scribens, Clodium Albinum inter Milesias Punicas Apuleii sui consenescere. Apuleii effigies cum ramo lauri exstat in numo ap. Sigebertum Havercampum diss. de numis contorniatis p. 152. et Andream Morellum in specimine rei numariae antiquae Tabula 2. p. 45. ubi nomen sine praenomine *Apuleius* scribitur, non *Appuleius*, sicut in aliis antiquis monumentis, ut in inscriptionibus Dalmaticis Io. Lucidi p. 548. D. M. S. APPVLEIO P. F. FRONTONI AE. II. VIR. QQ. PONT. SAB. MAXIMA MARITO D. S. B. M. add. not. a. extr. Apuleii Theologiam exponit Christianus Falsterus in cogitationibus variis Philologicis editis Flensburgi a. 1719. 8. p. 37-43. Apuleii ceterum quanquam probo ingenium atque eruditionem magni facio,

dum lib. 1. variorr. cap. 20. Ioan. Ionsium lib. 3. cap. 11. de scriptoribus Historiae Philosophicae et Petrum Baelium in Lexico. Apuleii et Lucii Apuleiani effigiem aere descriptam vide si placet T. 3. thesauri antiquitatum Graecarum Gronoviani, *nnnn. oooo.* et ex veteri gemma duplici apud Licetum p. 253. 255. antiquor. schematum gemmarum anularium.

b) De Madaura, Apuleii patria, Theodoricus Ruinartus ad Victorem Vitensem pag. 277. qui etiam statuam Apuleio apud Oeenses positam p. 392. notat ex S. Augustini Epist. 5. (edit. novae 138.) Oeensis fuit uxor Apuleii *Pudentilla*, ex Tripolitana Africae provincia.

c) Apud Iul. Capitolin. in Albino cap. 12.

facio, tamen Musas, si Latine loqui vellent, Apuleii sermone locuturas, nolim Phil. Beroaldo credere. Plauti imitatorem observat Lipsius II, 22. epistolic. quaest.

II. Exstant Apuleii *Metamorphoseos*, sive fabularum Milesiarum *libri XI.* Vulgo, sed perperam, inscribuntur *de asino aureo*: quem errorem genuit non intellectum illorum elogium, qui asinum Apuleii, hoc est lusum Apuleii de asino, ob suavem, ingeniosam et eruditam elegantiam sermonis, aureum appellarunt, uti Fulgentius in libello de prisco sermone et alii. Sic aurea Pythagorae carmina, et aurei atque aureoli homines pro praestantibus, ut notavit Salmasius ad Solin. p. 17. et ad Claudium Trebellii Pollionis pag. 361. aurea aetas, genus aureum etc. et in postremis saeculis legenda aurea Iacobi de Voragine, Historia aurea Ioannis Trimuthensis, ac similia. Perinde etiam ut aureus Apuleii asinus, ita etiam dicitur aureum קוף sive *aurea simia* Iudaeorum Levit. XXVI, 44. de qua exstat erudita D. Io. Benedicti Carpzovii dissertatio, edita Lipsiae 1684 et in eius dispp. Academicis p. 442. recusa: Italis *argenteae Epistolae* M. Claudii Ptolemaei, excusae Venetiis 1547. 4. Porro notum est, Apuleium fabulam, quam his libris persequitur, quamque ipse Graecanicam appellat, mutuatum e libris Metamorphoseos *Lucii Patrensis*, quorum apud Photium mentio, et quos *Lucianus* in obsceno suo Asino expressit. Ex hac fabula Lucii etiam praenomen Apuleio tributum videtur a librariis. At in pandectis Brandenburgicis p. 234. perperam legas, Lucium Apuleium Madaurensem a Photio Cod. 129. Patrensem vocari. Nam Lucius ille Patrensis longe diversus est et antiquior Apuleio, Graeceque scripsit, ut diximus, μεταμορφώσεως λόγυς. Hos imitatus est latine Apuleius, cuius apud Photium nulla mentio. Memorat autem Severus Imp. in litteris

ris ad Senatum, de Clodio Albino: *maior fuit dolor, quod illum pro litterato laudandum plerique duxistis, cum ille naeniis quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apuleii sui et ludicra litteraria consenesceret.* v. Iulius Capitolin. T. I. pag. 703. Μιλησιακά turpibus iocis plena scripserat Aristides, quae interpretatus fuit Sisenna, cuius Milesiarum libri a Charisio memorantur. Ovidius 2. Trist. V, 443.

*Vertit Aristidem Sisenna: nec obfuit illi.*
*Historiae turpes inseruisse iocos.*

Milesias item Clodii Albini Capitolinus memorat. Vide et Politiani Miscellanea cap. 16.

Tota porro haec metamorphosis Apuleiana et stilo et sententia satyricon est perpetuum, ut recte observavit Casp. Barthius Adversar. lib. 51. cap. 11. in quo magica deliria, sacrificulorum scelera, adulterorum crimina, furum et latronum impunitae factiones perstringuntur. Ne autem, puto, frustra esset vulgo *aurei* nomen Asino huic inditum, ventrem ipsius ruspari non dedignantur fumivenduli chrysopoeae sectatores, aurum se ex eius stercore, ut olim ex Ennii Virgilius, colligere posse sperantes, mirum quam inaniter! *Haec Iulianus Floridus in limine notarum ad Apuleium. Asinum aureum* vocant praeter Fulgentium de prisco sermone, S. Augustinus XVIII, 18. de Civ. Dei et Commentator vetus ad Horatii Epod. 15. Metamorphoseon libros idem nominat Fulgentius. Apuleii etiam insistere se vestigiis profitetur liber bis iam excusus *Anglice* et tabulis aeneis ornatus hoc titulo: the new metamorphosis, or the pleasant transformation, being the golden ass of Lucius Apuleius of Medaura, alter'd and improv'd to the modern times and manners, exposing the secret folies and vices of maids, wives and widows, nuns, fryars, Iesuits, Statesmen and Courtiers

tiers, written in Italian by Carlo Monte Socio, fellow of the Academie of Humoristi in Rome, and translated from the Vatican Manuscript. Lond. 1714. 1723. 12. prefix'd the life of Apuleius.

Seorsim editi sunt hi libri a *Philippo Beroaldo*, qui auctoris vitam, argumenta et interpretationem verborum difficilium, sequentes editores Commentarios appellant, sive scholia, addidit Venet 1501. fol. apud Sim. Bevilaquam: repetiti ibid. 1504. fol. deinde Paris. 1510. 4. 1512. fol. nitidissime apud Io. Philippum Magistrum et 1536. 8. apud Simonem Colinaeum etc. Extat et editio Paris. 4. s. a. cum Beroaldi argumentis. Superiore seculo eosdem libros cum notis et observationibus copiosis, Phrasin Apuleii potissimum illustrantibus, vulgavit *I. Pricaeus* Goudae 1650. 8. Loca quaedam e Ms. Iacobi Zabarellae emendat Octavius Ferrarius lib. 1. elector. cap. 14. seq. et 19. seq. Multa in hoc libro esse adhuc vitiosa, vere queritur *Nic. Heinsius* in epist. ad I. Fr. Gronovium, Syll. Burm. T. III. p. 464. Loca eius quaedam tentantur in Obs. Misc. Dorv. Vol. II. et III. Manuscriptum exemplum literis Langobardicis extat in Bibl Medicea Flor. v. Nouveau Traité diplom. T. III. p. 278. *Gallice* pridem verterunt *Guilelmus Michaelis* a. 1522. 4. Inde *Georgius de la Bouthiere* Lugd. 1553. et 1556. forma minore: atque *Ioannes Louveau* Lugd. 1559. 1584. 8. *Ioannes de Montlyard*, qui etiam prioris interpretis hallucinationes perstringit Paris. 1612. 1616. 12. et 1623. 8. cum tabulis aeneis notisque. Novissime Paris. 1692. 12. prodiere *les Amours de Psiche et de Cupidon traduits d'Apulée, avec des remarques*, auctore Fontano. Eosdem amores ad Apuleii descriptionem tabulis XXXII. ingeniose depictos a Raphaële Vrbinate, totidem tabulis aere nitide descripsere Augustinus *d*) Venetus, Villamena, et Nicolaus

*d*) Bibliotheca Vilenbroukiana p. 131. 132.

colaus Doringi, quae cum notis Io. Petri Bellorii prodierunt Romae 1693. fol. His adde denique novam *Culturii e)* versionem, quae prodiit Paris. 1707. 12. *Anglicam* per *Williamum Adlingtonum* Lond. 1571. 4. 1639. 4. *Hispanicam*, Madrit. 1605. 8. *Italicam* Matthaei Mariae Boiardi *f)* Venet. 1518. 1519. 8. *Angeli Florenteolae*, Venet. 1549. 8. et *Hieron. Parabosci* Venet. 1601. 4. atque *Pomponii Vizanii*, Bononiae 1607. 8. prodiit et Venet. 1662. 12. *Germanica* versio lucem vidit Francof. 1605. 8. *Belgica* Harlem. 1636. Antw. 1669. 12. etc. *Suecica* auctore Martino Nyman, *g)* Consule postea Stockholmensi: then underskiöne Psyche, utaf Apuleio Madaurense utdragen och forswenskat igenom matteligheet nyckterhetennes Stalbroder. Vpsala 1666. 8. et Holmiae 1690. 8. *Germanica* alia *Io. Sideri* Francof. 1605. 8.

III. *Oratio de Magia*, *h)* sive *Apologia* copiosissima, ut ait Augustinus *i)* et disertissima, qua crimen artium Magicarum a se alienum esse defendit Gabratae, *k)* oppido Africae, ad Claudium Maximum Procos. Quoniam vero Apuleius testatur, sibi ad defendendum vix tres vel quinque dies integros fuisse, hinc Scipio Gentilis suspicatur, aliam fuisse orationem quam Apuleius dixit,

*e)* Baronis des Coutures.

*f)* Giornale de' letterati d' Italia T. XIII. p. 291.

*g)* Acta literaria Svecia a. 1724. p. 588.

*h)* Christodorus Thebanus lib. V. Anthologiae pag. 531. εἰς Ἀπουλήϊον τὸν μάγον, cuius imago erat CPoli in Gymnasio publico, quod a Zeuxippo nomen habuit:

Καὶ νοερῆς ἄφθεγκτα Λατινίδος ὄργια Μούσης
Ἄζετο παπταίνων Ἀπουλήϊος ὅντινα μύστην
Αὐσονὶς ἀῤῥήτῳ σοφίης ἀνεθρέψατο σειγήν.

Crimen Magiae ab Apulejo removent Gabr. Naudaeus, et in Apologia Apuleji, Bacchi, Epicuri et Phalaridis Andreas Arnaldus Forcalqueriensis. Multa et mira de illo memorari solita scripsit Lactantius V, 3.

*i)* Augustinus Ep. 3. ad Ianuar. (edit. novae 137.) c. 13. et Epist. 5. ad Marcellinum (edit. novae 138.) cap. 19.

*k)* Salmas. p. 322. ad Solinum.

dixit, aliam hanc Apologiam et magis elaboratam, quam edidit. Idem Gentilis, et ante eum Colvius, atque inprimis Casaubonus docent, falli eos, qui hanc Apologiam, quasi duas, *l*) inscribant, alteramque velint inchoare a verbis p. 318. edit. Scipionis Gentilis: *Nunc tempus est ad Epistolas Pudentillae* etc. Separatim lucem adspexit cum notis *Isaaci Casauboni*, ex Commelini officina a. 1594. 4. cum castigationibus *Io. Meursii* Lugd. Bat. 1607. 8. et cum commentario *Scipionis Gentilis*, cui Meursii itidem castigationes subiectae sunt, Hanov. eod. a. 8. denique cum animadversionibus *Io. Pricaei*, *m*) in quibus et varia antiqua monumenta, Arundeliana, aliaque aeri incisa exhibentur et illustrantur Paris. 1635. 4. Nonnullas Godofredi Iungermanni emendationes exhibet Thomas Crenius parte V. animadvers. p. 15. seq. Aliae Anonymi sunt in Obss. Misc. Vol. II. et III. De Iuliani Theurgi, Apollonii Tyanei et Apuleii Magia vide et si placet, Anastasium Sinaitam quaest. XX.

IV. *Liber de mundo*, ex libro eiusdem argumenti, qui sub *Aristotelis* nomine ambulat, paene ad verbum expressus. In Alberti de Eyb Margarita poëtica inscribitur *de habitudine mundi.* Huius praestantissimam editionem debemus *Bonav. Vulcanio*, qui Graecis Aristotelis verbis per singulas paragraphos interpretationem Apuleii aliamque magis adstrictam *Guil. Budaei*, et sua Scholia adiecit Lugd. Bat. 1591. 8. Quasdam Apuleii in interpretando hallucinationes praeter Budaeum obser-

*l*) Sic Albertus de Eyb, Papae Pii II. Cubicularius libros Apuleji de Magia memorans in Margarita poëtica edita a. 1472.

*m*) Bonnetus Bourdelotius notis ad Colomesii Bibl. selectam p. 189. *Pricaeus arrivant en France, avoit des recommendations de gens de lettres pour mon grand oncle Jean Bourdelot, qui l'assista de ses amis, de son argent & de ses livres, & qui fit imprimer a ses frais son Apologie d'Apulée, dont j'ay encore les planches de cuivre, sur lesquelles ont été tirées les figures d'Antiquitez, qui sont dans ce livre.*

obſervavit et *Petrus Alcyonius*, *n*) qui eundem Ariſtotelis librum latine vertit. Vide et A. Bootii animadverſiones ſacras p. 166. Libri huius mentio eſt apud S. Auguſtinum IV, 2. de Civ. Dei. neque erat quod de auctore Apuleio dubitaret Menagius ad Laërtii VII, 154. Ex hoc libello *Theologiam Apuleii* cum notis exhibuit Chriſtianus Falſterus in Cogitationibus Philologicis, Cogitatione VI. p. 37. ſqq.

V. *Liber*, ſive Oratio extemporalis, *de Deo Socratis*, quem de Daemone Socratis potius inſcribendum fuiſſe monet Auguſtinus l. c. VIII, 12. quamvis Genium, *o*) Deum naturae cuiuſque hominis veteribus appellatum fuiſſe conſtet: et Daemonibus atque animis tributum paſſim nomen Deorum, perinde ut Daemonum *p*) Diis. Commemoratur et Priſciano X. p. 885. Io. Sarisb. Policr. VI, 27. Ep. 172. Vincentio Bellov. Spec. hiſt. IV, 7. Seorſim prodiit ex *Bonav. Vulcanii* recenſione Lugd. Bat. 1588. 8. et cum notis viri elegantiſſimi et eruditiſſimi Ioſiae Merceri Pariſ. 1624. 12. apud Rob. Stephanum nepotem. In limine notarum Mercerus de *licentia Criticorum* queritur, *quae et optimis*, inquit, *quibuſque auctoribus paene exitio fuit.* ***Nam dum in manibus ſciolorum promiſcue verſantur, permiſit ſibi quiſque peſſima confidentia, ut omnia, quae non intelligebant, mutarent, et nimia diligentia, ut quae meliora poſſe fieri inepte crederent, pro arbitrio interpolarent.*** Subiectus etiam eſt hic Apuleii libellus priori editioni Heinſianae diſſertationum Maximi Tyrii Lugd. Batav. 1607. 8. Cum *Gallica* verſione nova



*n*) *Alcyonii* nomen pro *Avionii* reponendum in Claud. Verderii cenſura auctorum p. 73. et in Henrici a Sypeſtein Epiſtola de plagiariis ad Clariſſ. Almelovenium p. 56. ut notavit Baelius in Lex.

*o*) Brockhuſius ad Tibull. p. 230.

*p*) Confer ſi placet, quae de libro Plutarchi *περὶ τῦ Σωκράτυς δαιμονίυ* dixi lib. IV. Bibl. Graecae, c. 1. num. 93.

va Baronis *des Coutures q*) notisque haud spernendis recusus est, praefixa Apuleii vita, Paris. 1698. 12. atque iterum ad calcem versionis librorum de Asino ibid. 1707. 12.

VI. *De habitudine doctrinarum, et nativitate Platonis Philosophi lib. III.* quorum primus est *de Philosophia naturali*, qui in antiquis editionibus inscribitur *de dogmate Platonis*, alter *de Philosophia morali*, cuius pleraque e Platonis libris de Legibus et Rep. petita esse notavit Colvius. In aliis inscribitur *de Philosophia*, tertiusque denique *r*) περὶ ἑρμηνείας sive *de Syllogismo categorico*, qui in quibusdam editionibus *de Philosophia rationali* inscribitur, et primum ex Francisci Nansii Codice in lucem protractus est a Petro Colvio a. 1588. cum partem eius modo a. 1508. vulgasset Ioannes Sichardus in opere cui index: *Disciplinarum liberalium orbis*. Basil. 1528. Librum περὶ ἑρμηνείας praeter Isidorum II, 28. Origg. laudat Carolus Magnus de non adorandis imaginibus libro IV. Loca quaedam et verba Graeca Platonis in Apuleio de dogmate Platonis et Philosophia morali illustrat Iacobus Hasaeus vir Cl. in dissertatione, quae inserta est T. XIV. Historiae Criticae Reip. literar. editae Gallice a celeberrimo Massano p. 145. seq. Libri duo, unus *de dogmate Platonis*, et alter *de Philosophia morali* cum libris quatuor Floridorum viderunt lucem Argent. 1516. 4.

VII. *Florida*, sive Chrestomathiae quaedam e declamationibus *s*) Apuleii Carthagine, Oeae, et forte alibi

*q*) Nouvelles de la Rep. des lettres a. 1699. T. 2. p. 205.

*r*) Hosce libellos ex quatuor Codicibus Mss. emendasse se testatur *Hieronymus Groslotius* Epistola ad Lipsium a. 1588. T. 1. sylloges Burmannianae p. 362.

*s*) Vide Vincentii Contareni Varias Lect. cap. 4. seq. et Barthium XVI, 8. Adversarior. ubi *Placiadem Fulgentium* putat haec Florida excerpsisse, quoniam in Codice quodam reperit ea *Fulgentii Floridi* nomen prae se ferre.

alibi habitis, quibus non pauca lectu iucundissima continentur. In antiquis editionibus divisa sunt in libellos quatuor, primo in duos discerpto. Ita prodiere separatim Argentorati 1516. 4. et ex castigatione *Io. Pyrrhi Englaebermei* Paris. 1518. 4. ex Ascensii officina. Observationes quasdam Anonymi vid. in Misc. Dorv. T. V. In Msto codice Apuleii Vaticano legitur haec annotatio, teste Sirmondo ad Sidon. IV. Epist. 8. T. 1. Opp. p. 940. *Ego Sallustius legi et emendavi Romae feliciter, Olybrio et Probino Coss. (a. C. 395.) in foro Martis controversiam declamans Oratori Endelechio. Rursus Constantinopoli recognovi, Caesario et Attico Coss. (a. C. 397.)* Eandem subscriptionem refert etiam in sua Apuleii editione Elmenhorstius. Endelechius ille fuisse videtur idem, qui S. Paullino auctor fuit, ut panegyricum in Theodosium Magnum Imp. a. 395. scriberet, quem interiisse dolemus. Vide Paulini Epist. IX. ad Severum Sulpicium. De *Orfito* Proconsule Africae, coram quo Apuleius verba fecit, vide sis Tillemontium in historia Imperatorum Gallice edita Tom. 2. pag. 570.

VIII. Primam Apuleii operum editionem Romanam, a. 1469. fol. auctoritate Cardinalis Bessarionis, factam, correctorumque manus minime expertam, ac proinde minus corruptam laudat Casaubonus. Ea est *Io. Andr.* Aleriensis, cuius et praefatio inest, repetita in sequentibus. Addita est Alcinoi epitome philosophiae Platonicae ex versione Nic. Cusani Cardinalis, quae et in sequentibus addita est. Alii primam editionem *t*) memorant Romanam anni 1472. quae est repetitio illius. Veneta anni 1483. fol. erat in Bibl. Gudiana. Vicentina a. 1488. fol. per Henricum de sancto Vrso, usus est Io. Pricaeus, quam cum Romana a. 1472. principes vocat,



t) Th. Crenius parte XI. Animadvers. p. 3. e Io. Pricaeo.

cat, p. 488. ad Apuleii Milesias. Commemoratur etiam editio *u*) Veneta 1493. per Pincium, quae est cum Romana illa in Bibliotheca nostra Paullina: haec et in nostra: quae est repetitio Romanae, cuius et praefationem habet, ut sine dubio et superior Veneta et Vicentina a. 1498. fol. Parmensem memorat *Dan. Georg. Mollerus* in diss. de Apuleio p. 31. Adde et Venetam 1501. fol. cum Phil. Beroaldi commentariis, qui primus critica ratione tractavit. Prodiere deinde Iuntina Florent. 1512. 8. Aldina a. 1521. 8. et alia Florentina 1522. 8. per Bernhardum Philomathem Pisanum, qui Graeca non pauca ex codicibus suis descripsit et edidit: Basileensis 1533. 8. ap. Henricum Petri, et altera 1560. 8. cum Marci Hopperi praefatione, et Beroaldi in Metamorphosin Commentario. Parisiensis 1536. apud Sim. Colinaeum. Editionem Rob. Stephani a. 1524. et alteram H. Stephani 1585. 8. Guil. Dan. Mollerus in diss. de Apuleio §. 37. memorat. Sed Rob. Stephani commentitiam esse notat Maettarius T. II. p. 649.

Cum notis porro uberioribus *Petri Colvii* Brugensis *x*) prodiere Lugd. Bat. 1588. 8. apud Raphelengium. De Colvio haec in suo Codice annotavit Marquardus Freherus: *Hic doctus iuvenis, qui etiam militiam experiri volens cum Principe Anhaltino Bernhardino ut interpres castra Gallica a. 1591. secutus est, cum incaute aliis adequitavit, crus ipsi a calcitrante equo vicino fractum est. Ipse delatus in oppidum Normandiae Granville,*

*u*) Benghem. incunab. typograph. p. 15. et Graevius Epist. ad Nic. Heinsium T. 4. Sylloges Burmannianae p. 635. Etiam Venetam anni 1473. per Philippum Pincium Mantuanum memorat Io. de la Caille de origine typographiae Paris. p. 22. et ex eo Mich. Maittario p. 103. Annal. typograph. et p. 174. Venetam a. 1473. ex Catalogo Bibl. Gudianae. Sed Veneta per Phil. Pincium Mantuanum excusa, quae exstat Cantabrigiae in Bibl. Io. Mori Episcopi Eliensis, traditur esse anni 1493.

*x*) Colvio Lipsium pro Aristarcho fuisse notat Casaubonus ad Apologiam p. 149.

*ville, ibidem extinctus et 26. Dec. sepultus est.* Ianus Dousa in Epigramm.

*Auctor mula necis iuvenem quae calce peremit,*
*Heu scelus, heu dira bestia caede nocens.*
*I nunc Luci asino nativum redde nitorem,*
*Nata asino rumpat quo tibi mula caput.*

Fabricius habuit Calvianam Apuleii editionem cum adscriptis ad libros Milesiarum Variis lectionibus Codicis insignis Ms. Palatini ex collatione iam laudati Freheri. Eadem editio in Bibl. Leidensi exstat cum Ms. collata a Iano Grutero. Ex *Bonv. Vulcanii* recens. 1594. 12. prodiit Apuleius apud Raphelengium: et Paris. a. 1601. editio a Gerh. Vossio collata cum Ms. exstat in Bibl. Leidensi.

Cum Beroaldi in Metamorphosin Commentariis, et Godeschalci Stewechii in Apuleii opera integra quaestionibus, et coniecturis, pridem editis Antwerp. 1586. 8. nec non emendationibus e Lipsii, Modii, aliorumque scriptis etc. Basil. 1597. 8. tribus voluminibus, ex officina Sebastiani Henr. Petri. In hac editione, quae ibidem a. 1620. 8. recusa est, occurrit etiam Asclepius et liber de medicaminibus herbarum. Cum notis *Io. Wowerii* prodiit Hamburg. apud Frobenium 1606. 12.

Cum Phil. Beroaldi notis in Metamorphosin, *Stewechii* castigatt. *Is. Casauboni* Scholiis in Apologiam, *Io. Pyrrhi* variis Lect. *F. Roaldi* et *Iani Gruteri* suspicionibus, et *Casp. Scioppii* Symbolis Criticis (quae Augustae Vindel. a. 1605. 12. seorsim editae, et Lugd. Bat. 1644. Amst. 1664. 8. postea recusae Wowerium hinc inde acerbius perstringunt) Lugduni 1614. 8. duobus voluminibus. Ex editione Seb. Henrici Petri Basileensi recusus Apuleius Lugd. 1614. 8.

Ab eo tempore *Geverhardus Elmenhorstius* Apuleii editionem dedit Francofurti 1621. 8. cui vita auctoris veterumque de eo testimonia praefiguntur, et praeter Elmenhorstii emendationes ac notas accedunt Spicilegia *Iani Rutgersii*, *Erycii Puteani* et *Io. Brantii*, *Cornelii* quoque *Martini* Professoris Helmstadiensis in librum περὶ ἑρμηνείας, et *Phil. Cluverii* in lib. de Mundo animadversiones, denique elenchus auctorum ab Apuleio commemoratorum, phrasiumque et *y*) verborum index. Huic editioni cum Elmenhorstius immortuus esset, ad umbilicum eam perduxit Ioannes Loccenius.

Ex recensione *Petri Scriverii* Apuleius prodiit Lugd. Bat. 1624. 12. Scriverio notulas suas quoque transmiserat *Io. Isaacius Pontanus*. Vide Ant. Matthaei Syllogen Epistolar. p. 269. seq. Ex *Bonav. Vulcanii* castigatione iterum Amstel. minore forma a. 1628. Novissime in usum Delphini hunc scriptorem illustravit, omniumque indice verborum auxit *Iulianus Floridus* Paris. 1688. 4. 2. Vol. in qua editione praeter alia liber περὶ ἑρμηνείας habetur emendatus ex 2. Mss. Bibl. capituli Carnotensis. Apuleii loca quaedam illustrat et emendat Mich. Piccartus in periculis Criticis, laudans capite IV. etiam Wilhelmum Schickerardum inter eos, quorum opera hic scriptor castigatior prodiit.

Novam editionem moliebatur *I. Franc. Oudendorpius*: qui multa ad eam subsidia paraverat: eius institutum speramus absolutum iri a *Ruhnkenio* V. C.

IX. 1. *Du-*

y) Locupletissimum indicem in Apuleium adornasse se innuit Barthius lib. 3. c. 10. adversar. et alibi. Incendio periisse conqueritur T. 1. ad Statium p. 9.

z) De hoc aliisque scriptis, qui sub Hermetis nomine feruntur, pluribus actum libro 1. Bibliothecae Graecae. Videntur autem illa Hermeti supposita esse a docto quodam et ingenioso ex Iudaeo semi-Platonico, aetate eadem, nescio an eodem autore, quo Hermae Pastor in hominum manus venit.

IX. 1. *Dubia vel supposita* Apuleio sunt, *Hermetis* z) *Trismegisti τέλειος sive ἱερὸς λόγος*, sive ut S. Augustinus vertit, *verbum perfectum*, *h. e. de natura Deorum* a) *ad Asclepium allocuta*, quem Apuleium latine vertisse volunt, sed, Wowerio et Colvio atque Elmenhorstio iudice, obstat oratio sicca atque exsanguis, nihilque simile habens cum Apuleiana ubertate et laetitia. Horum sententiae subscribit Lambecius pag. 141. prodromi Historiae litterariae, sed ista ratio parvi momenti videtur Radulpho Cudwortho in systemate intelligibili Vniversi, p. 324. Loca ex hoc scripto producunt Lactantius et Augustinus, sed Apuleio versionem neuter horum tribuit. Constat autem ex eorum testimoniis, interpretem antiquiorem esse, quisquis demum fuerit, quam Colvius, Wowerius, aliique crediderunt. Occurrit in editione Apuleii operum Aldina a. 1521. 8. Basileensibus anno 1597. et 1620. et Francofurtensi Elmenhorstii, qui varias lectiones addidit, etsi nec ipse credebat esse Apuleii. Saepissime alias prodiit cum Hermetis Poemandro et aliis reliquiis, Graeca vero huius dialogi interciderunt, exceptis paucis fragmentis apud Lactantium ac Stobaeum. Prodiit etiam latine, veluti Apuleio interprete, Hamburg. 1593. 12. etc.

2. In Bibliotheca Marqu. Gudii exstabat Mſ. sub Apuleii nomine *libellus de notis adspirationis et de diphthongis*. Incipit: Omnis adspirationis nota aut principalis est syllabarum, aut terminalis, aut media. Auctor non Apuleius Madaurensis est, sed recentior quidam: Caecilius Apuleius fortassis Minutianus, Grammaticus Gyraldo laudatus, cuius libri duo de Orthographia dicuntur manu exarati exstare in Bibl. Vaticana

 et

a) Sub titulo *Apuleii de natura Deorum* laudatur hic liber Alberto ba Eyb, in margarita poëtica, ubi excerpta ex illo exhibet tractatu I. cap. 4.

et aliis quibusdam. Inter alia laudat *Hieronymum linguae Hebraeae*, ut ille quidem loqui amat, *indubitanter peritum*.

3. Exstat praeterea sub Lucii Apuleii Madaurensis Afri nomine *de ponderibus et mensuris ac signis cuiusque ponderis liber*, e Graeco latinus factus per Io. Baptistam Nicolaum, cum libello de notis sive signis vel characteribus ponderum et mensurarum incerti auctoris. Vide supplementum operum Ioannis Mesuae Damasceni, Venet. apud Iuntas 1558. fol. p. 304. et 309. apud Valgrisium a. 1575. f. et ibidem apud Iuntas 1589. et 1623. fol. Gaspar Wolfius Apulienum sive Apulium quendam vocat, nec videtur tribuere Madaurensi, ut notavit Labbeus in parte secunda Bibliothecae nummariae.

4. Iambi lascivi *e Menandro* expressi, qui inscribuntur Apuleii ἀνεχόμενος. De his dictum est infra libro IV. c. 1. ubi Baudi amores referuntur. Hos, Apuleio tributos, illustrat Ianus Dousa III, 7. praecidan. ad Petronium.

5. *Liber de herbis, sive de nominibus ac virtutibus herbarum* ad cives suos, inter Apuleii opera Basileae editus, et sub Apuleii Platonici nomine cum *Antonii b) Musae libello de Betonica ad* Marcum Agrippam vulgatus Basileae 1528. fol. ad calcem Plinii Valeriani, ex recensione *Albani Torini*, et anno 1537. 4. Tiguri cum commentario *Gabr. Hummelbergii*, ut alias editiones omittamus. Malunt etiam quidam, minus verisimiliter quidem, *Apuleio Celso Medico c)* adscribere, qui

b) Hummelbergius non dubitat libellum hunc *a Musa* Imp. Augusti medico scriptum esse. Sed Barthius lib. 38. cap. 1. habet pro parte herbarii Apuleiani.

c) Hunc Apuleium Celsum Centuripensem Siculum praeceptorem suum vocat Scribonius Largus c. 171. et c. 94. Valentis, non Imperatoris hoc nomine, sed Medici, qui imperante Tiberio claruit.

qui Augusti tempore vixit, et Scribonio Largo ac Marcello Empirico memoratur. Sed utique iunioris scriptoris est, qui Dioscoridem Pliniumque prae manibus habuit, et totum ex Plinianis rebus verbisque concinnatum notat, praeter Bodaeum a Stapel p. 321. ad Theophrastum, Salmasius ad Solinum p. 254. 261. et aliis in locis, qui Plinium etiam subinde ex illo, et ex Plinio herbarium emendat illustratque, vetustissimo eius exemplari usus, et in praef. ad librum de homonymis hyles iatricae p. 11. testatur in veteribus libris inscribi: *Herbarium Apuleii Madaurensis Platonici.* Idem p. 12. *a nono decimo libro* Plinii *verus Apuleius exorsus erat libros suos* DE REMEDIIS SALVTARIBVS *inscriptos, quos totos Plinii verbis contexuerat in epitomen redactis. Grande fragmentum huius Apuleiani tractatus penes me est in antiquissimis membranis descripti litteris maiusculis sive ut vocant capitalibus, quod nobis magno usui fuit ad eruendam veram lectionem in aliquot Plinianis fere desperatis, et quae nec ipse sanasset Aesculapius sine huius fragmenti ope: ita sinceriorem ubique scripturam conservavit Codex ille quam Pliniana exemplaria, qui vetustior est omnibus Plinianis exemplaribus. Apuleium* DE ARBORIBVS *etiam laudat Servius, quod opus illius non dubito verbis eiusdem Plinii pariter compositum fuisse, et ex illis libris sumtum, qui arborum naturam exponunt, quales sunt decimus quartus et sequentes usque ad decimum octavum, qui τὰ γεωργικὰ continet.* Forte ex Apuleii Platonici Medicinae libris, quorum apud Priscianum lib. VI. mentio, et aliis autoribus collectus contractusque est, etsi Hummelbergius ab Apuleio ipso ita scriptum esse non ambigit, nisi quod fatetur, multa, nunc quidem circa nomenclaturas, nunc circa herbarum descriptiones et historiam illi deesse, codicesque maxime depravatos ac pluribus locis mire varios ad nos pervenisse. Plura de hoc libro vide

in

in centuria Plagiariorum num. 58. In Bibliotheca Iſaaci Voſſii fuit Apuleii Codex de herbis ante annos mille ducentos ſcriptus litteris uncialibus, cum figuris elegantiſſimis. Ex hoc codice vir ille doctus p. 151. et 254. ad Melam, pollicitus eſt, Apuleium ſe de herbis ita emendatum et auctum daturum, ut paene alius videri poſſit. Io. Rhodius ad Scribonium laudat editionem Apuleii *de herbis* Pariſienſem, Aldina locupletiorem, anni 1529. quam Io. Philipp. de Lignamine dederit. Habet tamen et quaedam additamenta in Aldino codice recte praetermiſſa. In Bibl. Bodleiana exſtat Apuleii liber *de herbis* (cuius cap. 1. eſt de Betonica *d*) Anglo-Saxonice verſus, latinoque amplior et capitibus 184. conſtans. Vide Catalogum Mſſ. in theſauro Hickeſiano fol. 72. ſq. et 92. Subiicitur *Idparti* Aegypti Regis medicina ex animalibus, quae videnda, num conveniat cum Sexto Placito *e*) Papyrienſi, ſive Papienſi potius, cuius libelli duo de remediis animalium et avium editi ſunt Vien. 1538. Iſnae 1538. 4. et Lipſiae 1654. 8. Video etiam memorari eius *herbarium Platonis quod acceperit ab Aeſculapio* etc. In pandectis Brandenburgicis ita huius libri fit mentio: *Apuleii, ſeu huius, ſeu Apulienſis, liber de medicamentis vel viribus herbarum, quem a Chirone Centauro praeceptore Achillis et Aeſculapio accepit auctor.* Thomas Iohnſonus, Londinenſis, praefatione ad Ioannis Gerardi hiſtoriam emaculatam coniicit parum credibili coniectura, Apuleium de herbarum virtutibus Graece ſcripſiſſe, et vixiſſe ante annos circiter 700. Idem refert in duobus Codicibus Mſſ. vocari *Apuleium Apolienſem.* Conſtantinopolin dictam *Apoley*, ex Philippo Ferrario notat Ioannes Raius. Nomina barbara plantarum, quae apud Apuleium occurrunt, ex

*d*) Hoc Muſae vulgo, et perperam, ut opinor, tribuitur.

*e*) De hoc Sexto dixi Tom. XII. Bibl. Graecae p. 613. et T. XIII. p. 395. ubi etiam libellum eius de medicina ex animalibus auribusque integrum exhibui.

ex Arabica et Coptica lingua illustrare conatur Kircherus T. 3. Oedipi Aegyptiaci pag. 69. seq. Vide et T. 2. part. 2. p. 177. seq. atque Salmasium de homonymis hyles Iatricae.

# INDICVLVS IN APVLEIVM
## DE VIRTVTIBVS HERBARVM.

6. *Ratio sphaerae Pythagoricae*, quam ex Mſſ. codice vulgavit Barthius lib. XXX. adversar. c. 7. Similis est figura Organi Astrologici, per quod de vita et morte aegrotantium possit iudicari, quae occurrit in Bibliotheca Caesarea Vindobonensi, adiuncta Epistolae Petosiridis ad Necepsum Regem, et ap. Bedam T. 2. Opp. p. 233. Ceterum, si placet, vide et quae de rota Pythagorica Ge. Paschius in inventis novantiquis p. 600. et Kircherus Tom. 2. Oedipi parte 2. pag. 491. seq. Merito quidem Ios. Scaliger Ep. 181. haec nugis adscribit canoris, quas negat assis se facere.

X. *Deperdita f)* Apuleii sunt: *Epistolae*, *Gryphi*, *libri ludicrorum* et *de proverbiis*, *de arboribus*, *de piscibus*, *de numeris*, *de Musica*, *de Republica*, *conviviales*, *medicinales et naturales quaestiones*, *Hermagoras prior et posterior:* Disputatio *de Aesculapio*, *hymnus in eundem* et *Dialogi*, *Epitome g) historiarum* et *oratio pro statua Oeae sibi locanda.* Saepe etiam Apuleius citatur in Graecis Geoponicis, et lib. 1. c. 16. dicitur Ῥωμαϊκὸς, hoc est, latinus scriptor. Latine praeterea converterat Phaedonem Platonis, teste Sidonio lib. 2. Epist. 9. et Prisciano lib. 10. et varia carmina atque poëmatia luserat, quorum pauca quaedam supersunt fortassis in catalectis veterum poëtarum, a Iosepho Scaligero et P. Pithoeo collectis, et in appendice Petronii. Sed carmen in Orpheum edidisse Apuleium, vereor, ut probari possit ex loco Floridorum p. 358. edit. Elmenhorstianae. In Apologia pollicetur se de partibus animalium, de situ, causa et remediis earundem scripturum: ex quo opere forte deflorati sunt, qui exstant sub nomine *Sexti Placiti*, sive Platonici Iatrosophistae Afri, *libelli duo de remediis animalium et avium*, editi a Francisco Emerico Oppuriano, Gabriele Hummelbergio, et Andrea Rivino. Antiquior est Graecus scriptor *Sextius* diligentissimus Medicinae, e quo de Castoribus nonnulla affert Plinius XXXII, 3. Nimirum Sextium hic Nigrum denotat, saepius alibi laudatum.

XI. Dictio Apuleii ingeniosa se audacique elegantia commendat, sed quandoque licentior est et durior in detorquendis vocabulis, adverbiis praecipue et diminutivis. Multos passim in Metamorphoseon libris versus latere, qui neglecti, et pro libera oratione habiti, duri quid praeferant et amoenum, observat Lipsius II, 11. elector.

f) Confer Dan. Guil. Molleri diss. de Apuleio, §. 28. Altdorf. 1691.

g) Priscianus lib. 6. quaedam refert ex Epit. Apuleii. Epitomen historiarum suspicatur Colvius.

elector. Sic statim initio libri I. Metam. versus iambicos observarunt Beroaldus et Rutgersius, et auctoritate Florentini Codicis ac veteris glossae interlinearis in sua editione reponi curavit Elmenhorstius; etsi hoc minus probatur Pricaeo, in cuius tamen editione itidem versus, sed invito Pricaeo, expressit typographus.

## XII. INDEX SCRIPTORVM AB APVLEIO MEMORATORVM, ELMENHORSTIANO PLENIOR.

*Accius*, ex Philoctete eius versus *de Deo Socrat.* c. ult. ex eius Phoenissis versus *in floridis* p. 781. edit. in usum Delphini.

*Aeditui* carmina amatoria, *apologia* p. 412.

*Aegyptias* disciplinas doctus Pythagoras. *florid.* p. 793. Plato. 1. *Doctr. Plat.* p. 569.

*Sicinius* Aemilianus Apuleii accusator *perstringitur in apologia passim* ut pag. 400. 489. Eius Epistola p. 519.

*Aemiliani Strabonis* laus *florid.* p. 802. seq.

*Aesopi* apologus de vulpe et corvo, *florid.* p. 828. seq.

*Afranius* eleganter ut semper: *amabit sapiens, cupient caeteri*; apologia p. 420.

*Alcman.* infra in *Teius.*

*Amphiaraus* in Boeotia, in Africa Mopsus, in Aegypto Osiris, Aesculapius ubique fanis et caerimoniis advertitur, *de Deo Socr.* p. 689.

*Anacharsis* sapiens apud socordissimos Scythas natus, apud Athenienses catos Meletides fatuus, *apologia* pag. 444. eius dictum de quadruplici poculo ad sitim, ad hilaritatem, ad voluptatem, ad insaniam, *florid.* p. 821.

*Anacreon* in Bathyllum Polycrati tyranno dilectum *florid.* p. 792. vide et infra *Teius.*

*Anaxa-*

Dami-

 pag.

*Lollia-*

h) Caſaub. legit *Lucilius Satyricus*.

Virgi-

i) Vide Gellium XIX, 9.





# CAPVT III.

## DE IVSTINO, TROGI EPITOMATORE.

I. *Iustini aetas.* II. *Historiarum Trogi Epitome.* III. *Editiones.*

I. IVSTINVS *a*) quis fuerit et quando vixerit, non satis compertum est, etsi Romae, ante Imperatores Christianos, scripsisse non dubitem, ipsum a Christi sacris alienum. Itaque non assentior iis, qui ad Theodosii Imp. tempora reiiciunt, nescio quibus argumentis moti. Vt vero hoc loco a me commemoretur, facit, quod in editionibus quibusdam antiquioribus libros suos dicitur inscripsisse Imp. Antonino Pio: quamquam προσφώνησιν hanc in nullo codice scripto reperisse se testatur Iac. Bongarsius; qui putat additum nomen Antonini ab iis, qui Iustinum falso eundem putarent

*a*) In antiquissimo codice Bibl. Mediceae *M. Iunianus Iustinus*, sed in codice, qui fuit apud Ant. Arnoldum, *Iustinus Frontinus* dicitur, teste Iac. Bongarsio et Gerh. Io Vossio Iustinus Trogi breviatorem memorant Hieronymus, prooemio in Danielem, Augustinus IV, 6. de C. D. Orosius (qui passim Iustinum sequitur) lib. I. c. 8. et 10. Vincentius Bellovacensis, idemne hic Iustinus sit cum Iustino Martyre, an alius, ignorare se fatetur X, 94. speculi Hist. Engelbertus Abbas qui tempore Rudolphi I. Habspurgici scripsit librum de ortu et fine Romani Imperii (Tom. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 363.) Iustinum Historiographum laudat, *qui Troium Pompeium secutus in principio suae Chronicae.* Freculfus qui ex Pompeio historico eiusque abbreviatore Iustino repetit lib. 2. c. 1. et 8. quae libro XXXVI. apud Iustinum leguntur de Iudaeis. Iustini cuiusdam mentio ap. Martialem XI, 66. Fuit et Iustinus Manichaeus, quem confutavit Fabius Marius Victorinus editus a Sirmondo Paris. 1630. 8. et recusus T. I. Sirmondi Opp. pag. 409. De aliis huius nominis vide sis Reinesii Epistolas ad Hofmannum p. 410. et Dan. Guil. Molleri dissertatio de Iustino, Altdorf. 1684. §. 5.

tarent cum celebri eius nominis Philoſopho Chriſtiano et Martyre, in quo errore verſati ſunt Iſidorus, Iornandes, Io. Sarisb. et alii recentiores. Neque veriſimile videtur, Iuſtinum emendandi cauſa opus ſuum ad Imperatorem mittere voluiſſe, quod in praefatione innuit, ſi eam non potius ad virum aliquem doctum illius aetatis, ſibique amicum, quam ad Caeſarem direxit. Non magis certum eſt, quod Martinus Polonus et auctor libri de vitis Philoſophorum c. 114, affirmant, Trogi diſcipulum fuiſſe. Iuſtinum libenter ſequitur Oroſius, imitatur Saxo Grammaticus, ut in notis ad hunc Stephanius paſſim notat. Parum credibile eſt, quod in Codice Magliabequiano, teſte Abr. Gronovio, traditur, Iuſtinum Philoſophum celeberrimum et Trogi fuiſſe diſcipulum, multo minus, quo Gualterius Burleus ſcripſit, filium. Libros *Trogi* de animalibus laudat Chariſius lib. 1. p. 79. reſpicit Plinius VII. Hiſt. Trogum laudans cap. 3. et lib. XI. c. 52. ubi *auctorem ſeveriſſimum vocat.* Hiſtorias Trogi memorant Priſcianus, item Plinius, et in Virgilium Servius, aliique.

II. Exſtant *Hiſtoriarum Philippicarum, et totius mundi Originum et terrae ſitus, ex Trogo Pompeio excerptarum libri XLIV.* a Nino uſque ad Caeſarem Auguſtum, ſub quo *b*) *Trogus Pompeius*, patria Gallus, philoſophus ac hiſtoricus diſertiſſimus floruit, totiuſque orbis, ſed Graecas potiſſimum hiſtorias latino ſermone

*b*) Sub Iulio Caeſare militaſſe Trogum, ſcribit Iſaacus Iaquelotus V. C. in praeclaris diſſertationibus adverſus Atheos pag. 25. ſed de patre ſuo hoc affirmat Trogus apud Iuſtinum XLIII, 5. *In poſtremo libro Trogus maiores ſuos a Vocontiis originem ducere, avum ſuum Trogum Pompeium Sertoriano bello civitatem a Cn. Pompeio accepiſſe dicit, patruum Mithridatico bello turmas equitum duxiſſe, patrem quoque ſub Caio Caeſare militaſſe, epiſtolarumque et legationum ſimul et annuli curam habuiſſe.* Paret ex hoc ipſo loco, iniuriam fieri Iuſtino apud Bonifacium p. 438. Hiſtoriae ludicrae, cum arguitur Trogi memoriam voluiſſe abolere. Alios Trogos refert Reineſius Epiſt. ad Hofmannum p. 660. Iuſtinos alios p. 410.

mone 44. voluminibus composuit, et a praecipuo argumento, regni nempe Macedonici historia, quam a libro septimo ad quadragesimum primum exsequitur, *Historias Philippicas*, Theopompi exemplo inscripsit. Harum se, ait Iustinus, per otium, cum in urbe versaretur, dignissima quaeque cognitione excerpsisse, et omissis his, quae nec cognoscendi voluptate iucunda, nec exemplo necessaria iudicaret, breve veluti florum corpusculum fecisse. Subiiciuntur Iustino in Bongarsii editione, atque inde in aliis, *prologi, sive periochae historiarum Philippicarum Trogi Pompeii*, eiusmodi fere, qualia historiarum Livii argumenta sub Flori nomine habemus. Illa, ab ipso forte profecta Trogo, certe non a Iustino elaborata, ostendunt, Iustinum in Epitome sua omisisse non pauca, in his ea, quae de terrarum situ Trogus scripserat. Sunt, qui integram Trogi historiam dicant fuisse in Bibliotheca Marquardi Gudii, sed non ego credulus illis. Ita quoque Aldus Manutius magna spe se lactabat, Trogi historias exstare apud amicum quendam doctum ac spectatae fidei, futurumque, ut propediem in lucem ederentur. Sed illa spes vana fuit, neque Trogus ad hanc diem lucem adspexit. Quae libro XXXVI. traduntur de Iudaeis, ea illustrantur partim, partim castigantur a Io. Iac. Schudt in compendio Historiae Iudaicae e Gentilium scriptis collecto, Francof. 1700. 8. Videtur Iustinus in pluribus usus Trogi verbis, unde vix Iustini ulla ab Trogo aliena in sermone vestigia apparere, ait Io. Frid. Gronovius IV, 10. observatt. p. 154. Solenne est Mstis Iustini codicibus praefigi speciosum Trogi nomen, ante multa iam saecula deperditi. Ita Lupus Ferrariensis Epist. 20. Petrus Blesensis Epist. 85. 94. Aelfredus Beverlacensis in Annalibus Regum Britanniae p. 24. et alii iuniores, quando Pompeium Trogum citant, Iustini epitomen intelligunt. Narratque eruditiss. Wagenseilius in Sota

p. 576.

p. 576. exsiluisse se prae gaudio, cum in Bibl. Scorialensi Codici praecipuae magnitudinis Trogum Pompeium inscriptum vidisset. *Quam*, dixisse, apud se, *ego laeto nuncio exhilarabo viros doctos, quot et quanta mihi dabunt Evangelia!* at cum vix aperuisset librum, statim illi ob mendacem titulum, sibi quoque paene, ob nimis facilem credulitatem, indignatum. Nam pro Trogo Iustinum repetisse. Bernardus Montefalconius in Diario Italico p. 76. notat, *prologos* rarius occurrere in codicibus Iustini MSS. Notae ad prologos pereruditae Abbatis de Longerue extant in editione Iustini Parisiensi, quae a. 1709. minore forma prodiit, nec non in novissima, variorum notis illustrata, curante Abr. Gronovio. Nonnulla Iustini illustrant *Casp. Sagittarius* variis dissertationibus XI. ad librum primum editis Helmst. 1665. 1666. et Ien. 1676. 4. et ad lib. 2. c. 1. et de historia bellorum Scythicorum ad lib. 2. c. 3. et 5. Ien. 1685. 4. et *Iacobus Schallerus* in laudabilibus politicis e Iustino collectis Argent. 1649. 4. Libro XXXVIII, 3. ait Iustinus, Trogum in Livio et in Sallustio reprehendere, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserendo, historiae modum excesserint. Licet autem merito reprehendat aliquis cum Diodoro Siculo in limine libri XX. ὑπερμήκεις δημηγορίας et πυκνὰς ῥητορείας, crebras et prolixas declamationes, insertas historiae, et intempestiva eloquentiae affectatione narrationis seriem interrumpentes, scriptoresque, qui totam historiam προσθήκην τῆς δημηγορίας, appendicem concionum faciunt: tamen Conciones in Sallustio ac praesertim Livio rarae, opportunae, rebusque aptae leguntur: itaque, si naevi sunt, pulcherrimi sunt, atque eiuscemodi propemodum, de quibus usurpaveris illud Apuleii in floridis, *risere Musae, cum audirent hoc genus crimina, sapienti exoptanda, Apollini obiectata.* Iustini Codex insignis iussu Pii III. a. 1503

a. 1503. defuncti eleganter scriptus exstat in Bibliotheca Gothana.

III. Prima Iustini editio est Romana c) sine anni nota in 4. sive fol. minore apud Vdalricum Gallum, cum versibus illis notissimis, typographiae prae calamorum usu praestantiam extollentibus: sed eam a. 1470. factam esse credibile est. Eodem anno Veneta facta ad cuius calcem hoc legitur tetrastichon:

*Historias veteres peregrinaque gesta revolvo*
*Iustinus: lege me, sum Trogus ipse brevis.*
*Me Gallus Veneta Ienson Nicolaus in urbe*
*Formavit, Mauro Principe Christophoro.*

Eam secuta altera Romana est a. 1472. fol. addito Floro, per Conradum Sweinheim et Arnoldum Pannartz. Has duas Romanas è diversis Codd. ductas esse, varietas lectionum inde prolatarum docet. Mediolanensis 1474. fol. in qua hi versus leguntur:

*Historias veteres peregrinaque gesta revolvo,*
*Iustinus · lege me, sum Trogus ipse brevis.*
*Quem manus Antoni Zarotho sanguine creti*
*Impressit solers, Insubribusque dedit.*

Hanc Zarotinam esse imitatricem Iensonianae, imitatio versuum illi subiectorum satis videtur indicare.

Mediolanensis altera 1476. fol. per Christophorum Waldarfer, nescio quo curante, facta est, e Cod. perbono ducta cum omnibus scripturae vitiis, ut bene vidit *Fischerus* V. C. de quo post. Veneta altera 1479. fol. per Philippum Condam Petri, et 1493. fol. Venet. 1510. 8. repetitiones, ut putamus, sunt superiorum. Primus critica ratione textum Iustini recensuit *Sabellicus*, e cuius castigatione editus est curante *Augustino Bechario* Mortariensi,

c) Mich. Maettarii annal. typograph. p. 72. Vide et. pag. 70. 96. 108. 120. 136.

tarienſi, una cum Floro, Sexto Rufo et aliis quibuſdam Pariſ. 4. (forte et antea per ipſum) ap. Io. Parvum. Praeterea Iuſtini editionibus addendae Venetae a. 1494. et 1502. 1512. fol. Argentoratenſis cum Floro et Plinio (ſive Aurelio Victore potius) de viris illuſtribus 1506. 4. *Petri Daneſii* Pariſ. 1519. f. ap. Io. Parvum, qui ſe egregio Codice uſum dicit, omninoque ſuam in ea editione navatam Iuſtino operam praedicat. praefatio eius extat ap. Maettarium T. II. P. I. p. 85. Aldina 1522. 8. Cornelium Nepotem adiunctam habens, (ut Mediolanenſis 1510. fol.) in qua Aſulanus textus vulgati quaedam partim e libris edd. ſuperioribus et ſcr. partim et coniecturis paſſim mutavit. Vnde illius exempli nova forma eſt, quam prope totam repetiit, vt alias, officina Iuntarum 1525. 8. cuius editionis magna eſt ap. Cl. Graevium auctoritas: quae adeo laus ad Aldinam potius pertinet. Viennae, curante *Ioanne Camerte;* cuius viri opera magis in illuſtrandis hiſtoriis verſari ſolebat: Hagenoae 1526. 4. 1533. 4. cum praefat. *Melanthonis*, ex *Georgii Maioris* caſtigatione, prodiit: quam laudat ille Melanthon. Textus ex aliis libris editis formatus eſt. Pariſiis 1530. 8. apud Sim. Colineum, cum Aurelio Victore. *Io. Sichardi* editio prodiit Baſil. 1530. 8. *Georgii Maioris* Colon. 1533. 8. *Simonis Grynaei* Baſil. 1539. 4. Lugduni 1542. 8. Pariſiis 1543. 8. apud Rob. Stephanum, eodemque anno Colon. et Antuerp. 8. ibidemque 1552. 12. Cum *Sichardi* caſtigatione et G. Maioris annotationibus iterum Baſil. 1553. 8. Lugdunenſes apud Gryphium 1555. 8. cum Aurel. Victore 1557. 12. et 1559. 12. et 1573. 12. additis *Eliae Vineti* in Victorem notis. Cum praefatione Simonis Grynaei de utilitate legendae hiſtoriae, ſubiectis ad voluminis calcem notis *Henrici Loritti Glareani* Patricii Claronenſis, Baſil. 1562. 8.

At eximiam prae ceteris operam Iuſtino navavit *Iac. Bongarſius*, qui e Cuiacii, Puteani, aliiſque ſex Mſſ.

Mſſ. diligenter collatis emendavit, et notis doctiſſimis tabuliſque Chronologicis illuſtravit, Pariſ. 1581. 8. iure Soſpitator Iuſtini dictus. Vnde et textus eius poſt pro baſi fuit. Eum ſecuti et *Elias Vinetus* a. 1590. cuius notae fere hiſtoricae ſunt: *Franciſcus Modius*, ex cuius caſtigatione Iuſtinus prodiit Francofurti 1587. 1591. 8. et deinde Lugduni, Coloniae et alibi ſaepius; bene de Iuſtini textu meritus locis quibuſdam recenſionis Bongarſianae e Mſſ. correctis et animadverſionibus additis: *Victorinus Strigelius*, cuius notae editae Vrſellis 1602. 8. et deinde cum aliorum notis, Argentor. 1613. 8. 1627. 8. *Theophilus Cangiſerus*, cuius ſcholia in decem libros primores exſtant in editione Iuſtini cum Strigelii et Bongarſii notis, Vrſellis 1610. 8. *Ianus Gruterus* Marpurgi 1612. 8. *Daniel Pareus* Francof. 1630. 8. hiſtoriam amplexi ſunt, ut Vinetus. *Matthias* vero *Berneggerus*, qui Bongarſii textum ſecutus, eius etiam, Strigelii, aliorumque notas ſuis addidit, et Io. Freinshemii indicem ſubiecit, Argentorati 1631. 1653. 1662. 1666. 8. etc. etiam criticam rationem perſecutus eſt pluribus locis, etiam a Freinshemio adiutus, *M. Zuerius Boxhornius* Amſt. 1638. 1645. 1660. 12. paucis notis adiectis criticis illis. *Iſaacus Voſſius* autem *d*) Lugd. Bat. 1640. 1673. 12. edito Iuſtino uberiores notas et criticas et hiſtoricas ad illuſtrandum textum addidit: ceterum textum Bongarſii ſecutus, ut *Antonius Thyſius*, qui cum notis variorum vulgavit Lugd. Bat. 1650. 8. Corn. Schrevelius, qui et ipſe cum notis variorum Amſtelodami 1659. 1669. 8. Lugduni Bat. in lucem emiſit Iuſtinum, quae curante S. D. M. C. vel *Cornel. Schrevelio* prodierunt. *Ioannes* vero *Georgius Graevius* non praetereundus, qui Vltraiecti 1669. Amſt. 1694. 12. hunc ſcriptorem emendatiſſime cum notis ſuis edidit, recuſum 1707.

*d*) Hic multo uberiores ſe notas in Iuſtinum paratas habere ſe teſtatus eſt in litteris ad Salmaſium p. 331. inter Gudianas.

1707. 8. Idem a. 1683. 8. Lugduni Bat. ex officina Hackiana praestantissimam Iustini editionem prodire iussit cum notis integris virorum doctorum et suis castigationibus, Freinshemiique indice per Scheferum et Vorstium aucto. Haec quoque editio praela iterum subiit ibid. 1701. 8. quae interdum a textu Bongarsii, inprimis Iuntinae auctoritate, recedit. Exstat praeterea Elzeviriana editio 12. et cum notis eruditis, quibusdam et criticis, *Tanaquilli Fabri*, Salmur. 1668. 1671. 8. cum notis doctis porro *Ioannis Vorstii* Berol. 1673. 8. item cum notis *Io. Scheferi* Vpsal. 1678. 8. plenis illis audacissimarum coniecturarum. Vterque, Vorstius et Scheferus, Freinshemii indicem a se auctum adiecerunt. Denique *Oxonienses*, post editionem *e*) anni 1674. 8. Iustinum ad Mss. Codices quatuor diligenter recensitum denuo ediderunt cum brevibus notis et variis lect. curante V. C. *Thoma Hearne*, qui et annum, quo quaeque gesta sunt, in ora libri subinde ex Ed. Simsoni maxime rationibus adnotavit, e theatro Sheldon. 1705. 8. In hac editione prologi etiam cum castigationibus et notis leguntur: ceterum ex Mss. Anglicanis, utpote valde inemendatis, vix quicquam subsidii ad illos castigandos exsculpere se potuisse editor fatetur. *Qualescunque vero*, inquit, *sunt isti prologi, cum Iustini abbreviatoris negligentiam detegant, et Historiarum Trogi seriem ostendant, pluraque exhibeant, quae in Iustino frustra quaeramus, haud ab re visum fuit, ut simul cum abbreviatore nostro ederentur, praecipue cum codices nostri, et duo etiam e Bongarsianis Iustinum ipsum eorum auctorem agnoscant. Hoc vero a librariis imperitis adiectum puto, nomen quippe* Prologi *(in significatione qua hic usurpatur) est barbarum; ex quo et illud intelligere possumus, eorum auctorem, quicunque*

que

e) Oxoniensis in 12. fuit in Bibl. Graeviana.

*que ille fuerit, eruditis illis temporibus non vixisse, queis honesta Latinitas vigebat. Phrasis ista* in excessu, *qua saepissime utitur, nihil aliud denotat, quam* per digressionem: *unde suspicatur acutissimus et politissimus Tan. Faber, hominem Graeculum fuisse, quippe ita Graeci dicunt ἐν παρεκβάσει, vel διὰ παρεκβάσεως.*

Praestantissimam huius scriptoris editionem debemus etiam *Abrahamo Gronovio*, qui Iustinum Lugduni Batavorum 1719. 8. in lucem dedit cum notis integris Bongarsii, Modii, Berneggeri ex editione secunda auctioribus, If. Vossii, Io. Frid. Gronovii, Graevii, Tan. Fabri, Ioan. Vorstii, Scheferi, et excerptis aliorum. Ad calcem voluminis editor notas Boxhornii novasque suas ipsius adiunxit, usus Codd. Leidensi, Oxoniensi, et Cantabrig. atque editionibus antiquissimis. Addidit idem Io. Freinshemii indicem ex Scheferi et aliorum lucubrationibus longe auctiorem, et ad prologos notas Abbatis de Longerue suasque. Habuit ille in manibus edd. principes, sed negligenter est usus, nec quales essent, ut debebat, docuit, pro more plerorumque superiorum. Notae ineditae in Iustinum *Io. Frid. Gronovii* fuerunt in Bibl. Gudiana.

Iustinum postea sine notis illum quidem, sed cum var. Lect. *Petrus Burmannus* edidit a. 1722. 12. et cum praefatione eximia, quae habet disciplinam scriptorum veterum recte tractandorum atque edendorum, similem ei, quae Phaedro praeposita est. Eam optimo consilio repetiit *Io. Fridericus Fischerus*, V. C. in editione a se curata Lipf. 1757. 8. Eius textus est e recensione *Graevii*, cum eiusdem et *Io. Frid. Gronovii* notis, adiecto, praeter *Prologos* supra memoratos, et Excerptiones Chronologicas *Bongarsii*, eiusdem Libro Var. Lect. copiosissimo et a Burm. ipsoque V. C. aucto, et *F. Sigism. Dresigii* Epistola super locis quibusdam

busdam Iustini, indice denique copiosissimo et variis obss. instructo. In praefatione lectu digna accurate de Codd. scr. et editionibus Iustini differitur, quae nobis et hic profuit.

Vt non dicamus, a quam multis obiter Iustinus vel explicatus vel emendatus sit; *Thomas* quidem *Wopkensius* in totum Iustinum notas dedit in Obs. Misc. Dorvill. T. X. p. 1 — 348, quas excutere oportebit novum editorem Iustini.

*Germanice* versus ab *Hieron. Bonero* prodiit Augustae Vindel. 1531. fol. et *Io. Frid. Schwefero* interprete, Cassellis 1649. 8. et iam tertia editione 1675. 8. *Italice* Venet. 1535. 8. et 1561. 4. interprete *Thoma Porcacchi: Anglice* a *Roberto Codringtono*, Lond. 1664. 1672. 8. 1682. 12. vide Ant. Wood Athenas Oxonienses T. 2. p. 243. et *Io. Clarkio* Lond. 1732. 8. *Hispanice* a *Georgio de Bustamante* Antw. 1586. 8. *Gallice* per *Claudium Seysselium*, Paris. apud Vascosan. 1554. fol. et 1559. fol. et deinde per *Colombium*, 1654. 8. et ex recentiori translatione Paris. 1694. 8. duobus volum. cum notis. De Ioanne Boucheto Pictaviensi Franciscus a Cruce p. 208. Bibl. Gall. *il a traduit de Latin en Francois l'Histoire de Justin Martir, autheur Grec.* Nimirum et ipse Iustinum Martyrem, scriptorem Graecum ac Christianum, cum Iustino nostro confudit.



# CAPVT IV.

## DE PALLADIO, CENSORINO, ET IVLIO OBSEQVENTE.

I. *Palladii aetas, scripta et editiones.* II. *Iulius Obsequens de prodigiis.* III. *Censorinus de die Natali.* IV. *Index scriptorum a Censorino memoratorum.*

I. PALLADIVS RVTILIVS TAVRVS (Volaterrano SCAVRVS) AEMILIANVS, *a)* Vir illustris, et Graece doctus, patria, ut videtur, Romanus,

*a)* In Codd. ant. dicitur *Palladius Rutulus*, v. Barth. ad Rutilium I, 208. *Aemilianum* inter auctores probabiles rei Georgicae laudat Cassiodorus cap. 28. divin. lection. Memoratur etiam Isidoro Hispalensi XVII, 1. Originum. Ceterum notior et hic scriptor nomine Palladii, ac diversus esse videtur a *Palladio Rhetore*, qui frater a Symmacho dicitur, et cuius pompam atque facundiam celebrat idem atque Sidonius Apollinaris V, Ep. 10. Fuit etiam *Palladius Medicus*, Alexandrinus, Galeno iunior, qui Graece scripsit in quosdam libros Hippocratis. Alius *Palladius Sophista Methonaeus* Palladii filius, sub Constantino Imp. celeber, teste Suida, qui scripta eius commemorat. Alius *Palladius* vitae Chrysostomi et Historiae Lausiacae scriptor, ad quem haud dubie referendus liber de Gentibus Indiae et Brachmanibus, quem sub Palladii nomine vulgavit Eduardus Bissaeus, et sine auctoris nomine ante Bissaeum, quod hunc fugit, Ioachimus Camerarius ὁ πάνυ, in libello Gnomico, de quo vid. lib. 2. Bibl. Graecae c. 11. §. 6. Omitto *Palladium* cuius Epistola ad Epiphanium Ancorato Epiphanii praemittitur. Fuit et *Palladius* quidam cursor Theodosii Iunioris, cuius mentio apud Socratem VII, 19. etc. Nostrum porro, de quo iam agimus, Palladium ab aliis *Paludium*, ab aliis *Rutilium Palladianum* dictum reperio. Plures Tauri nomine claros refert Colomesius pag. 240. Opusc. Apud Labbeum vero pag. 198. Bibliothecae novae MSS. vitiose, ni fallor, noster vocatur Palladius Rutilius Paulus Aemilius, Vol. I. Palladios alios ultra quinquaginta recensui lib. V. Bibl. Graecae cap. 32. Volum. IX. pag. 10. seq. ubi de Palladio Graeco Histor. Laus. scriptore. add. Prosopogr. Cod. Theod.

nus, etsi fundorum suorum in Sardinia, in territorio Neapolitano, mentionem facit lib. 4. p. 578. edit. Commelin. Scripsit post Apuleium, cuius testimonio semel utitur; non itaque sub Hadriano, ut perperam affirmat Lud. Vives libro tertio operis doctissimi de tradendis disciplinis. Scripsit, inquam, dictione simplici, nec ineleganti tamen, *de Re Rustica libros XIV.* quorum primus praecepta rei rusticae varia complectitur, secundus usque ad tertium decimum singulis libris singulorum mensium operas rusticas explicat, initium faciens a Ianuario. Vltimus denique ad *Pasiphilum*, *b*) quem virum doctissimum vocat, et cui superiores quoque inscripsit libros, agit de insitione, versibus hexametris et pentametris. Priores libri tredecim, ut ipsius auctoris verbis utar, sunt

*Nec stricti numeris, nec Apollinis amne fluentes.*

Prodiit hoc agricolare Palladii opus saepius cum Aldi Manutii commentario de dierum generibus apud Palladium, et cum Catonis, Varronis et Columellae scriptis eiusdem argumenti, castigatum et illustratum a Petro Victorio atque Hieronymo Commelino, Philippo Beroaldo, et pluribus aliis in editione Rusticorum Gesneriana. Vide quae supra dicta sunt. Commeliniana Palladii editio cum Mf. collata exstat in Bibl. Leidensi. Est et Erfurti in Bibl. Collegii Aploniani Codex membranaceus, cuius collatio novae Rusticorum editioni addita est. Indicem scriptorum a Palladio et aliis

 scripto-

*b*) Incertum cuinam Pasiphilo libros suos inscribat Palladius. Pasiphili Philosophi, qui a. C. 371. sub Valente tortus, mentio ap. Ammian. XXIX, 1. Ad Pasiphilum est leg. 8. Cod. Theodos. de Iurisdictione, Olybrio et Probino Coss. a. C. 395. quem Vales. ad Amm. l. c. putat esse Palladii amicum. Epistola quae libro tertio decimo subiicitur, toti operi praemittenda videbatur Io. Conrado Schwartz, qui novam Palladii editionem parabat. Vide eius Epistolam ad virum nobilissimum Gottfrid. Thomasium, insertam Actis Eruditorum Germanice editis Tom. 2. p. 342. seq. Sic notum est, in antiquis Gellii editionibus Epistolam, quam toti operi Gellius praemiserat, ad calcem reiectam legi. Sed ei Gesnerus non paruit, recte.

ſcriptoribus rei rusticae laudatorum dedimus supra ad lib. I. cap. 2. ubi etiam de variis editionibus dictum. *Gallicam* Palladii versionem a *Io. Darcio* compositam editamque Parif. 1553. 8. apud Mich. Vascosanum, memorat Crucimanius Bibl. Gall. p. 491. et Catalogus Bibl. Bigotianae p. 138.

II. IVLIVS OBSEQVENS cuius patriae et aetatis fuerit non pro certo dicere licet, nisi quod castigatus sermo, quo utitur, meliori aevo eum floruisse, et praenomen Iulii, Romanum gente fuisse, indicio est.

Exstat *libri*, quo *c*) *prodigia*, Romae vel in regionibus ditioni Romanae subiectis visa, ordine temporum descripsit, *Fragmentum*, a Consulatu L. Scipionis et C. Laelii, hoc est, ab anno V. C. 505. usque ad P. Fabii et M. Aelii consulatum, qui incidit in aetatem Augusti Imp. Primus a Iucundo Veronensi sibi dona-

*c*) Livium potissimum secutus est in hoc libello Iulius Obsequens, cuius verba etiam frequenter servat. Plurimum doctorum omnium iudicio depravatum esse, et alienis passim Consulibus prodigia in eo notari, observat Petavius XII, 38. doctrinae temporum. Quod vero Balthasar Bonifacius, in libro de scriptoribus historiae Romanae, affirmat, Obsequentem ex Frontini imitatione prodigia collegisse, id ita intelligo, ut, quemadmodum Frontinus dicta et facta sollertium ducum, ita Obsequens prodigia in unum librum congesserit. Neque enim prodigia ex instituto collegit Frontinus, etsi pauca quaedam attigit in libris Strategematicon. Prodigiorum observationem ex Actis publicis Senatus videtur Plinius annotasse, quum ea memorat, ut III, 41. *Canem locutum in prodigiis, quod equidem adnotaverim, accepimus et serpentem latrasse, cum pulsus est regno Tarquinius.* et 45. *Est frequens in prodigiis priscorum, bovem locutum: quo nunciato Senatum sub dio habitum.* et 57. *muris haud spernendum in ostentis etiam publicis animal.* Idem prodigium, quod diversis annis apud scriptores veteres diversos Annalium reperit Iulius Obsequens, interdum ad duos vicinos annos retulisse, atque adeo praeter rem multiplicasse, et per errorem bis commemorasse arguitur ab eruditissimo Perizonio animadverſ. histor. cap. VIII. p. 24. sed probe notavit Oudendorpius, potuisse etiam bis illa nunciari, vel bis accidere, cum in Actis Senatus vel paucissimorum dierum, anni V. C. 585. plura prodigia memorentur ap. Graevium ad Svetonii Caesarem pag. 778. seq.

donatum edidit Aldus a. 1508. 8. et inde una cum Plinii Epistolis, Panegyrico et libro de Viris illustribus ac Svetonio de Grammaticis ac Rhetoribus, Philippus Iunta Florent. 1515. 8. atque iterum socer Aldi, Franciscus Asulanus, Venet. 1518. Aldinam editionem exprimi curavit *B. Rhenanus* Argentor. 1514. 8. Obsequentem edens una cum Plinio de viris illustribus, quem nunc Aurelium Victorem esse constat, ac Svetonio de claris Grammaticis et Rhetoribus. Cum iisdem scriptis recuderunt quoque Basileenses a. 1521. et 1530. 8. Lugdunenses 1539. 8. et *Robertus Stephanus* Parisiis ter, 1529. 1539. et 1544. 8. Sed Oudendorpius, qui editiones eas inspexit, Stephanum ex ingenio, non ex Msto Codice, putat plura emendasse. Exstat et editio Antverpiensis a. 1532. 1542. 8. et altera, non reperi, quo in loco, excusa a. 1547. 8. *Conradus* deinde *Lycosthenes* partem libri priorem, quae temporis iniuria interciderat, supplevit ex Livio, Dionysio Halicarnas. Eutropio, Orosio, aliisque: capita vero a se addita a verbis Obsequentis, asterisco praefixo, diligenter distinxit Basileae apud Oporin. cum Ioach. Camerarii libris 2. de ostentis; et Polydoro Virgilio de prodigiis a. 1552. 8. Iidem asterisci servati sunt in editione Lugdunensi Tornaesiana *d*) a. 1553. 12. etsi Vossius p. 711. de Hist. Latinis ait, Tornaesium pessimo exemplo editionem Lycosthenis iterum edidisse sine asteriscis: unde fieri, ut gravi errore Lycosthenes passim pro Obsequente legatur, et ab eruditis ad partes advocetur. Forte respiciebat Vossius ad editionem Lugdunensem anni 1589. 12. Ab eo tempore *Ioannes Scheferus* *e*) hunc libellum



*d*) Pro Tornaesio, qui Obsequentem excudit, male Tornerius appellatur in Diario Romano a. 1679. p. 133.

*e*) Ex B. Rhenani editione, quae post priorem Argentorat. ex Schurerii officina a. 1514. 8. vulgatam, recusa est in quarto itidem Argentorati ex Hulderici Mothardi aedibus. Caput CXXIII. addidisse se scribit Scheferus, quod in Aldina sive Asulani desideratur.

cum Lycosthenis supplementis, diverso charactere excusis, iterum in lucem emissum notis et indice illustravit Amstelod. 1679. 8. In quibus notis videtur non usquequaque felicem Criticam exercere vir alioqui doctus et variis in literas meritis conspicuus, sed nimis pronus in coniecturas. Postea *Thom. Hearne* V. C. Obsequentem, a Lycosthenis additamentis liberum, ad veteres editiones recensuit, cum Livio contulit, et brevibus atque utilibus notis illustravit, adiunctum Eutropio, Messalae Corvino, et Anonymi Orationi funebri *f*) in Constantinum Constantini M. Filium, Oxonii e Theatro Sheldoniano 1703. 8. *Laurentius* quoque *Pignorius* commentario Obsequentem illustrasse fertur, qui Venetiis fuerit in manibus illustris Molini, Procuratoris St. Marci, uti ex Thomasini parte 2. elog. p. 209. et Casp. Bartholino de lue animalium, p. 461. edit. posterioris notat Io. Hallervordus in spicilegio de Historicis latinis. *Franciscus* denique *Oudendorpius* Obsequentis editionem nova expolitam cura dedit, et praeter accuratiorem Consulum notationem, variasque Iosephi Scaligeri, Nic. Heinsii, Gisb. Cuperi et Petri Burmanni observationes, integrasque Scheferi notas, suis ipsius etiam annotationibus, atque quinque indicibus Consulum, rerumque et verborum exornatam, Lugd. Batav. 1720. 8. Nonnulla in hoc scriptore notantur in Actis Eruditorum anno 1721. pag. 118. seq. a V. C. Christophoro Augusto Heumanno. Adversaria etiam Critica in Obsequentem sunt in Obss. Miscell. Vol. VIII. pag. 261 — 278. *Gallice* Obsequentem et tres Polydori Virgilii libros vertit *Georgius de la Bouthiere* Lugd. 1558. 8.

III. Cen-

*f*) Hanc Monodiam e Codice Palatino Graece cum versione sua ediderat Federicus Morellus Paris. 1591.

III. CENSORINVS, doctissimus Grammaticus, saeculo decimo ab urbe condita, *g*) a. V. 991. scripsisse se innuit, Vlpio et Pontiano Coss. a. C. 238. Sed de aetate, qua scripsit Censorinus, confer Scaligerum lib. 3. de emendat. temporum pag. 201. et Antonium Pagi in Critica Annalium Baronii ad a. C. 238. num. 2. Extat eius *liber* aureolus et variis doctrinae et ingenii luminibus illustris, *de die Natali*, sive de humana origine, ad Q. Cerellium, equestris ordinis virum, quem capite 15. sanctissimum vocat et officiis municipalibus functum, sacerdotiique honore in principibus civitatis suae conspicuum fuisse testatur. Hoc *illustre* de die natali *volumen* laudat Sidonius Epistola ad Polemium, quae carmini 14. praemittitur, estque plenum varia doctrina: quippe per occasiones ad omne genus temporis distribuendi, designandi etc. item ad Musicam artem digreditur. Laudat etiam Cassiodorus libro de Geometria et lib. de Musica. Q. Cerellio, cui iam annum tertium et sexagesimum supergresso aetatis librum suum dicat Censorinus, dignitatem se et honores debere dicit capite tertio his verbis: *nam cum ex te tuaque amicitia honorem, dignitatem, decus atque praesidium, cuncta denique vitae praemia recipiam, nefas arbitror, si diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit, meo illo proprio negligentius celebravero: ille enim mihi vitam, hic fructum vitae atque ornamentum peperit.*



*g*) Vide cap. 17. et 21. lib. de die natali, et Petavium IX, 45. doctrinae temporum. Hunc porro Grammaticum cum Censorino Odenati filio, uno e triginta tyrannis, perperam confundunt nonnulli, ut novissime factum a Menckeniis in Bibl. virorum militia et scriptis illustrium p. 146. seq. Fuit et *Censorinus* quidam Academicus, quem impugnat Alexander Aphrodisiensis lib. 1. *ἀπορειῶν καὶ λύσεων* cap. 13. Alioqui notum est, Censorinum etiam vocatum olim vel Censorium, qui Censor fuit, ut Marcius ille Censorinus, *ὃν δὶς ἀπέδειξε τιμητὴν ὁ Ῥωμαίων δῆμος*. Plutarch. Coriolano sub init. Alius C. *Marcius Censorinus*, ad quem Horatius Carm. IV, 8. Fuit item Censorinus Navarchus Romanorum, de quo Memnon apud Photium Cod. 224. p. 391. nec non Censorinus, cuius meminit Seneca Rhetor. praef. 3. excerpt. Controversiar.

*peperit.* De aliis Cerelliis vid. Io. Glandorpius p. 216. Onomastici Romani.

Extat et *Fragmentum*, de naturali institutione, quod Censorino tributum et eius libro de die natali continenter editum est, plenius a Carrione: sed est incerti Auctoris, et propterea, auctore Carrione, in recentioribus editionibus ab certo Censorini libro seiunctum est, ut paullo post dicetur. Barthius in Adv. LIV, 21. Censorini quidem esse iudicat, sed ex alio libro. Ceterum id fragmentum prodesse potest volentibus res geometricas et alias mathematicas bene latine exprimere: in quo nobis profuit. Lud. Carrio libro II. emendationum capite 15. (T. III. Lamp. Grut.) fragmentum hoc multa eadem habere observat cum scriptore, qui extat sub nomine Scholiastae Germanici. *Aratea Germanici, sive sunt Interpretis, cum iis confer quae pro fragmento volumini Censoriniano subiuncta curavimus. Nam quaecunque ex veteri Codice, ex antiqua Mediolanensi editione, a capite secundo usque ad extremum fere caput tertium in fragmento leguntur, ab illo scriptore esse moneo. Reliqua unde sint descripta, alias fortassis odorabimur. Ex Germanico in fragmento illo nonnulla, ex fragmento autem in Germanico complura possunt emendari, et lacunae etiam compleri.*

Editio Censorini prima, quae sit, liquido definire non possumus. Mediolanensem antiquissimam Carrio l. c. memorat, sed non, quo anno facta sit, notat: nec in libris ante seculum sextum decimum editis notata est a Saxio. Sed ante id seculum editus erat Censorinus cum Cebete, ut Bonon. 1497. f. Venet. 1500. f. forte et alibi. Hoc autem seculo prodiit cum eodem Cebete, Paris. 1514. apud Ascensium. Porro Macrobio subiectus, cum Io. Rivii praefatione Paris. 1519. fol. ap. Badium. A. autem 1528. 8. prodiit ad calcem Macrobii ex officina Aldi: in qua editione fragmentum

illud

illud ex antiquo exemplari, ſcripto an edito neſcimus, auctius factum pluribus capitibus. Eodem anno Baſileae 4. ex officina Ioannis Bebelii, Ioannes Sichardus edidit librum, cui titulus eſt, *diſciplinarium liberalium orbis:* in quo et *Cenſorini* de die Natali opuſculum reperitur. Eadem forma Cenſorinus praelum cum Solino ſubiit ex emendatione *Eliae Vineti*, Pictavis 1568. 4. cum notis *Aldi Manutii* nepotis Venet. 1581. 8. Hinc a *Lud. Carrione* accurate recenſitus eſt, qui *capita poſtrema*, quae vigeſimum quartum inſequuntur, primaque Phyſicae, Geometriae et Poëticae de pedibus et rhythmis elementa continent, primus ad hunc librum non pertinere obſervavit, ſeparatimque libro de die natali, ut *Fragmentum incerti ſcriptoris* ſubiecit Pariſ. 1583. In editione Cantabrigienſi, de qua mox, Carrio dicitur fragmentum illud auctius e Mſ. edidiſſe; quod eſt falſum: nam id iam factum erat in Aldina: ſed Carrio aliquot capita Aldinae in duo diviſit: ut a cap. *de Geometria* ſeiunxit partem maiorem, inſcripſitque de *formis:* et a cap. *de rhythmo*, inſcripſitque *de Muſica.* Sed caput *de coeli poſitione* in fine explevit duobus verſibus, qui in Aldina deerant. Viciſſim Aldina interdum plenior eſt, quod miror fugiſſe Carrionem et editorem Cantabr. qui in Var. Lect. huius fragm. non memorat Aldinam illam. Carrionis editio repetita eſt Lugd. 1593. 1603. 8. Roſtochii quoque lucem adſpexit 1579. 8. quam ſibi profuiſſe ait Lindenbrogius, *Erycio* porro *Puteano* curante Lovanii 1628. 4. *Henricus* dein *Lindenbrogius* Sereniſſ. Holſatiae, Principis Bibliothecarius, ex Pariſienſi Carrionis et Roſtochienſi editione recenſitum variis locis emendavit doctiſque notis illuſtravit Hamburgi 1614. 4. quae eius notae paſſim emendatae et auctae ſunt in editione Lugd. B. 1642. 8. eaque eſt ultima huius opuſculi recenſio. Hanc a. 1695. Cantabrigienſes repetierunt, additis *Petri Ioannis Nun-*

*neſii*

*uesii* emendationibus ad *Fragmentum*, in compendium redactis, quae ante ad calcem Obſervationum humanarum Andreae Schotti delituerant, et recens adiecto in librum de die natali notarum ſpicilegio, quod vir doctus, neſcio quis, ex Scaligeri, Barthii, Salmaſii, aliorumque eruditorum hominum ſcriptis collegerat. Denique Lugd. Bat. a. 1743. cum Comm. H. Lindenbrogii, et notis ſelectis e *Scaligeri*, *Barthii*, *Salmaſii*, *Meurſii* aliorumque ſcriptis prodiit Cenſorini hic libellus, adiunctis *Lucilii* fragmentis cum notis *Fr. Douſae*, e recenſione *Sigeb. Havercampi*, qui in ea recenſione etiam Mſ. libro e Bibl. Lugd. uſus eſt, addiditque indices locupletes: bene itaque conſuluit ſtudioſis, qui hic ea, quae ante diſperſe legebantur ad Cenſorinum profectura, uno in loco reperiunt.

*Franciſcus* quoque *Modius* in Novantiquis Lectionibus plura Cenſorini loca caſtigavit e membranis: item Ianus Guilelmus in Veriſimilibus III, 5. ſeq. et Io. Meurſius in Critico Arnob. VIII, 10. p. 223. ſq. et p. 40. *Gerhardum* praeterea *Voſſium* Gerhardi Ioannis F. in Cenſorino emendando et illuſtrando non exiguam operam poſuiſſe teſtatus eſt Iſaacus frater in praef. ad Dionyſii Voſſii fratris itidem ſui Maimonidem de Idololatria.

Vocabula ſoli, ut ei quidem viſum, Cenſorino uſurpata digeſſit *Iacobus Moſantus Brioſius* in Epiſtolis, Cadomi 1670. 8. editis pag. 229. ſeq. eiſque vocabula Gellio peculiaria praemiſit. Vtraque cum non adeo multa ſint, et Brioſii liber non ſit in multorum manibus, hoc loco a me ſubiungentur.

VERBA

# VERBA GELLIANA.

Gestuosae manus, lib. 1. cap. 5.

Imperspecte, imperspectius c. 7. pro eo, quod Plinius dixit imperspicuus.

Praelium ingredi c. 11.

Frequentamenta vocum ibid.

Indeprecabilis poena: quae nullis precibus averti potest, c. 13.

Displicita est eius sententia, c. 21. In Terentio placita est Fabula.

Secretum rei, *ce que nous disons en Francois le secret de la chose*, c. 23.

Diatriba. Non solum pro dissertatione et sermone, sed etiam pro loco, ubi habentur, c. 26.

Lib. 2.

Innominabilis, cap. 5.

Parere et obsequi quaedam, quae pater iusserit, id est, in quibusdam parere, c. 7.

Desinere seditionem, *appaiser la sedition*, c. 12.

Memoriae. Pro eo quod Gallice dicimus, *des Memoires, des Chroniques et Histoires*, c. 21. lib. 7. c. 8. et lib. 10. c. 12. *Et en singulier pour ce que nous disons un conte, une Historiette*. Herodotus in Historiis huius memoriae scriptor est, lib. 5. cap. 9. *ou il parle de l'histoire du fils de Crœsus*.

Septentrionarius, pro Septentrionalis, c. 22.

Animadvertere Deos, c. a. *les reverer, considerer ce qui est de leur service*, c. 28.

Messis manus postulat, c. 29. id est, *la moisson est preste à faire*.

Pulli plumantes, qui plumas emittere incipiunt, c. 29.

Obsequibilis, ibid. *officieux, serviable*.

Conflaccescunt et sternuntur fluctus, c. 30.

Vndabundum mare, ib.

Lib. 3. et 4.

Dubiosus, lib. 3. cap. 3. lib. 5. c. 10.

Legumentum *pour legumen*, lib. 4. c. 11.

Incentio. Pro simplici can-

cantio et pro incantamento, cap. 13. et lib. 16. cap. 11.
Derelictus, nomen habere derelictui, c. 12.
Impolitia, pro incuria, c. 12.

LIB. 5.

Vivacissimus cursus, de equo Bucephalo, c. 2.
Incoibilis, quod coire et coniungi non potest, c. 2.
Imbellia, c. 5.
Penetro me in specum. Pro, me infero, c. 14.

LIB. 6.

Infortunitas, c. 1.
Tempestiva Virgo, male in quibusdam exemplaribus legitur Tempestativa: id est, matura viro, ut loquitur Horatius, c. 8.
Inauditiuncula. Quod Graece ἀκροαμάτιον, habebatque nonnullas Grammaticae inauditiunculas, c. 21.

LIB. 7.

Ignoscentiae, c. 3.
Inorus sine ore, ut inauritus sine auribus, c. 6.

LIB. 9.

Musa liberalis, id est, Artes Liberales. Philippum cum omni fere tempore negotiis belli, victoriisque affectus exercitusque esset, a liberali tamen Musa, et a studiis Humanitatis nunquam abfuit, c. 3. et cap. 10. Anianus Poëta, et plerique cum eo eiusdem Musae viri.
Consentitur omnium fluminum maximum esse Nilum, lib. 10. c. 7.
Sacerdotissa, lib. 10. c. 15.
Vsitati sunt hoc verbo veteres, c. 21.
Indissimulabilis veritas, c. 21.
Existimatus. *Pour dire noté deshonoré.* M. Cato non solum existimatas, sed mulctatas quoque a iudice mulieres refert, non minus si vinum bibissent, quam si probrum et adulterium admisissent, c. 22.
Exculcata verba, id est, obsoleta et insolentia, ut alibi loquitur, l. XI. c. 7.
Culpatum, *fautif.* Sed molestius equidem culpatiusque esse arbitror, c. 7.
Quire. Contra Milesios loqui non quire, l. 9. c. 9.
Tortuosae res. Anxiae, *qui donnent de la peine*, 13, 11.

Invi-

Invitabilis. Hoc est iucundus sermo, lib. 13. c. 11.

Egeo multa, l. 13. c. 23.

Iniqui. *Pour dire les mechans*, l. 13. c. 26.

Rivalis. *Pour dire ceux qui ont droit à mesmes eaux ou roisseaux;* negotium illi de aquae ductu cum rivalibus, aut communi pariete cum vicino. Ambagiosus, l. 14. c. 1.

Fallaciosus, ibid.

Inadulabilis. Non obnoxius adulationi, l. 14, c. 4.

Libentia. Id. Amoenitas voluptas, l. 15. c. 3.

Parcere sibi vitam, 16. 19.

Prolubium, Cupiditas, voluntas, ibid.

Coibilis, ibid.

Calorificus, c. 29.

Incongelabilis, ibid.

Inopinabilis, quod quis nunquam futurum putasset, l. 17. c. 9. et 12.

Impeccabilis, c. 19.

Aestimatio bona. *Pour dire bonne renommée, estime*, l. 18. c. 1.

Manuarium aes aut argentum, quod quis in manibus aus usu habeat, c. 22.

Levare tempus, *passer tuer le temps.*

Extrilidus, exporrecta fronte sine tricis et rugis, lib. 19. c. 1.

Molliti venti, *vent qui est baissé*, ibid.

Iactabundum mare, ibid.

Classici Autores, quasi dicas primae classis, id est, primae notae; qualis Cicero, Virgilius, Horatius, c. 8.

Egregie fuit homo improbus, lib. 20. c. 1.

Partiendum corpus. Pro in partes dissecandum, c. 1.

Cognobilis. Iis solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt, c. 4.

Intoleratius, pro intolerabilius, lib. 13. c. 8.

Intercutia vitia, *ib.* locus egregius, et qui adscribi mereatur. *Versus Afranii sunt in Togata, cui Sellae nomen est: usus me genuit, mater peperit memoria, σοφίαν vocant me Graii, vos sapientiam. Et Pacuvius: ego odi homines ignava opera, et Philosopha sententia: nihil enim fieri posse indignius, neque intoleratius dicebat, quam quod homines ignavi ac desides, operti barba et pallio, mores et emolumenta Philoso-*

*losophiae, in linguae verborumque artes converterent, et vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes.* Intercutibus vitiis, (*inquit Ascensius,*) quae sunt inter cutem et carnem aquae, intercutes dicuntur: per allusionem autem vitia, quae non foris apparent, sed penitus sunt imbibita, intercutia nominat. Philosophus, adiectivum, Philosopha sententia.

Lib. 17.

Vegetare memoriam, c. 2. veges a vegeo, apud Antiquos Varronem, Nonnium, Sallustium, legas. Vide Vossium in Glossario. Vegeto minime, quod sciam. Apuleius, Prudentius, et alii recentiores utuntur.

Festare. Dialis quotidie festatus est, l. X. c. 15. Ascensius legi vult textatus, sed nullo sensu, et contra omnium Exemplarium fidem.

Obseruitare. Frequentativum a verbo observo, ibid.

Adminiculatior, lib. 20. c. 11. Aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertior.

Post usurpatas soli Gellio, quod sciam, en et habe Censorino soli usurpatas voces. Ille, ut iam dictum, sub Hadriano vixit; hic sub Gordiano, circiter seculo ante Macrobium et Servium, Theodosiani aevi scriptores. Ambo, Gellius dico et Censorinus, tersissimi, et qui communi doctorum sententia, inter Classicos Autores recensentur: sed quorum tamen in singula verba non nisi caute iurare velim.

## CENSORINVS DE DIE NATALI.

*Collatus*, huius collatus. Videtur sumi pro eo, quod Gallice dicimus, *entretien, conference. Cum vero tuo collatu scirem me plura didicisse, ne benefi-*

*ciis*

*ciis tuis viderer ingratus*, cap. I.

*Concordabilis*. Sed non promiſcue voces omnes cum aliis, ut libet, iunctae, concordabiles in cantu reddunt effectus. Et paulo poſt. Nec verbis, nec ſyllabis, concordabunt, c. 10.

***Membror***. Quinque et triginta diebus infans membratur, c. 11. Hippocrates dixit διαρθροῦται.

*Infans*. De faetu adhuc in utero V. Membror.

*Inaudibilis*. Pythagoras prodit, ſeptem ſtellas inter Coelum et Terram vagas, quae Mortalium geneſes moderantur, motum habere Εὔρυθμον, et dulciſſimam continere melodiam, ſed nobis inaudibilem propter vocis magnitudinem, quam capere aurium noſtrarum anguſtiae non poſſunt, c. 13.

*Concinere Melodiam*, v. *Inaudibilis*.

Hirquitallire. *Incipiente tertio aetatis Hebdomade, vox craſſior et inaequabilis fit, quod Ariſtoteles vocat* τραγίζειν, *Antiqui noſtri hirquitallire, et inde putant ipſos hirquitallos nominari, quod tum corpus Hircum olere ſoleat*, c. 14. Inde Hircoſus Vlpiano, l. 12. §. Is cui ff. de Aedil. Ed. Vbi pro *Strabonem* graſonem legi vult Lidenbrogius. Nam γράσον ἄνθρωπος ὁ δύσοσμος.

*Diluvio*, *Diluvionis*, pro *Diluvium*, *Diluvii*, c. 18.

*Exigneſco*, *Exaqueſco*. Alternis temporibus Mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere videtur, *ibid.*

*Inenuntiabilis*. Plerique praeterea incomprehenſibile quiddam et inenuntiabile eſſe exiſtimaverunt, c. 19.

*Cavi Menſes*. Sunt ſex. Iunius, Quintilis . . . Quatuor qui praecederunt, maiores et pleni dicuntur, cur ita vide c. 20.

*Regifugium*. Dies quo Reges Tarquinii Roma fugerunt. De quo ſic Feſtus: Regifugium dies notatur in faſtis XI. Kal. Martias, ut ait Verrius, ita dictus, quia eo die Tarquinius Roma fugerit.

*Bisextum*, c. 20. Quod verbum et in iure nostro reperitur.

*Septimanus et Quintanus.* Adiectiuum. Nonae Septimanae et Quintanae, c. 20.

*Nabonazarus.* Annorum quorundam nomen apud Aegyptios, c. 21. De quibus vide Scaliger. lib. V. De Emend. Tempor.

*Horarium.* Pro Herologium siue Solarium, c. 22.

# INDEX SCRIPTORVM, ALIORVMQVE MONVMENTORVM, QVORVM APVD CENSORINVM MENTIO.

*ex editione Cantabrigiensi.*



CAPVT

# CAPVT V.

## DE

# SERENO SAMMONICO, NEMESIANO, ET CALPVRNIO.

I. *Sereni aetas.* II. *Carmen de medicamentis.* III. *Peroratio in Marcelli Empirici Codicibus servata.* IV. *Editiones.* V. *Scripta deperdita.* VI. *Nemesiani Cynegeticon et Eclogae.* VII. *Ecloga Calpurnii.*

I. Q. *a*) SERENVS SAMMONICVS, pater Sereni Sammonici, qui Gordiano iuniori praeceptor fuit, ipse clarus sub Septimio Severo et Antonino Caracalla, a quo postremo inter coenam *b*) interemptus periit, vir, inter seculi sui doctissimos, qui ingentem reliquit Bibliothecam voluminum 62000. quam filius Gordiano iuniori dono dedit. Verum pater an filius auctor sit Carminis, de quo h. l. dicetur, id in ambiguo est, etsi plerique superiores patri tribuerunt: de quo Morgagnus adeundus in Epistola in Serenum Sammonicum p. 80. A Septimio Sereno distinguendum Sammonicum, monet Sidonius Epistola ad Polemium, carmini XIII. subiecta. Idem in Epist. carmini XXI. subiecta inter Matheseos peritissimos conditores laudat cum Firmico et Saturnino, nisi pro *Sammonicum Saturninum*



*a*) Quinti praenomen non reperi ap. Spartianum, Macrobium, aliosve veteres, qui Sammonici meminere. Pseudo Luitprandi de Q. Sereno Sammonico, Hispano, e Samone Gallaeciae opido, tum Christiano, denique Martyre, commenta explosa, ubi lubebit, videbis a Nic. Antonio lib. I. Bibl. Veteris Hispanae c. 20. p. 94. seq.

*b*) Spartianus in Caracalla p. 243.

*ninum* legendum *Fallonium Saturninum*, ut in Mſ. Io. Savaro reperit, atque alibi cum Varrone, Cenſorinoque.

II. Ex variis eius ſcriptis, Phyſici, Mathematici et Philologici argumenti, ſolum ad nos pervenit *Carmen heroicum*, *praecepta de medicina parvo pretio parabili*, ad curandos praecipuos humani corporis morbos, complexum. In his ſuperſtitioſa nonnulla, ex more illius aetatis, occurrunt, quale eſt, quod conum *Abracadabra*, *c*) chartae inſcriptum, hemitritaeo depellendo valere ait, plura forte tranſcribens quam credens. Etſi eius uſum plurimorum ſe probatione et eventu probaſſe affirmat Thomas Bartholinus *d*) libro de Medicis Poëtis. Confer de illo Amuleto praeter Rob. Keuchenium in commentario ad Serenum, Iacobi Wolfii Scrutinium Amuletorum, diatribam ſingularem Medici ac Philologici praeſtantiſſimi Georgii Franci de Franckenau. De morborum curatione per carmina vid. et Broukh. ad Tib. pag. 99.

III. Car-

c) Colomeſius Miſc. Hiſt. p. 94. *Les Juifs modernes, au raport de Buxtorfs le fils dans ſa Synagogue chap. 45. diſent, que pour chaſſer la fievre quarte il ne faut que prononcer le mot* Abracalan, *en diminuant toujours d' une lettre. Iulius Africanus dans ſon grand ouvrage, intitulé* κεστοὶ, *qui ſe trouve manuſcrit dans la Bibliotheque du Roy d'Eſpagne, et Serenus Sammonicus dans ſon poëme de Medicina, attribuent le même effet au mot Abracadabra ainſi prononcé. Il ſe peut faire, que les Juifs ayent tiré leur recette de l'un de ces deux auteurs.*

d) *Vulgatus hemitritaeo depellendo conus plurimorum obſervatione et eventu ſe probavit, etſi rationem ignoremus. Vidi profuiſſe in febribus* (idem iactatum memorat ſed explodit Lucianus in Philopſeude) *etiam ſine ſuperſtitione collo appenſum, addito ſolo cornu cervino, cuius appenſi tanta potentia Conſtantino Caeſari, Geopon. lib. 16. cap. 1. 3. ut nec boves nec equi poſſint aegrotare.* Hactenus Bartholinus. Similia iactant Talmudici de ſuo *Schabiri.* Conf. Buxtorfii Lexicon in שבר et Georgii Elieſeris Edzardi praef. ad Avoda Sara pag. 25. Alia huiusmodi dabunt Balth. Bonifacius Hiſt. ludicrae XIV, 5. et Io. Chriſtianus Fromannus libro de faſcinatione pag. 25. et 30.

III. Carmen Sereni ipſum, quod rem tenuem ſatis ingenioſe tractat, extrema parte truncum eſſe videtur, itaque pedibus eo in ſententiam Roberti Conſtantini, qui verſus in calce libri Marcelli Empirici de medicamentis, coniectura minime abſurda, ſed veriſimillima, habet pro peroratione poëmatis Sereniani. In Sammonico, quoniam ſaepius olim deſcriptus eſt, et interpolatus, incredibilem lectionum varietatem offerunt Codices ſcripti, teſte Rittershuſio ad Oppianum, et Barthio XXVI, 27. Adverſar. Mſ. Franciſci Barberini laudat Ioannes Rhodius p. 61. ad Scribonium.

IV. Editum Sereni carmen eſt, quantum certa fide conſtat e) Venetiis anno 1488. cum Arato, Avieno etc. 4. non multo poſt alia editio facta eſt, ſed ſine a. et l. nota, ab *Sulpicio Verulano*, cuius excerpta dedit Burmannus. Deinde Venet. 1502. 4. Lipſiae 1515. Florent. apud Iunt. 1524. 4. cum Celſo, et 1528. 4. apud Aldum cum Celſo, ut cetera fere exempla, iterumque Haganoae 1528. 8. per *Caeſariam* cum eius ſcholiis et notulis, repetita a Sotere 1538. Ab eo tempore ſaepiſſime editum eſt, ut Patav. 1563. 8. Venet. 1566. 8. Lugd. 1542. apud Seb. Gryphium, emendatae illa lectionis laude in primis clara, quam et aliae poſt ſecutae ſunt pro exemplo emendatiſſimo, ut et Lugd. 1554. 12. quae editio cum Ioſephi Scaligeri emendationibus nonnullis extabat in Fabricii Bibliotheca. Etiam varias lectiones codicis Mſ. membranacei Paderbornenſis 400 fere annorum excerpſerat Marquardus Gudius, quas a Fabricio accepit Pet. Burmannus. Lugduni et a. 1566. cum Celſo edidit *Rob. Conſtantinus*, a quo et textus ſubinde



e) Nempe P. Burmannus notaverat editionem Venetam 1485. alicubi memoratam, ſed non recordabatur, ubi reperiſſet, ut de fide traditionis quaerere poſſet. Igitur de ea ed. nondum liquet.

mutatus est et lectionis Varietas notata, additis etiam brevibus scholiis.

Prodiit et Sereni carmen inter Medicos veteres Aldinos Venet. 1547. fol. sed valde vitiose, et H. Stephani, Paris. 1567. fol. e Constantini exemplo in Corporibus poëtarum, atque inter Poëmata antiqua a P. Pithoeo recensita et cum notis edita. Basileae porro a. 1559. 8. cum Comm. *Georg. Pictorii*, medico illo quidem inprimis, sed tamen et literato: quae repetita est a. 1571. 8. Tiguri 1540. 4. cum commentario erudito et copioso *Gabrielis Humelbergii* editum est, cui dein annus 1581. additus est, velut nova editio esset. *Robertus Keuchenius* porro superiori seculo carmen hoc ad Ms. Codicem castigatum, cum notis et commentariis in lucem emisit 1668. 8. in quibus esse multum doctrinae undecunque acceptae, nemo neget, sed et multa negligentiae et parum accuratae doctrinae documenta, et non satis ad tale opus paratae, animadversa sunt. Novissima editio est *P. Burmanni* inter *Poëtas minores*, quorum Corpus ab eo editum est Leidae 1731. 4. in qua textus et e libris scr. et edd. constitutus accurate, et notis tum aliorum, tum ipsius bene illustratus est.

V. Ex libro quarto Reconditorum Sammonici Sereni Macrobius Saturnal. III, 9. affert carmen, quo Dii antiquo ritu evocabantur, et aliud, quo mos fuit devotas fieri civitates. Idem libri eiusdem capite 16. ubi de accipensere loquitur, Sereni verba recitat, quibus, post productum Plinii de illo pisce locum, perperam affirmat, illum naturae Bibliothecarium ad usque Traiani Imperatoris aetatem pervenisse, Maiorem Plinium ita confundens cum Iuniore, ut notatum Scaligero p. 207. ad Euseb. De lege Fannia Sammonici fragmentum exstat apud eundem Macrob. III, 17.

VI. M. AV-

VI. M. AVRELIVS OLYMPIVS NEMESIANVS Carthaginiensis, Poëta, quem *Halieutica*, *Cynegetica* et *Nautica*, sive ut Casaubonus legit, *Ixeutica* scripsisse, omnibusque emicuisse coronis illustratum, narrat Flavius Vopiscus, ubi Numerianum Caesarem cum eo in Poëtica contendisse refert. Sola supersunt illius *Cynegetica* carmine heroico descripta ad Carinum et Numerianum, divi fortissima pignora Cari. Gratium si vidisset, non profecto scripsisset, saltim non debuisset scribere: *Castaliusque mihi nova pocula fontis alumno ingerit.* Et *Ducitque per avia, qua sola nunquam trita rotis.* Tum *Eclogae IV.* Quibus poëmatibus non elegantiae tantum et ingenii laudem consecutus est, sed et castigata puraque dictione, prae ceteris scriptoribus Afris, se commendavit, iam ante annos octingentos in Scholis praelegi solitus, ut ex Hincmaro Rhemensi (T. II. p. 481.) notavit Vossius de Poëtis Latinis p. 53. De Editionibus supra in Gratio dictum, et mox in Calpurnio dicetur. Separatim edidit Nemesianum *Christianus Fridericus Schmidt* Luneb. 1716. Alius est Nemesianus Episcopus, ad quem Epistolae S. Cypriani, Episcopi Carthaginiensis. De *Georgio Logo*, cui, et Sannazario, Gratium, Ovidii Halieutica et Nemesianum debemus, vide Io. Henelium in Breslographia p. 7. et in Silesiographia c. VIII. p. 116. et mox in Calpurnio.

VII. T. IVLIVS CALPVRNIVS, Siculus, ab inopia vexatus, ad eundem Nemesianum, suum, ut videtur, Patronum, misit Bucolica, sive *Eclogas septem*, in quibus Gyraldus, dialogo quarto de Poëtis, ait, facilitatem se et sermonis volubilitatem, sed parum interdum nervi et concinnitatis offendisse. Incertum est, an idem sit *Iunius*, sive, uti in Palatino Vopisci codice legi refert Gruterus, *Iulius Calpurnius*, dicta-

tor memoriae, cuius *de morte Cari Epistolam* ad Praefectum urbis datam producit Vopiscus in Vita Cari Imperatoris. Diversus a T. Iulio Calpurnio Eclogarum scriptore *Aemilianus Calpurnius Rosilianus*, cuius mentio in vet. inscriptione apud Thomam Galeum p. 126. ad Antonini iter Britannicum. Alius item *Calpurnius Flaccus* Rhetor, de quo supra lib. 2. cap. 15. §. ult. De egestate sua testatur Calpurnius ecloga IV. Musae suae etiam indignatus:

*Frange puer calamos et inanes desere Musas*
*— quid enim tibi fistula reddet*
*Quo tutere famem? certe mea carmina nemo*
*Praeterquam scopulis ventosa remurmurat echo.*

Eclogae Calpurnii Siculi primum separatim prodiere Romae sine loci nota, sed esse anni 1471. hanc editionem, ex eo recte colligitur, quod simul cum Silio illud exemplum prodiit, cui et adhaeret in omnibus exemplis Silianis. v. Gronov. Obs. III, 13. Post hanc editionem Parmae lucem adspexerunt a. 1478. 4. qua editione usus est Vlitius, eiusque lectiones sunt in Var. lect. libello. Tertia editio memoratur Daventriae 1491. facta typis Iac. Bredani. Prodierunt deinde cum Nemesiani aliorumque Eclogis Florentiae a. 1504. 8. Itaque Calpurnii et Nemesiani eclogas e Sannazarii codice acceptas esse memorat Georgius Logus Silesius, ubi docet Nemesiani Gratiique Cynegetica et fragmentum Ovidianorum Halieuticon (quod Nemesiano perperam tribuebat Barthius XLIX, 7. Adversar.) quae ille una cum Calpurnii Nemesianique Eclogis vulgavit, Actio Sincero Sannazario nos debere, qui codicem vetustum horum librorum litteris exaratum Langobardicis ex Gallia *f*) attulit, quem deinde Romae descripsit Ioan-

*f*) Hinc constat falli Laurentium Pignorium ne ferentem bonos

Ioannes Lucretius Aesiander Germanus, descriptumque Logo muneris loco dedit: a quo acceptum Paulus Manutius primum excudit Venet. 1534. 8. Prodierunt deinde Bononiae 1554. f. cum *Dominici Guidalotti* Commentario. Augustae Vindel. eodem anno eademque forma: mox Lugduni, Tiguri, Basileae etc. Extat editio antiqua s. l. et a. in qua Eclogae Nemesiani quatuor Calpurnianis pro octava, nona, decima et undecima, eiusdem auctoris subiiciuntur. Alias editiones, quibus virorum doctorum P. Pithoei, Rob. Titii, Casp. Barthii, et Iani Vlitii notae accesserunt, indicatae sunt supra lib. I. cap. 16. Denique recentissime in *Gerardi Kempheri* Poëtis Venaticis et Bucolicis, Lugd. B. 1728. 4. et *P. Burmanni* Collectione Poëtarum Latinorum minorum ibid. 1731. 4. prodiere utriusque carmina cum variorum notis. Exstat et Hugolini Martelli Epistola, qua Calpurnii et Nemesiani loca quaedam illustrantur Florent. 1590. quo ipso anno ibidem Nemesianus cum Calpurnio et Gratio. 4. editus erat per *Rob. Titium*; ut omittam, quae in Calpurnio castigavit Franciscus Modius in Lectionibus antiquis.

Calpur-

nos hosce scriptores Galliae deberi, quando p. 56. Epist. Georgii Logi, quem perperam Gregorium Longum vocat, sollicitat fidem, et illi obiicit, quod Franciscus Petrarcha iam Calpurnii carmen petiit a Guilelmo de Pastrengo Veronensi lib. 38. Epist. additque, velut Logo insultans: *an et tum Calpurnius e Gallia vestra petebatur? Non puto.* Neque vero Calpurnium primum edidisse se, neque ex codice Sannazarii petitum usquam affirmavit Logus. Recte vero id dixit de Gratio, Ovidii Halieuticis et Cynegetico Nemesiani, de quibus ita Geraldus dialogo quarto de Poëtis: *Sed quod Cynegetica* (tum temporis scilicet cum Gyraldus scriberet, adhuc inedita) *Gratius scripserit, Actius Sanazarus mihi aliisque pluribus asseruit et ostendit, cum Neapoli animi gratia ex urbe profecti essemus, se enim ex Heduorum finibus atque ex Turonibus detulisse opusculum de piscibus Ovidii, et Cynegetica Gratii et Nemesiani, id quod etiam suo scripto testatus est Pontanus, quadam sua Epistola ad ipsum Actium, et P. Summontius.*

Calpurnium Nemesiano castigatiorem esse, notat Vossius III. Institut. Poëtic. pag. 34. Idem paulo post: *Quaedem autem alter alteri sublegit. Inter alia apud utrumque legas:*

Te sine, vae misero mihi, lilia nigra videntur,
At tu si venias, et candida lilia fient.

*Potius autem censeam esse Nemesiani, g) quia Calpurnio is praestitit, suaque Calpurnio misit.* At contra *Bucolica* Nemesiani esse eiusdem Calpurnii ex orationis similitudine aliisque rebus coniiciunt. Vlitius in prima nota ad Nemesianum et praefatione ad Eclogas, et alii viri docti, a qua sententia se non alienum profitetur Burmannus.

g) Calpurnio sane inopi magis conveniunt, scribenti ad Patronum suum Nemesianum. Et Nemesiano fortassis in ora libri hos versus e Calpurnio quidam adnotaverat, qui deinde a librario sunt Nemesiani carmini inserti.



CAPVT

# CAPVT VI.

DE

# AELIO SPARTIANO, IVLIO CAPITOLINO etc.

I. *Scriptorum sex Historiae Augustae aetas.* II. *Quae vitae a quibus scriptae.* III. *Editiones.*

I. Sex *a*) SCRIPTORES HISTORIAE AVGVSTAE, sive vitae Imperatorum, quos non attigit Svetonius, ab *b*) Hadriano usque ad Carinum descriptae ab *Aelio Spartiano*, *Iulio Capitolino*, *Aelio Lampridio*, *c*) *Vulcatio Gallicano*, *Trebellio Pollione* et *Flavio Vopisco*, qui omnes imperante Diocletiano aut Constantio, qui ei successit, vel certe filio eius Constan-

*a*) Forte quatuor tantum numerandi, si quidem vita Avidii Cassii non a Vulcatio Gallicano scripta est, sed a Spartiano, cuius integrum nomen est *Aelius Lampridius Spartianus*. Igitur Aelius Lampridius falso diversus a Spartiano esse creditur: certe Flavius Vopiscus in Probo, ubi Aelium Lampridium nominat, Spartianum inter scriptores huius argumenti praetermittit, et vitam Septimii Severi, quam Spartiano plures codices Msti tribuunt, Casaubonus testatur in codice Regis Galliae, Aelio Lampridio adscribi. Etiam aliorum vitas, quae sub Aelii Lampridii nomine feruntur, in Excerptis antiquissimis Palatinis ad Spartianum referri, auctor est vir summus Claudius Salmasius. Harduinum vero, doctissimum et ipsum hominem, cui scriptores hi toti suppositi ac commentitii habentur, somniis suis tetricisque suspicionibus relinquamus. Pro Aelio *Aelianum Lampridium* vocat Grotius ad Apocalyps. X. ult.

*b*) Mirum est Nervae et Traiani optimorum Principum vitas ex Spartiano vel alio auctore non addidisse, qui hanc συναγωγὴν vitarum primus confecit, neque enim hos Svetonius attigerat: nisi potius dicendum est, vitas istas ex hac collectione intercidisse. Ita Philipporum etiam Deciorumque vitae cum initio Valeriani desiderantur.

*c*) Fuit et Lampridius Rhetor Burdegalensis, quem acrem Sidonius appellat: et Gallicanus presbyter, quem laudat Sedulius, praef. ad Macedonium.

Constantino, vixerunt. Vide Voss. lib. 2. de Hist. Latinis cap. 5. 6. 7. et Cl. Hankium de Romanarum Rerum scriptoribus. *Vulcatius d) Gallicanus* Senator Romanus fuit, et fortasse idem Consul a. C. 317. *Flavius Vopiscus* patria Syracusanus, qui Svetonii imitatione scripsisse se non diffitetur, in Probo: et in Aureliano cap. 44. Constantio tenente imperium vixisse se innuit. Interciderunt *Claudius Eusthenus*, qui quatuor libris scripserat vitas Diocletiani, Herculei, Constantii et Galerii: *Acholius Septimius* et *Encolpius*, *e*) a quibus vitam Alexandri Severi scriptam novimus ex Spartiano c. 48. qui Dexippum quoque laudat cap. 49. atque Acholium itinera Alexandri Severi scripsisse testatur cap. 64. *Iulius Aterianus*, quem citat Vopiscus in XXX. Tyrannis c. 6. ubi de Victorino: et qui Graece vitam Aureliani tradidere, *Callicratides* Tyrius, *Theocles*, laudati ab eodem Vopisco, ubi neminem ante se Latine idem fecisse testatur. *Asclepiodotum* etiam laudat Vopiscus in Aureliano cap. 44. ubi de Diocletiano agit, sive quod aliquid ab Asclepiodoto, qui sub Constantio Praefectus Praetorio fuit, coram acceperat; nam ita et Patrem suum avumque ad testimonium Vopiscus citat: sive quod, ut Vossio visum, Diocletiani vitam Asclepiodotus scripsit. Cum Iulio Capitolino, videndum, an commune aliquid sit *Cornelio Capitolino*, quem citat idem Vopiscus in XXX. tyrannis c. 14. ubi de Odenato. De vitis Imperatorum a *Spartiano*, *Iulio Capitolino etc.* scriptis a fine Traiani, *f*) ad Diocletiani initium, hoc est ab a. C. 157. ad 284. confer etiam

*d*) Alius Rufinus Vulcatius. ap. Ammian. XXI, 12.

*e*) Imago Imperii sub Encolpii nomine a Thom. Elioto edita Anglice Lond. a. 1549. suppositicia est, ut notavi in Bibl. Graeca lib. 4. cap. 10. §. 15.

*f*) Traiani vitam scripserant *Marius Maximus*, *Fabius Marcellinus*, *Aurelius Verus* et *Statilius Valens*, omnes pridem deperditi, quos citat Spartianus in Alex. Severo cap. 48. *Avidium Cassium* in vita Severi laudat Poggius lib. de infelicitate principum p. 153. pro Dione Cassio, ni fallor.

etiam, ſi placet, Tillemontii Hiſtoriam Imperatorum T. IV. p. 99. ſeq. edit. Bruxellenſis, et 529. ſeq. Etſi autem valde dubium eſt, quae vitae, a quibus, ſcriptae ſint, quia ſcriptorum codicum mira hac in parte eſt varietas, ſingulas tamen ordine recenſentes, quaenam unicuique veriſimiliter adſcribendae videantur, virorum doctiſſimorum ſecuti iudicium, paucis indicabimus.

II. Aelius Spartianus V. C. in Vita Aelii Veri ait, ſibi in animo eſſe, non ſolum Imperatorum poſt Iulium Caeſarem, quemadmodum uſque ad Hadrianum iam feciſſet, ſed illorum etiam, qui vel Caeſarum nomine appellati ſint, nec principes aut Auguſti fuerint, vel quolibet alio genere aut in famam aut in ſpem principatus venerint, vitas ſingulis libris exponere. Huic Spartiano ab omnibus tribuuntur *vita Hadriani* et *Aelii Veri*, quas miſit ad Diocletianum Auguſtum, cuius ſe ἴδιον g) vocat, unde illum Imperatoris familiarem vel libertum colligunt viri eruditi. Etiam vitam *Antonini Pii*, *M. Antonini* h) *Philoſophi*, et *Veri* Spartiano adſcribunt antiquiſſima excerpta Bibl. Palatinae, quibus ſtilum mirifice ſuffragari notat Salmaſius: ſed vulgo hae feruntur ſub nomine *Iulii Capitolini*. Eadem excerpta Spartiano vindicant *vitam Avidii Caſſii*, quae in editionibus et ſcriptis exemplis refertur ad *Vulcatium* i) *Gallicanum*. Sed in hac quoque tanta eſt cum dictione Spartiani ſimilitudo, ut ſi diverſi ſunt auctores cenſendi, uno veluti ore locuti videantur.

*Vita*

g) *Diocletiano Auguſto Aelius Spartianus ſuus ſalutem.* In vita Aelii Veri.

h) If. Caſaubonus T. I. p, 307. 308. teſtatur hanc vitam in editis et ſcriptis Codicibus ita confuſam ac diverſimode interpolatam haberi, ut etiam iudicio ſuo retexendam putaverit, ſeparatimque fuerit editurus, quod tamen haud fecit.

i) Huius quoque vitae auctor, *Propoſui*, inquit, *Diocletiane Auguſte, omnes qui Imperatorum nomen ſive iuſte, ſive iniuſte, in litteras mittere, ut omnes purpuratos Auguſtos cognoſceres.* Flavius tamen Vopiſcus negat Aureliani Imperatoris vitam a quoquam ante ſe memoriae proditam.

*Vita Commodi Antonii* ſub nomine *Aelii Lampridii* legitur. Robertus a Porta *Iulii Capitolini* eam eſſe dicit: in antiquis illis excerptis Palatinis eidem adſcribitur *Spartiano*. *Publii* autem *Helvii Pertinacis k*) vitam Iulio Capitolino, qui circa a. C. 335. vitas Imperatorum ſcripſit in gratiam Conſtantini M. editi et ſcripti libri tribuunt, quam itidem Spartiani eſſe innuunt excerpta vetera Palatinae Bibl. Vitae *Didii Iuliani*, *Septimii Severi* et *Peſcennii Nigri*, *Spartiano* adſcribuntur etiam in vulgatis et ſcriptis libris, niſi quod codex Regis Galliae vitam *Severi* tribuit *Iulio Capitolino:* ſed utique unus auctor vitas illas tres compoſuit, non minus quam *vitam Clodii Albini*, quae in editis ſequitur ſub nomine *Iulii Capitolini:* at in excerptis Palatinis rectius refertur ad *Spartianum*. Vita *Antonini Caracallae* et *Antonini Getae* dicata Conſtantino Imp. *Spartiani* nomen praefert tam in editis quam in ſcriptis. Vtramque ab uno auctore, illoque Spartiano ſcriptam eſſe oſtendit Salmaſius adverſus Iſaacum Caſaubonum, qui de vita Antonini Getae ambiguus fuerat, quod in illa quaedam diverſa, quam in ſuperiore tradantur, quae Salmaſius in diverſos auctores reiicit, quos Spartianus fuerit ſecutus. *Vita Opilii Macrini Iulio Capitolino*, *Antonini Diadumeni* et *l*) *Heliogabali* in editt. et Mſſ. *Aelio* tribuuntur *Lampridio*. Sed et has omnes *Spartiano* adſcribunt excerpta Palatina. *Vitam* autem *Alexandri Severi*, quae Conſtantino Auguſto dicata, ſub eiuſdem *Aelii Lampridii* nomine in editis legitur, non tantum excerpta illa, ſed et alius codex antiquiſſimus Biblioth. Palatinae, aliuſque Regis Galliae,

*k*) Pertinacis et Didii Iuliani ac Sept. Severi vitam Lampridio tribuere mavult H. Dodwellus in praelect. Hiſtoricis prooemialibus. Reliquas univerſas uſque ad vitas Gordianorum Iulio Capitolino.

*l*) In Heliogabali vita p. 795. Conſtantinum alloquitur auctor et p. 795. memorat Iudaeorum et Samaritanorum religiones ac *Chriſtianorum devotionem*.

Galliae, et Robertus de Porta Bononiensis, qui summam horum librorum composuit, *Spartiano* vindicant: atque adeo vitas omnes hactenus recensitas, Salmasius non dubitat esse illius unius Spartiani; idque liquido liquere sibi ait in limine notarum ad *vitas duorum Maximinorum*, quae omnium consensu sunt *Iulii Capitolini*, dicatae Constantino Augusto. Ab eodem etiam *Capitolino* habemus *vitas trium Gordianorum*, *Maximi* item et *Balbini*. Sed *Trebellium Pollionem m)* auctorem agnoscunt, etsi *Iulio Capitolino* in quibusdam Codicibus et a Roberto Bononiense adscriptae, *Valerianorum vitae et utriusque Gallieni et triginta Tyrannorum*, *vita* denique *Flavii Claudii n) et Quintilli fratris*. Postremo a *Flavio Vopisco* Syracusio, admodum iuvene, iisdem, *o)* quibus Trebellius Pollio scripsit, temporibus, iussu Iunii Tiberiani, praefecti urbis, *p)* elaboratae sunt *vita Aureliani*, quam itidem Iulio Capitolino perperam inscribit Robertus Bononiensis, *Taciti* et *Floriani fratris*, *Probi*, *Firmi* et *Saturnini*, *Proculi* et *Bonosi*, *vita* denique *Cari Numeriani* et *Carini*. Vitae *Valerianorum* Iulio Capitolino tribuuntur etiam a Lilio Gyraldo dialog. 21. Vitam *Getae* ad Capitolinum refert Dodwellus in praelect. Cambdenianis et *Guilelmus Mus-*

*m)* Diligens et fidei cultor Historicus dicitur Gaddio Tom. 1. pag. 200. Scripsit, si H. Dodwellum audimus, sub Diocletiano post a. C. 303. sed ante Kal. Mai. a. 305.

*n)* In hac vita Trebellius saepe testatur, omnem se adulationem procul habere, eiusque falso se ab aliis argui. Hinc viris eruditis secunda hodie videtur exstare editio vitae Claudii a Trebellio recognita.

*o)* H. Dodwellus tamen observat postea quaedam inserta supplementa post a. C. 308. quinimo post a. 341. et 343.

*p)* Praefecturam urbis Iunius Tiberianus, in cuius gratiam vitas quasdam Caesarum scripsisse se Vopiscus innuit, gessit Diocletiano imperante a C. 291. Nam licet fuerit etiam Praefectus eodem nomine a. 303. tamen in eius Praefecturam non inciderunt Hilaria, quo festo, 25. Martii celebrari solito, monitum se a Tiberiano de scribenda Imperatorum quorundam vita Vopiscus refert. Vide Tillemont. not. 22. ad vitam Diocletiani T. 4. Hist. Imp. p. 530.

*Mufgrave* V. C. qui vitam illam novis fuis et variorum eruditorum hominum notis illuftratam edidit Iſcae Dumnoniorum 1716. 8. adiuncta differtatione de Geta Britannico etc. Id. Harduinus in operibus felectis p. 866. *Ridicule fatis hunc fibi propofitum finem in fcribendo fuiffe Trebellius Pollio profitetur, ut nempe eundem XXX. Tyrannorum in Hift. Romana numerum exhiberet, quem olim fuiffe Athenis, litterae fimiles prodidiffent. Nam ut promiffis ftaret ille fcilicet, neceffe fuit et Tyrannos ab ipfo appellari, qui non effent, et fingi Principes, qui ne quidem inter homines forte extiterint. Fecit utrumque. Nam ex illis XXX. non omnino XII. in numis antiquis invenimus, et tantum abeft, ut hi, quos habemus, Tyranni fuerint, ut eorum etiam plerique inter divos relati fuerint, provinciae faltim illius decreto cui praefecti fuerunt etc.*

III. Prodiiffe haec fex fcriptorum Hiftoriae Auguftae Sylloge primum Mediolani a. 1465. fol. creditur, Salmafii fide aut teftimonio, qui in prima nota ad Spartiani Adrianum, fe ufum effe dicit editione, *quinque illa et viginti annis* priori ea, quam Cafaubonus primam dixiffet: eam fuiffe Mediolanenfem, commodatam fibi a Iureto, eamque per omnia ferme confentire cum codice praeftantiffimo Palatino, quo ad emendandos hos fcriptores ufus effet. Hoc teftimonio fretus Dan. Guil. Mollerus in Diff. prima de fcriptt. H. Aug. quae eft de Spartiano Altorf. 1687. p. 15. primam editionem affignavit a. 1455. deceptus mendo editionis Hakianae, quae in nota Cafauboni expreffit 1480. pro 1490, qui numerus eft in editione Cafauboniana: fecundum quem annus 1465. efficitur. Hunc igitur numerum fecuti funt, qui poft de editionibus fcriptorum H. A. tradiderunt. Saxius quidem in Prolegom. Hift. typograph. Mediol. cap. III. p. 88. valde pugnat pro eo anno,

anno, uno Salmasii testimonio nixus, cum fateatur, nemini alii tale exemplum visum, aut in Italicis biblioth. repertum esse. Vtinam Salmasius diligentius illud exemplum Iureti descripsisset, ut liquidius iudicare possemus. Vt nunc est, tamen aliquid dubitationis relinquitur, praesertim cum dicat, se hanc editionem omnium primam pronunciari non audere. Quidni auderet, si anni quinti et sexagesimi erat: cum ante eum annum in Italia nullum librum excusum typis fuisse, satis constet, in Germania autem horum scriptorum typis editorum nullum vestigium repertum sit. Itaque assentimur Mermanno V. C. qui in Origg. typogr. T. II. p. 242. hanc editionem anni 1465. commentitiam pronunciat. Recte coniicit, exemplum Salmasianum fuisse partem mediam Collectionis Variorum Hist. Rom. Scriptorum, quae Mediol. 1475. prodiit, habetque primum Svetonium, cum subscriptione a. 1475. deinde scriptores sex H. A. sine subscriptione a. l. et typogr. ad extremum Eutropium, cum eadem, quae in prima parte est, subscriptione. Addit, se vidisse tale exemplum in Bibliotheca Henr. Iustice, Hagae vendita a. 1463. idque plane consensisse cum exemplo suo a. 1475. Habemus et ipsi tale exemplum, sine praefatione et subscriptione anni et loci, ligatura Francica pulcra superioris seculi, fortasse illud ipsum Salmasianum, certe id, quod a. 1763. Hagae venditum est: in quo scriptum est in capite chartae ante initium libri: Historiae Aug. Scriptores Mediolani 1465. quod exemplum si Salmasius habuit hac nota decipi potuit. Est autem hoc exemplum huius modi — Initium faciunt *Vitae Nervae* et *Traiani* recentioris scriptoris Christiani, quae tria folia explent. Sequitur opus scriptorum ipsorum sic: In hoc Codice continentur Vitae diversorum Principum et Tyrannorum, a Divo Hadriano usque ad Numerianum a diversis scriptoribus compositae. Haec literis maioribus:

inde Catalogus Imperatorum etc. deinde in altero folio Spartiani Vita Adriani. Exemplum nostrum habet eas omnes lectiones, quas Salmasius e suo affert.

Itaque primam editionem, qua Salmasius usus sit, teneamus eam esse, quae Mediolani a. 1475. f. primum separatim, deinde in ea, quam diximus, collectione, facta est: cuius exemplum est in Bibliotheca Mermanniana. Ei editioni praefatus est *Bonacursius Pisanus*: sed in altero exemplo ea praefatio est ante Svetonium in capite totius voluminis: curavit Phil. de Lavagnia. Bonacursii praefatio est apud Saxium pag. CCCCLVI. De bonitate editionis Salmasium audivimus.

Hanc excepit editio Veneta prima, facta a. 1480. f. cuius exemplum est in Bibliotheca nostra Paullina: ut et altera Veneta 1490. f. qua Casaubonus usus est, cuique adiuncti *Svetonius*, *Eutropius* et *Paulus Diac.* apud Io. Rubeum de Vercellis e Catal. Biblioth. Menarsianae p. 71. memoratur et ed. Venet. 1499. f. apud eundem Ioann. Rubeum. Si non est error in numero; est tamen mera repetitio superioris. Sed illa Veneta prima et ex Aldi officina prodiit a. 1519. 8. cum notis *Ioannis Baptistae Egnatii*, cum iisdemque eodem anno Florentiae ap. Iuntam: estque Aldina Iuntinae repetitio; nam haec initio anni absoluta est. Omnino haec Egnatii recensio repetita saepius est, additis etiam Pomponii Laeti, Egnatiive libris de Caess. et Hist. R. item Aurelio Victore etc. et Parisiis apud Rob. Stephanum 1544. 8. et cum Svetonio, Ammiano etc. 1568. apud H. Stephanum 8. additis notis *Egnatii*, quae etiam occurrunt in editione Lugd. 1551. 12. apud Gryphium, cum *Desiderii Erasmi* indice, quo obscurae voces explicantur. In Germania prodiere primum in Collectione Historicorum Erasmiana s. Frobeniana Basil. 1518. f. subiecti

Sveto-

Svetonio et Excerptis e Dione, ante Aldinam, in iisque multa se correxisse et restituisse dicit Erasmus. Sed hac praefatione iam scripta et expressa typis, accepit Frobenius Cod. scr. e monasterio Morbacensi, et ed. Aldinam. Itaque iis usi sunt ad reliqua castiganda: in iis, quae iam expressa erant typis, satis habuere lectiones varias utriusque libri excerpere et in capite operis addere. Est igitur haec editio in principibus numeranda, quae et post repetita est Coloniae 1527. f. apud Eucharium Cervicornum, et apud ipsum Frobenium 1533. 1546. fol. In illa continentur collectione 1) Svetonius. 2) e Dione Excerpta, Georgio Alex. interprete. 3) Sex Scriptores Hist. Augustae. 4) Herodianus ex Politiani versione. 5) Sextus Aurelius Victor de Caesaribus. 6) Eutropii libri X. integritati pristinae redditi. 7) Ammianus Marcell. longe alius quam ante hac unquam. 8) Pomponii Laeti compendium Hist. Romanae ab interitu Gordiani Iunioris ad Iustinum tertium. 9) Io. Baptistae Egnatii Romanorum Principum libri tres, usque ad Maximilianum I. 10) Eiusdem Egnatii notae in Sveton. ad Spartianum et quinque reliquos. 11) Annotata Erasmi sive index locorum difficiliorum in Svetonio et sex scriptoribus Hist. Augustae. In priori editione accessit Herodianus ex Angeli Politiani versione, in posteriori editione anni 1546. accessit 12) Velleius Paterculus ex Beati Rhenani iterata recensione. Prodiit etiam Lugd. 1552. 8. et 1592. 8. septem Vol. ap. Franciscum le Preux.

Scriptores porro hi cum *Frid. Sylburgii* castigationibus iterum vulgati sunt tomo secundo scriptorum Historiae Romanae ab ipso collectorum Francof. 1585. f. et cum notis eruditis *Iani Gruteri* inter Historiae Augustae Scriptores latinos minores, Hanov. 1611. f. sed longe correctiores et cum praestantissimo *Isaaci Casauboni*

*boni* commentario Parif. 1603. 4. Eiufdem cum notis Cafauboni, et copiofiffimis eruditiffimifque Cl. *Salmafii* obfervationibus luculenter editi funt Parif. 1620. f. Ea editio repetita eft Lond. 1652. f. per Rich. Twifden. Tum vero Lugd. Bat. 1670. 8. 2. Vol. in qua elegante editione *Iani Gruteri*, *Cafauboni* et *Salmafii* notae, bono confilio iunctae funt. Sed nefcio quare hoc peccatum eft, ut praefationes horum triumvirorum omitterentur, in quibus plura funt neceffaria et utilia ei, qui hos fcriptores curiofius legere et tractare velit: item Indices locorum ex aliis fcriptoribus, quae obiter vel emendata vel explicata funt, quae funt bene multa. *Cornelius* deinde *Schrevelius*, ibid. 1661. 8. hos fcriptores vulgavit, non integris, fed tantum excerptis e Grutero, Cafaubono et Salmafio annotationibus additis. Exftant quoque paucis *M. Zuerii Boxhornii* animadverfionibus illuftrati, una cum Svetonio et Ammiano Marcellino ibid. 1632. 12. Denique *Vlricus Obrechtus*, Vir Illuftris, cum caftigationibus fuis praelo fubiecit Argentor. 1677. 8.

Nonnulla loca horum fcriptorum illuftrata in Obferv. Mifcell. Volum. quarto et in differt. erudita *Gotfridi Mafcovii* de ufu et praeftantia Hiftoriae Auguftae in Iure Civili, Harderovici 1733. 4. qui editionem horum fcriptorum parabat, in eiufque ufum multa collegerat, quae nos vidimus fcil. e genere hiftorico etc. Plurimam autem multis locis lucem attulit Dodwellus in Praelect. Camdenianis; quae proprie funt in quatuor prima Spartiani capita fcriptae. — Nobis hoc in his fcriptoribus animadverfum eft, nefcio, an et aliis, quod paffim quaedam e latinitate Chriftianorum nata occurrunt, ut in aliis tum et paullo poft fcriptoribus non Chriftianis, nominatim Ammiano. Seorfim prodiere *Vincentii Lupani* Carnotenfis eiufdem, cuius notae in Tacitum Parif. 1558. et libri III. de

de dignitatibus, magistratibus et officiis regni Galliae lucem viderunt ibid. 1564. saepe deinde recusi, annotationes cum praetermissorum libello, Paris. 1560. 8. *Fulvii* item *Vrsini* notae cum fragmentis veterum historicorum ab Antonio Augustino collectis, notisque Vrsini in Sallustium, Caesarem, Livium, Velleium, Tacitum et Svetonium Antuerp. 1565. 8. Dilucidationes *Marcelli Donati*, cum eius observatis ad loca quaedam Livii, Taciti, Svetonii et Ammiani Marcellini a Iano Grutero insertae sunt Tomo sexto Thesauri Critici, sive facis artium Francof. 1612. 8.

Concludam hoc caput censuris quibusdam virorum doctorum. Balthasar Bonifacius XV, 4. Hist. ludicrae: *Capitolinus, Lampridius, Spartianus, Vopiscus, qui Caesarum vitas conscripserunt, Historici futiles Dempstero, si scribendi genus spectetur: ceterum necessarii, cum meliores non habeamus, frigidi, confusi, inter claros auctores non numerandi Budaeo, vixque digni ut Historici censeantur.* Mottanus Vayerius T. 1. Opp. p. 269. *tout ce gros volume que nous avons d'eux et plustot un cadavre froid et sans esprit qu'un corps Historique animé comme il doit estre. Le jugement de tous les Savans est conforme à celui d'un Auteur qui les nomme dans sa preface* Historiae dehonestamenta: *et l'on peut dire qu'il n'y a rien à profiter dans leur lecture pour ce qui regarde les regles d'Histoire, qu'à contresens, de même qu'au son des mauvais jouers de flutes qu'Ismenias faisoit entendre à ses disciples, afin qu'ils evitassent les fautes qu'ils y remarquerent.* Tillemontius T. 3. Memor. Hist. Eccles. p. 259. *Lampride et les autres, qui ont fait l'Histoire Auguste au commencement du IV. Siecle, ne meritent point du tout le nom d'Historiens.* Vignolius Marvillius, sive quisquis sub personato illo nomine latet, T. 3. Misc. Hist. et liter. p. 56. *Il y a un defaut tres-sensible dans l'Histoire Auguste,*

*c'est que la plupart des pieces qui la composent, ont plus l'air de ce qu'on appelle Satire et libelle, que d'une Histoire, qui ne doit pas dire les veritez d'une maniere si vive et si picquante.* De scriptoribus Historiae Augustae universe ita Erasmus in Ciceroniano: *In his vix est, quod probes, praeter historiae fidem.* Tillemontius T. IV. Hist. Imperator. p. 105. *Ils s'accordent tous en ce point, qu'ils attachent d'avantage a faire l'Histoire personelle des Empereurs que à raporter les evenemes de leur regne. On prefere Vopisque aux autres comme ayant beaucoup d'erudition, et aussi plus d'exactitude, d'ordre, et de methode, ce qui n'empeche pas qu'on n'y remarque encor bien des fautes. Pour les cinqu' autres, et particulierement pour Capitolin, on n'y voit ni choix ni jugement pour les choses, et sur tout il n'y a souvent aucun ordre dans ce qu'ils raportent, soit par leur faute, soit par celle de l'aucteur de ce recueil, qui peut bien avoir meslé ensemble les narrations de Capitolin, de Spartien, et de quelques autres. On trouve moins de confusion dans Pollion dedans les quatre autres. Leur style est aussi fort eloigné de la pureté latine etc.* Spartianus *scriptor mendax et spurcus* dicitur Ioanni Harduino in numis urbium illustratis edit. novae, ubi de Iudaea pag. 75. Opp. select. Dominicus Colonia in libro cui titulus: la Religion Chretienne autorisée par le temoignage des anciens auteurs payens T. I. pag. 91. *Quoique Jule Capitolin soit dans le fonds un assez mauvais historien etc.*



CAPVT

# CAPVT VII.

## DE

# CHALCIDIO.

I. *Chalcidii aetas, et conditio, atque utrum fuerit Christianus.* II. *Commentarius in Timaeum.* III. *Eius quaedam fortasse inedita.* IV. *Alius Chalcidius iunior.* V. *Index Scriptorum a Chalcidio laudatorum.*

I. CHALCIDIVS V. C. et gnarissimus veteris Philosophiae, dubium reliquit lectoribus, utrum Christo nomen dederit, fueritne *a*) Hebraeus, an Ethnicam probaverit superstitionem. Possis de eo uti verbis, quae Photius *b*) de Ioanne Laurentio Philadelphensi Lydo scripta reliquit: *τὴν δὲ θρησκείαν ὁ ἀνὴρ ἔοικε δεισιδαίμων εἶναι. Σέβεται μὲν τὰ ἑλλήνων καὶ θειάζει, θειάζει δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα, μὴ διδοὺς τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐκ τοῦ ῥᾴστου συμβαλεῖν, πότερον οὕτω νομίζων θειάζει, ἢ ὡς ἐπὶ σκηνῆς.* Fabius quidem Planciades Fulgentius, scriptor Christianus, Marciano Capella iunior, qui *Allegoriam librorum Virgilii* Chalcidio inscripsit, eum non dubitat *Levitarum sanctissimum* appellare: ac ne diversum a nostro existimes, in inscriptione libelli *de prisco sermone*, quem idem Fulgentius Chalcidio dicavit, in editionibus Hadriani Iunii et Dionysii Gothofredi dicitur *Grammaticus, Timaei*



*a*) Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis in Epistola ad Ioannem Metensium Episcopum: *Liquet vero priscorum sapientum varia Chalcidium percalluisse dogmata. Sed ante omnia videre est, quam ingenue, quam non affectate, et omni remota passione, de singulis loquatur, non magis uni quam alii addictus familiae, adeo ut subinde in dubium mihi venerit, Hebraeus ne fuerit, an Christianus: ita se gerere medium inter utrosque videtur.* Magnum Platonis interpretem Chalcidium vocat Livius Galantes libro XV. Comparationis Theologiae Christianae cum Platonica p. 393.

*b*) Pag. 211. edit. Hoeschelii.

*maei Platonis Ecphrastes*: quod mihi quidem videtur esse a recentiore manu. In aliis enim editionibus, ut Iosiae Merceri, Petri Danielis, ac Commeliniana, et in Leidensi Codice, quem inspexit Munkerus, dicitur Chalcidius Grammaticus. In editionibus Baptistae Pii et Iac. Micylli, nudum Chalcidii nomen occurrit. In editione libelli Fulgentiani, quem cum Isidori Originibus Bonaventura Vulcanius e vetere codice edidit, quali usus etiam Labbeus T. I. Bibl. novae MSS. p. 668. ipsum Chalcidii nomen desideratur. Nec desunt tamen viri docti, qui Carthaginiensis Ecclesiae diaconum fuisse existiment; in his Paulus Colomesius notis ad Lilii Gyraldi dialogos de Poëtis p. 334. Aliis dicitur Archidiaconus c) eiusdem Ecclesiae, quorum sententiam memorat Guil. Caveus in Hist. litteraria, sed non audet illi calculum suum adiicere. *Me certe*, inquit vir doctissimus, ἐπέχειν *fateor, neque enim satis constat, Philosophus solum Platonicus fuerit, an etiam Christianus. Viri clarissimi titulus, qui in fronte reperitur, Diacono haud satis convenit. In Epistola ad Osium* d) *ipsum nunquam Episcopum vocat, quin nec virum fuisse Ecclesiasticum, nedum Christianum, vel verbulo innuit. Mosaicam* e) *de creatione Theologiam* *non*

c) Archidiaconum appellat etiam Gerhardus Langbaenius in elencho Scriptorum ad Platonicam Philosophiam pertinentium, qui subiicitur editioni Alcioni Oxoniensi 1667. 8.

d) Hunc Barthius p. 2257. Advers. vult esse Osium Episcopum Cordubensem celeberrimum, qui interfuit concilio Nicaeno a. C. 325. Ei sententiae quae opponi possunt, refellere tentat Nic. Antonius Bibl. Hisp. vet. L. II. c. I. p. 105.

e) Pag. 223. edit. Meursii: *Hebraeorum sententia, Deum mandasse provinciam soli quidem ut diem regeret, lunae vero ut noctem tueretur* p. 245. *Iuxta Moysen Deus vitae primigenis interdixit ne edulibus arborum ex quibus notitia boni malive animis eorum obreperet, vescerentur: quia cum et abstinendi et non abstinendi potestas penes eos esset, quis consultum bis velit Deus, quid cavendum esset, ostendit, non prohibiturus frustra, si id fieri esset necesse.* p. 262. *Hebraeis quoque consilium datum est a Deo, cum praedictione rerum futurarum in istum modum: Si praeceptis meis parebitis, bona terrarum omnia penes vos erunt, lac itaque et melliflui fluctus* *non*

*non una vice citat, pag. 373. Salomonem, interpretes Graecos τὺς ό, Aquilam et Symmachum, quin et Origenem p. 372. Philonem p. 374. Semel meminit stellae Christum recens natum praemonstrantis p. 219. cuius in historia Evangelica fit mentio, de quibus nihilominus haud satis pro Christiani scriptoris more loquitur. De Moyse p. 312. haec habet:* Hebraei sylvam (ὕλην, immo *materiam*) generatam esse confitentur, quorum sapientissimus Moyses; non humana facundia, sed divina, *ut f) ferunt*, inspiratione vegetatus, in eo libro, qui

*non deerunt. Si contemseritis, poenarum seriem vox divina prosecuta est.* p. 305. *Hebraei quoque videntur secundum Empedoclem de anima principali opinari cum dicunt: Clamat apud me sanguis fratris tui, et idem alio loco: non edetis carnem cum sanguine, quia omnium animalium sanguis anima est. Quae si ita intelliguntur ut debent, animam esse animalium sanguinem, quia sit vehiculum irrationabilis animae, cuius partes sunt importuni affectus, habet plane rationem, quod dicunt.* p. 135. *ait ex Sectae sanctioris et in comprehensione divinae rei prudentioris eminente doctrina animam a Deo homini inspiratam, adde* p. 306. 364. 400. *ubi et meminit serpentis, qui primitias generis humani malis suasionibus illaqueaverit,* p. 351. *consentit Platonico de somniis dogmati Hebr. Philos. appellant quippe illi varie ut somnium et iterum visum, tum admonitionem, etiam spectaculum, nihiloque minus relationem. Somnium quidem, quod ex reliquiis commotionum animae diximus oboriri. Visum vero, quod ex divina virtute legatur. Admonitionem, cum angelicae bonitatis consiliis regimur: Spectaculum, ut cum vigilantibus, offert se videndam coelestis potestas, clare iubens quid aut prohibens forma et voce mirabili. Relationem, quoties ignorantibus sortem futuram imminentis exitus secreta produntur.* Haec fere sunt quae ex Mosaica Philosophia observare potui praeter ea quae p. 372. seq. fuse differit ex Origene ad prima verba Geneseos, quem locum exhibui et illustravi lib. III. Sacrarum observationum cap. 18. Notandum autem, quod etsi p. 211. *Platonicis dogmatibus inhaerere se ait,* tamen p. 225. de Daemonibus ex mente Platonis acturus, *oportet*, inquit, *eorum rationem. etsi non usquequaque veram explicare* pag. 225. notat Daemones ab Hebraeis *vocari sanctos angelos.* Et p. 269. *Legiones coelestium angelicarum potestatum in undecim partes distributae, Deus Rex Imperatorque coeli princeps agminis.* Notum est angeli vocem pro bono daemone occurrere etiam apud Hieroclem, Aristidem, Porphyrium, Simplicium, Martianum Capellam etc. Sed et p. 263. ita scribit Chalcidius: *cum vir iustissimus condemnatus est Aristides, vel cum Prophetae a consceleratis unus membratim sectus, alter obrutus saxis, numquid etiam horum caussa penes fatum?*

*f*) Casp. Barthius qui lib. 22. cap. 16. Adverf. putat eruditum hunc et elegantem scriptorem eo solo fine Timaeum Platonis interpretatum esse, ut fundamenta sapientiae

qui de Genitura Mundi censetur. *De Moyse an ita scriberet homo Christianus? an Diaconus Carthaginensis? Verum nihil g) statuo, doctiorum hac de re iudicia audire malim. Interim Chalcidius est auctor gravis, prudens, multa profundaque scientia imbutus, omnium fere Philosophorum dogmata accurate tenuit, omnia pro argumenti dignitate, rerumque pondere egregie tractat.* Sed verba Chalcidii p. 372. *ut ferunt*, ubi de Moyse illi sermo, non dubitantis esse, sed Haebraeorum sententiam exponentis, geminis Flavii Iosephi et Agathiae locis, ubi similiter sacris narrationibus illud ὥς φασι adiungunt, ostensum T. VI. Bibl. Graecae p. 262. His consimilis S. Basilii ῥῆσις adiuncta est in notis ad Chalcidium. Hunc enim scriptorem integrum cum Graecis Platonis et versione Ciceroniana Platonici Timaei collatum recensui, annotationibusque illu-

pientiae caelestis ab Ethnicorum libris petita rationi Christianae conciliaret. lib. 48. c. 8. ait Chalcidium per totum hunc commentarium Philosophi Platonici personam induisse, itaque Moysis arcanas gentibus literas in testimonium producentem, cum divinitus inspiratum eum diceret, addidisse verba, *ut ferunt*, non quod ipse hac de re dubitaret, sed ne proderet personam Socratici Philosophi, atque ut integram Platonicam Philosophiam proponeret atque produceret, quam si ad Christianum dogma voluisset exigere, confutasset potius universam, quam produxisset Christianismo conciliandam eique servituram. adde Iac. Bruckeri quaestiones ex Hist. Philos. T. 3. p. 546. et T. 4. pag. 1322. seq.

g) Lecto Chalcidii opere iisque quae a doctissimo Caveo obiiciuntur diligenter expensis, potius inclino in eam sententiam, Chalcidium fuisse Christianum. Quod vero Diaconus fuerit, non aeque ausim asserere, quia talis forte magis sibi religioni duxisset Christianismum ambiguis verbis occultare. Porro, miror iudicium Viri Cl. Petri Danielis Huetii, qui lib. de claris interpretibus p. 249. ait *Chalcidium immani verborum pompa et phaleris, tum temeraria locorum complurium detractione Platonis Timaeum corrupisse.* Sane iniuriam fieri his verbis scriptori optimo non diffiteor, qui Graeca Platonis contuli et in nova editione Timaei Platonici, cui Chalcidium variis locis emendatum notisque illustratum et Ciceronianae versionis fragmenta addam, id pluribus sum demonstraturus. Idem Huetius Alnetan. quaest. p. 120. aliquam Christianismi suspicionem Chalcidio adhaerere ait. Sed pag. 243. sine tergiversatione eum vocat Christianum Philosophum. Chalcidicus subinde dicitur

illustratum restitutis figuris Geometricis, quas Meursius omiserat, et Meursii notis additis edidi ad calcem voluminis secundi Operum S. Hippolyti Episcopi et Martyris, Hamb. 1718. f. atque ex pluribus locis probavi non videri esse dubitandum, quod Chalcidius scriptor fuerit Christianus. Quamquam aliud nuper visum duumviris clarissimis *Io. Laurentio Mosheim*, qui semiethnicum et semichristianum agnoscit Chalcidium in commentatione de turbata per recentiores Platonicos Ecclesia §. XXXI, et in notis ad Systema Cudworthi intelligibile, et *Govieto*, sed non firmioribus argumentis uso, in Sylloge, quae prodiit Gallice sub titulo: Continuation des Memoires de literature et d'Histoire T. 1. p. 138. seqq.

II. Exstat eius *interpretatio latina partis prioris Timaei Platonici* sive *dialogi de statu universae rei* (usque

tur Vanino Atheo exerc. 30. amphitheatri aeternae providentiae, unde censuram incurrit Vossii l. 2. c. 45. de idololatria, qui gravioris insuper culpae reum agit, quod non puduit illum Chalcidii famam *circumforanei blaterenis* convicio p. 157. lacerare, qui ut eiusdem Vossii verbis utar, *Insignis non Platonicus modo sed Christianusque scriptor fuit et bene antiquus, quippe qui, si non temporibus vixerit Constantini M. opusque illud Osio s. Hosio illi dicavit, qui Synodo praefuit Nicaenae, saltim iunior non fuerit temporibus Theodosianis.* Quisquis vero fuerit ille Hosius, accuratiorem rerum divinarum notitiam ei attribuere videtur Chalcidius duobus in locis sui commentarii. Nam p. 219. eum stellam quae Christo nato magis in Oriente affulsit, commemorasse his verbis: *Sane notanda est alia sanctior et venerabilior historia, quae perhibet de ortu stellae cuiusdam non morbos mortesque denunciantis, sed descensum Dei venerabilis ad humanae conversationis rerumque mortalium gratiam, quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldaeorum profecto sapientes viri et consideratione rerum coelestium satis eximii, quaesisse dicuntur recentis Dei ortum, repertaque illa Maiestate puerili veneratì esse et vota Deo tanto convenientia nuncupasse.* Subiicit ad Hosium suum: *quae tibi multo melius sunt comperta quam caeteris* et p. 229. *Nec nos terreat, nomen Daemonis promiscue bonis et improbis positum, quoniam nec angelorum quidem terret, cum angeli partim dei sint ministri, partim adversae potestatis satellites, ut optime nosti.* Christianus fuisse videtur Chalcidius etiam Eugubino lib. VIII. cap. vlt. de perenni Philosophia, ubi eum reprehendit quod Angelorum daemonumque nomina confuderit. Idem tamen a Platonicis iunioribus fieri passim videmus.

(usque ad verba p. 53. edit. Serrani: *δι᾽ ὧν ἐνδείκνυσθαι τὰ λεγόμενα ἀνάγκη, συνέψεσθε*) et *in eundem* prolixus et eruditus *commentarius* Osio inscriptus. Prodiit primum ex *Augustini Iustiniani* Episcopi Nebiensis recensione Paris. apud Iacobum Badium Ascensium a. 1520. fol. insertis passim figuris Mathematicis et variis quibusdam lectionibus ex alio Codice in margine notatis, deinde cum fragmentis Ciceronianae versionis Paris. 1563. 4. et ex *Io. Meursii* recensione, cum eius notis Lugd. Bat. 1617. 4. Male in duabus hisce posterioribus editionibus mathematicae illae figurae omissae sunt, quas e scripto codice August. Iustinianus addiderat, quamquam hae quoque partem ab imperita manu esse videntur. Easdem fere in Codice observavi Gudiano, quales etiam in scripto Codice perantiquo Vindobonensi obvias esse testatur Lambecius L. 2. Commentar. de Bibl. Caesarea p 957. Meursius autem, qua erat vir doctrina atque ingenio, vix levi brachio Chalcidii curam in se suscepisse, neque alia quam Parisiensi a. 1563. huius scriptoris editione usus fuisse videtur. Lucas Holstenius in quadam Epistola non edita affirmat, se Chalcidium e Msto antiquissimo emendasse. *Vix crederes*, inquit, *quot in illo auctore mendae delitescant.* Nonnulla Chalcidii (a pag. 235. ad 290. edit. Meursianae) exhibuit Hugo Grotius in sententiis Philosophorum de fato. Locum ex eodem commentario affert Io. Sarisberiensis lib. 4. cap. 9. Metalogici. Primam partem commentarii Chalcidiani de genitura mundi laudat Thom. Bradwardinus in causa Dei contra Pelagium p. 160. etc. Timaeus Platonis, arx quaedam et vertex Philosophiae, iudice Claudiano Mamerto lib. 2. de statu animae cap. 7. certatim illustratus est a veteribus, ut dictum lib. III. Bibl. Graecae c. 1. n. 31. Difficilis autem pluribus est visus, quia, ut ait Chalcidius, in explicandis arduis rerum quaestionibus, non

alieni-

alienigenis, sed domesticis et consanguineis, hoc est, Metaphysicis et Mathematicis utitur rationibus.

III. Franciscus Patricius in nova de Vniversis Philosophia, ubi de Hermete Trismegisto disserit, testatur a Chalcidio referri haec verba Hermetis, quae in edito Chalcidii libro non memini me legere: *Hactenus, fili, pulsus a patria, vixi peregrinus et exsul; nunc incolumis patriam repeto: cumque post paulum a vobis, corporeis vinculis absolutus, discessero, videtote, ne me quasi mortuum lugeatis. Nam ad illam optimam beatamque civitatem regredior, ad quam universi cives mortis conditione venturi sunt. Ibi namque solus Deus est summus princeps, qui cives suos replebit suavitate mirifica. Quo haec, quam multi vitam existimant, mors est potius dicenda quam vita.* Locum Hermetis eundem post Patricium, velut ex Chalcidio in Timaeum affert etiam H. Conringius de Medicina Hermetica p. 57. Gerhardus Langbaenius in Elencho scriptorum Platonicorum: *Exstat Ms. in Bibl. Bodlejana tractatus per modum dialogi, charactere Hiberno Saxonico exaratus, maioris operis particula (decem circiter chartarum) in quo de statu animae post obitum Platonico more disceptatur: quem Chalcidii auctoris esse, non uno argumento adducor, ut credam.* Apud Nicolaum Cusanum de docta ignorantia L. 1. c. 17. corrigenda interpunctio. *Sicut ipse divinus Plato, (qui, ut refert Chalcidius in Phaedone) dixit unum esse omnium rerum exemplar sive ideam, uti in se est, in respectu vero rerum, quae plures sunt, plura videntur exemplaria.* Nam legendum: *Plato qui (ut refert Chalcidius) in Phaedone dixit* etc. *In Archivis Bibl. Bodlejanae extat Chalcidii Ms. exemplar pervetus, charactere Hibernico descriptum. Nota huic in prima statim pagina adscripta est, Osii Hispani Episcopi Chalcidium fuisse Archidiaconum.* Christoph. Wase exerc. 3. Animadv. Nonianar. p. 40.

IV. Di-

IV. Diversus a nostro longeque iunior *Chalcidius* est, de quo Volaterranus libro XXI. Commentar. Vrbanorum p. 223. *Chalcidius Graecorum non erat ignarus, nec imperitus Grammaticus, attamen infans et absque genio: dictionibusque inprimis invigilabat, lexiconque condiderat, quod obitu eius superveniente Iovianus eius discipulus sibi vindicabat.*

# V. CASP. BARTHII INDEX SCRIPTORUM A CHALCIDIO LAUDATORUM.

*Ad paginas editionis Meursianae, quarum numeri marginibus novae a me curatae adscripti sunt.*



*Hera-*

h) Leg. Alcmaeon.



# CAPVT VIII.

## DE
# IVLIO FIRMICO.

I. *Firmici aetas.* II. *Octo libri Matheseos.* III. *Editiones et scripta promissa vel deperdita.* IV. *Liber de erroribus profanarum religionum.*

I. IVLIVS *a*) FIRMICVS MATERNVS V. C. *b*) patria Siculus, aetate iam provectior, Ethnicis tamen adhuc superstitionibus, *c*) ut verisimile est, addictus, relictis patrociniis forensibus, quae antea se tractasse testatur in limine libri tertii et quarti, a. C. 336. *d*) vel

*a*) Alii *Villium Firmicum* appellant fide vetusti codicis. Gyraldus 3. de Poëtarum historia p. 155. *Iulius Firmicus non indiligens Astrologiae scriptor, Villius potius a nonnullis nominatur, idque ex eius pervetusto Codice et antiquo saxo eius nomine inscripto antiquarii quidam adstruere conantur.* Io. Glandorpius in Onomastico pag. 905. ubi plures Villios recenset: *Q. Villius Firmicus pro Iulio nuncupatur a quibusdam nobilis ille Astrologus. Iulius* quidem dicitur Sidonio Apoll. Epist. praemissa Carm. 22.

*b*) In editionibus quibusdam Vir Consularis, forte, quod litteras V. C. pro *viro clarissimo*, editores exponerent Virum Consularem. Neque vero Consul Firmicus fuit, neque provinciam videtur administrasse, quales itidem eo tempore Consulares appellabantur observante Pancirollo in notitia Imperii Orientis cap. 156. Dicti sunt etiam quandoque Consulares nonnulli titulo plane honorario, qui nullum magistratum eiusmodi gessissent, ut docuit Iac. Gothofredus in notitia dignitatum Codicis Theodosiani; quo postremo sensu titulum Viri Consularis, ni plane commentitius sit, hoc loco intelligendum esse existimat Io. Clericus T. 2. Bibl. selectae pag. 227. quo in loco de Firmico disserit.

*c*) Hoc tum ex aliis locis patet, tum ex eo quod lib. 3. c. 2. genituram Mundi ab Aesculapio et Anubi traditam refellit his verbis: *Nec enim mundus certum diem habuit ortus sui, nec aliquid interfuit eo tempore, quo mundus divinae Mentis ac providi Numinis ratione formatus est, nec eousque se intentio potuit humanae fragilitatis extendere, ut origines Mundi facili posset ratione concipere aut explicare.*

*d*) Hoc anno Consules fuere Optatius et Paulinus, quibus Magistratum gerentibus contigit Eclipsis solis, quam novissime accidisse

vel proximo 337. scripsit, imperante Constantino *e*) Magno, Constantii filio, quem in extremo libro primo celebrat. Ob *linguae candorem* video laudari ab Hieronymo Cardano: tamen non admodum castigatum Latinitatis auctorem docet Briosius p. 232. seq. Epist. Neque vero, qui de Mathesi loquitur, aut scribit, illico peritissimus in hac arte censeri debet; ipse author, de quo quaestio, sic ingenue ad Lollianum: *Tibi promissa reddimus orantes, ac veniam postulantes, ne in istis libris pondus et perfectae gratiam orationis requiras: neve tractatus maximi, aut graves firmaeque sententiae doctrinaeve et eloquentiae monumenta tuo iudicio requirantur. In nobis tenue est ingenium et sermo subtilis, et, quod vere fatendum est, mathesis permodica*: addere potuit, *et permodica linguae Graecae Latinaeque cognitio.* Revera enim multis in locis non tam philosophatur et differit, quam ludit et somniat. Αὐθέντης apud Graecos duo significat, et auctorem, et homicidam, quod cum non animadverteret, auctorem vertit, ubi homicidam dicere oportuerat; ut lib. 4. c. *Faciet auctores, audaces, periculosos*, ubi Graece erat, ποιήσει αὐθέντας, παραβόλους, παρακεκινδυνευμένους. Et quis amans verae Latinitatis cum eo, *horoscopare*, *ferarum mansuetarios*, *cardinaliter*, *quiescentiam* pro quiete; *intimare alicui* pro significare; *partiliter* pro per partes, *concordiale* pro sociale; *caballarius* pro

H 2 eques;

disse affirmat Firmicus lib. 1. c. 2. conf. Phil. Labbeum T. 1. de scriptoribus Ecclesiasticis p. 660. et in luculento opere Chronologicae Historiae, quod tribus voluminibus in fol. distinctum memini me evolvere Lipsiae in Bibliotheca Paulina.

*e*) Male in editt. Firmici legitur, *Constantinum* natum esse apud *Tarsum*, cum Firmicus scripserit, eum natum esse ad *Naisum*, Daciae oppidum, (hodie *Nissa*) ut a MSS. restituere Vsserius c. 8. Antiq. Britannic. et Vales. ad Ammiani XXI, 10. Constantinum, quo imperante opus suum scribere Firmicus coepit, natum esse ad *Naisum*, legitur etiam diserte in editione prima Veneta a. 1497. fol. quam lectionem probat praeter alios Mich. Alfordus S. I. in Britannia illustrata, sive libro de Lucii, Helenae et Constantini patria et fide, Antuerp. 1641. 4. p. 42. seq.

eques; *sermonem subtilem* pro stilo tenui; *computum* pro computatione, et huius generis alia usurpare velit. *Haec Briosius.* de *sermone subtili* quidem falsus est.

II. Exstant *Libri VIII. Matheseos f*) sive de vi ac potestatibus stellarum, ex Aegyptiorum *g*) et Babyloniorum doctrina, ad Mavortium Lollianum *h*) Asiae Procos. cuius genituram exhibet lib. 2. c. 32. *Primus liber* fere Apologeticus est, et in refellendis utcunque iis, quae contra Astrologiam obiici solent, versatur: ex reliquis septem, ad totidem stellarum errantium ordinem numerumque compositis, *proximi tres* praecepta et sententias Astrologicas complectuntur, primisque eius disciplinae institutionibus erudiunt tironem: reliquis *quatuor*, quorum argumenta ad calcem libri quarti a Firmico exhibita sunt, partilia apotelesmata, sphaeraque Barbarica, sive Chaldaica et Aegyptiaca, explicantur, et quaevis genera geniturarum exponuntur. Libro IV. cap. 14. p. 104. ait, se de Domino geniturae et chronocratore specialiter dixisse in singulari libro ad Murinum. Lib. IV. (al. V.) c. 1. extr. p. 58. pollicetur Firmicus, se his absolutis, aliis XII. voluminibus Lolliano cetera secreta Astrologica, in Aesculapii Myriogenesi obvia, intimaturum. Lib. V. (al. VI.) pag. 67. b. *Haec tibi interim in libris Myriogeneseos parva collegimus, sed hoc explicato opere etiam illa promissa reddemus.* Libri de fine vitae a se scripti meminit Lib. VII. cap. 6. In limine libri octavi, *aliud mihi tempus*, inquit, *ad explicandam myriogenesin* (al. *moerogenesin*) *reser-*

*f*) Mathesin pro Astrologia Apotelesmatica et Mathematicos pro Astrologis passim poni ab illa aetate ac deinceps, notissimum est. Vide Tennulium ad Iamblichum p. 67. et Svicerum, in Μαθηματικός.

*g*) Scientiam, quae fatorum vias ostendere se profitetur, ab Aegypriis primum excultam fuisse, notat praeter alios Ammianus XXII. ult. et lib. XXIII. 6. apud Chaldaeos veridicam vaticinandi fidem eluxisse.

*h*) De Mavortio Lolliano, qui consulatum gessit a. C. 355. vide Iac. Gothofredum in Prosopographia Codicis Theodosiani.

*reservavi.* Confer cap. 18. seq. Et libri eiusdem c. 5. *Hunc locum* (morborum et sanitatis) *divinus ille Necepso, ut remedia valetudini inveniret, diligentissime quidem, ut divinum tanti viri potuit ingenium, manifestis tractatibus explicavit: Huius ego libri interpretationem, alio tibi tempore, Mavorti, decus nostrum, intimare curabo.* Libro *sexto* occurrit genitura sive thema natalitium Oedipi, Paridis, Thersitae, Demosthenis ac Hermodori, Homeri, Platonis, Pindari, Archilochi et Archimedis. Sub initium libri *septimi* gravissima formula adiurat Lollianum, eamque illi iterum in memoriam revocat sub extremum libri octavi, ne mysteria huius artis cuiquam indigno divulget. Huius generis adiurationem e quarto libro Ἀνθολογιῶν Astrologi Graeci inediti, Vettii Valentis, *i*) et e septimo produxit Seldenus. Nec dissimili iureiurando initiatos suos obstringere soliti sunt Chymici, ut prolatis eorum ἐπορκισμοῖς docet Olaus Borrichius in Hermetis sapientia vindicata p. 47. Vanitati igitur non minus et invidiae hoc tribuerim, quam metui ab edictis Imperatorum, quorum sententia L. IX. Codicis Iustinianei tit. 18. *ars Mathematica damnabilis est et interdicta omnino.* Opus absolvit Firmicus sub iuniore Constantio, cum Lollianus *k*) a. C. 355. iam Consul, certe designatus esset. Gessit autem Consulatum duodevigesimo post Constantinum defunctum anno. Confer Tillemontium Tom. 4. Hist. Imperator. ad vitam Constantini nota 3. pag. 539. ubi sententiam Cambdeni, qui Firmicum sub Constantio iuniore scripsisse contendit, (quod Michaeli Alfordo etiam atque aliis viris doctis probatur) cum altera opinione, quae sub Constantino putat scripsisse, ita conciliat, ut posteriores libros longe post

 primos

*i*) Confer si placet quae dicta sunt lib. I. Bibl. Graecae cap. 20. §. 9. p. 509.

*k*) Vide Petri Relandi fastos Consulares p. 377.

primos scriptos fateatur. Certe libri ultimi cap. 15. haec de Lolliano leguntur: *Nostris temporibus Lollianus severitatis merito etiam ordinarii Consulatus insignia consecutus est.* Verbis Firmici, *ut origines mundi facili posset ratione concipere aut explicare*, addenda etiam haec: *praesertim cum 30000. annorum minor apocatastasis per ecpyrosin aut cataclysmum fieri consueverit.* In posterioribus editionibus, quarum computationem in Bibl. hac secutus sum, octo sunt libri, sed qui primus ibi liber appellatur, in prima editione et Mss. Codd. rectius inscribitur *Prooemium.* Secundus ibidem est primus, et ab auctore sigillatim *liber institutionis* appellatur p. 13. *ut iste institutionis liber plena Matheseos substantia muniatur.* et Lib. III. (al. IV.) pag. 38. b. *lunae quam plurimas species et formas esse, institutionis libro, diximus.* Hinc pro libro tertio, est secundus, atque ita deinceps. Rem multis Graecis et omnibus Romanis incognitam tradere se ait Lib. VII. (al. VIII.) p. 103. Et tamen exposuerat pleraque illorum etiam latinus Poëta Manilius. Ibid. p. 107. *Haec sunt, Mavorti, decus nostrum, Barbaricae Sphaerae principia, haec est Chaldaei operis disciplina: nunc ad sequentes partes sphaerae Barbaricae omnem tractatum transferam, quae Myriogenesin ex aliqua parte imitatur: quicquid enim Myriogenesis de singulis minutis pronunciat, hoc nos faciemus de singulis partibus horae etc.*

Auctores Firmicus latinos se secutum esse fere negat, disciplinam novi operis Romanis hominibus tradere se professus: quod praeter Frontonem, qui in apotelesmaticis Hipparchi *antiscia l*) secutus est, et Iulium

l) *Antiscia* veteribus vocantur signa, quae a punctis aequinoctialibus aequaliter distant. Eadem iubentia et obedientia. At Fronto h. l. Hipparch. antiscia secutus, totam coeli rationem in globo Hipparchi propositam consectatus fuisse intelligitur. De antisciis

lium Caesarem, *m*) Principemque ac decus Romanae eloquentiae M. Tullium, qui Aratum latinis versibus reddiderunt, nullus paene Latinorum de hac arte scripsisset. Manilius, ut supra lib. I. c. 18. §. 3. dictum est, ad manus Firmici pervenisse haud videtur. *Navigio* tamen ex latinis usum fuisse se innuit lib. 2. sed pro *Navigio* forte legendum est *Nigidius n*) cuius Sphaerae barbaricae et Graecanicae commentarium memorat Servius ad lib. 1. Georgic. 19. et respicere videtur scholiastes Germanici, atque Isidorus Hisp. lib. de natura rerum cap. 38. Hic latinus scriptor celeberrimus Nigidius Ptolemaeum, cuius astrologica et astronomica volumina Graece scripta hodieque habemus, aetate antecessit, unde Ptolemaeus respectu Nigidii *posterior* ibidem a Firmico dicitur. Ceterum prae se fert Firmicus omnia, quae Aesculapio Mercurius *o*) Anubiusque tradiderunt, quae Petosiris *p*) explicavit et Necepso, *q*) quae Abraham, Orpheus et Critodemus ediderunt, ceterique omnes huius artis antiscii, perlecta pariter atque collecta, et contrariis sententiarum diversitatibus comparata, in his libris a se perscripta esse, ut quicquid divini veteres ex Aegyptiis adytis protulis-

 sent,

tisciis conferri possunt Scaliger ad Manilium p. 141. seq. Io. Baptista Morinus XVI, 15. Astrologiae Gallicae, Io. Woweranus lib. de umbra c. 6. et Bulengerus lib. 2. c. 6. de divinatione. *Babylonii dodecatemoriis sententiam decretorum tribuunt, Ptolemaeus antisciis, nos vero utrisque*, inquit lib. 2. (lib. 4.) pag. 37.

*m*) Vide Firmicum lib. 2. prooem. et lib. 8. cap 5.

*n*) De illo Nigidii opere videndi Scaliger ad Manil. p. 333. seq. edit. Argent. Salmasius p. 592. seq. de annis climacter. et Rutgersius Var. Lect. lib. 3. c. 16.

*o*) Ita legendum pro *Enichnusque* p. 84. edit. Basil. confer, Marsham. pag. 480. canonis Chronici. Ceterum de hisce Astrologis plura dicendi locus erit fortasse in prolegomenis ad Apotelesmatica Manethonis Sebennitae. Porro ex Abrahae libris excerpsisse se ait Firmicus quae tradit lib. 3. cap. 5. Abrahae enim Patriarchae singularem Astrologiae cognitionem, quin imo inventionem ipsam tribuerunt non pauci scriptores Iudaei et Christiani, ut dixi in Codice pseudepigrapho Vet. Testamenti.

*p*) Huius iterum mentio apud Firmicum p. 212. 216.

*q*) Vide iterum p. 212. 216.

ſent, ad Tarpeiae artis templa perferret. Ex iiſdem ſcriptoribus et nominatim ex Aeſculapii libro, cui titulus *Myriogeneſis* ſive *Moerogeneſis*, genituram mundi, ſole decimum quintum r) gradum leonis tenente, orti, vulgavit libro III. quam tamen merito fabuloſis adſcribit commentis. Laudat praeterea *Antiochum*, *Dorotheumque Sidonium*, quem ait apoteleſmata veriſſimis diſertiſſimiſque verſibus ſcripſiſſe Lib. I. (al. L. II.) p. 15. *Abramum* et prudentiſſimum Achillem (eundem, ut ſuſpicantur viri docti, cuius Iſagoge in Aratum extat) Lib. III. (al. L. IV.) p. 46. b. Abramum iterum eadem p. et 47. et Lib. VII. (al. L. VIII.) p. 102. Meminit et *Orphei*, *Pythagorae*, *Porphyrii et Platonicorum* Lib. VI. (al. L. VII.) p. 89. *Anubii* et *Aeſculapii* mentio non modo Lib. III. (al. L. IV.) ſub init. (ubi et plures laudantur, *Mercurius*, *Petoſiris*, *Necepſo*, *Abram*, *Orpheus et Critodemus*,) ſed et Lib. II. (al. III.) c. 2. *quibus potentiſſimum Mercurii Numen iſtius ſcientiae ſecreta*, ut ait, *commiſit. Sicut in illo libro continetur Aeſculapii, qui Myriogeneſis appellatur.* ibid. Meminit iterum Lib. IV. (al. V.) pag. 58. *Nam ſi Myriogeneſin Aeſculapii legeris, quam ſibi venerabilem Mercurii ſtellam intimaſſe profeſſus eſt; invenies ex ſingulis minutis ſine aliquo ſtellarum additamento omnium geniturarum ordines explicatos.* Adde Lib. VII. (al. VIII.) p. 107.

Figurae in vulgatis libris adpoſitae vel nullae ſunt, vel ita imperite efformatae, ut nulli uſui eſſe poſſint. De Imperatoris fato quicquam reſpondere prohibet L. I. c. ult. non, quod ſolum Imperatorem credat eſſe *ἀστέρων κρείττονα*, et ſupra aſtra, ſed quod vetitum ſit lege, et capitali ſupplicio cautum, *τούτων τι ὧν ὁ νόμος μανθάνειν*· unde explicandus locus Libanii T. 2. p. 214. Comme-

r) Paulus Alexandrinus in extremo ſuae *εἰσαγωγῆς* habet gradum undevigeſimum, ut notavi III, 20, 9. Bibl. Graecae.

Commemoratur Firmicus ab Honorio Augustodunensi II, 5. de Philosophia mundi, et ab aliis iunioribus. Ipsum Astrologiae et Mathematicarum disciplinarum haud peritum fuisse, sed aliorum scriptorum fidem secutum, atque inde saepius errasse, Scaligeri et aliorum eruditorum opinio est. Io. Picus Lib. 1. in Astrologiam p. 285. *Quid memorem Maternum, et in rudimentis Arithmeticae sic hallucinantem, ut scribat, quid decernat Mercurius, cum in nocturna genitura coeli medium occupaverit, quasi a sole Mercurius plus quadraginta aut circiter partibus abesse unquam possit, aut a coeli medio Sol per noctem plus septuaginta semper non absit. Mitto alia multa, in quibus cum semper multae loquentiae, exiguae semper sapientiae hominem deprehendes.* Idem tamen Picus libro V. p. 377. *curiosissimum Astrologiae investigatorem* fuisse non diffitetur.

III. Editum est hoc opus, quod ex Scythia h. e. Turcici Imperatoris Regia CPoli primus in Italiam attulit Pescennius Franciscus Niger, dicavitque Cardinali Hippolyto Estensi, Venet. per Simonem Bevilaquam Papiensem 1497. fol. deinde ibid. apud Aldum 1499. fol. una cum Manilio, Arato, eiusque interpretibus, Germanico, Cicerone, Graecis scholiis Theonis, atque Procli sphaera: iterumque 1501. fol. et Nic. Prucknero recensente Basil. 1533. f. atque inde saepius una cum Manilio, Ptolemaei Astrologicis latine versis etc. E Codice scripto, qui Oxonii in Collegio Lincolniensi exstat, loca quaedam emendavit Seldenus lib. 2. de Synedriis c. 11. p. 291. seq. edit. Amstelod.

IV. Probis moribus videtur fuisse Firmicus: quo magis Deus eius misertus, iam senem ex Ethnicismi tenebris ereptum divina Evangelii luce collustravit, in qua constitutus, post a. C. 340. eruditum, disertum ac

DOSIO SEX. AVR. VICTOR V. C. Vrbi Praef. Iudex sacrarum cognitionum D. N. M. Q. E.

II. Ad eum vulgo refertur libellus *de Origine gentis Romanae, a Iano et Saturno conditoribus per succedentes sibimet Reges usque ad Consulatum decimum Constantii digestus ex auctoribus, Verrio Flacco Antiate (ut quidem ipse Verrius maluit dicere, quam Antia) tum ex Annalibus Pontificum, dein Cneo Egnatio Veratio, Fabio Pictore, Licinio Macro, Varrone, Caesare, Tuberone, atque ex omni prisca historia, proinde ut quisque neotericorum asseveravit, h. e. Livius et Victor Afer.* Prodiit primum per A. Schottum Antverp. 1579. 8. unde *Victor Schotti* solet dici. Post editus est adnexus Tomo primo operum Dionysii Halicarnassei apud Wechel. 1586. f. et separatim Lipsiae 1591. f. et cum A. Schotti notis ac Io. Metelli ad Pighium Epistola praemissus libro de Viris illustribus et Cornelio Nepoti Variorum notis illustrato, Francof. 1609. fol. Praeterea adiunctus commentariis Onufrii Panvinii de Rep. Romana 1588. 8. et inter antiquae historiae auctores iunctim editos a Dionysio Gothofredo Lugd. 1561. 12. Quamquam autem Vossius pag. 169. de hist. latinis, ex hoc ipso titulo (a recentiore haud dubie manu, non ab auctore adiecto) colligit, libellum illum collectum fuisse ab aliquo, qui fuerit post Aurelium Victorem; facile tamen intelligitur, si hoc argumentum valeat, idem dicendum de libro, quo viri illustres urbis Romae, et quo Caesares descripti sunt: utrumque enim horum simul titulus ille tangit, cum a Iano et Saturno conditoribus per succedentes sibimet Reges historia Romana deducenda promittitur ad consulatum decimum Constantii. Nam libellus ipse de origine gentis Romanae in historia conditae urbis Romae desinit. Itaque ego quidem titulo tantum tribuere nolim, ut propterea

pterea negandum putem, libellum ipsum scriptum esse a Victore. Auctor vero quisquis est, cap. 1. ait, se etiam librum de origine Patavina composuisse. Sed is non extat. Exinde *Asconium Pedianum* auctorem suspicati sunt Ausonius Popma, *b*) ut supra est in Asconio dictum, et Io. Metellus, usi etiam hoc argumento, quod de Livio loquens c. ult. *nostrae*, inquit, *memoriae Historia Liviana:* et cap. 7. *quam opinionem sequi metuit noster Maro.* de quo v. Arnzenii praef. ad Victoris libros, qui et ipse e diversitate orationis aliisque colligi posse putat, diversum huius libelli auctorem esse ab eo, qui de Caesaribus scripsit, quod et Barthio videbatur ad Statium Theb. XII, 664. qui Grammatici potius quam historici opus putabat. Caeterum ea quidem levia sunt, quae huic sententiae opponit Burch. Gothelf. Struvius in diss. de origine Romana et de ea scriptoribus, quae inserta est T. 3. Obs. Hallens. p. 93. Index Scriptorum in libro de Origine gentis Romanae occurentium hic est, adornatus ad paginas editionis Pitisci:



*Cassius*

*b*) Popma ad Sallustii Catilinar. p. 306. libellum de origine gentis Romanae allegans, *eum auctorem*, inquit, *esse Q. Asconium Pedianum adducor ut existimem, primum quia de Virgilio et Livio ut aequalibus et familiaribus suis loquitur, quod ipsum et facit Pedianus in commentariis ad Orationes Ciceronis: deinde dicit se fecisse librum inscriptum de origine Patavina. At Pedianus fuit Patavinus, ut ex Eusebii Chronico constat; postremo stilus optimus auctorum index commentatori magis quam Historico convenit, nec a Pediani stilo abhorret.*

*Caſſius* libro primo pag. 16.
*Cato* in Origine generis Romani 25. 31.
*L. Cintius* libro primo 34. libro ſecundo 35.
*Domitius* 25. libro primo 25. 35.
*Cneus Egnatius Verratius* 2. libro primo 42.
*Ennius* libro primo 37.
*Fabius Pictor* 2. libro primo 36.
*Homerus* 11.
*Licinius Macer* 2. 36. libro primo 42.
*Livius* 2. 42.
*Lucatius* 16. libro ſecundo 24. tertio 28. 34.
*Marcus Octavius* p. 39. libro primo 25.
*Plautus* 15.
*A. Poſthumius* in volumine de adventu Aeneae 31.
*Salluſtius* 11.
*Sextus Gellius* in Origine gentis Romanae 32.
*Tubero* 2. libro primo 33.
*Valerius Antias* 38. libro primo 36.
*Varro* 2.
*Vennonius* 36.
*Verrius Flaccus Antias* 2.
*Victor Afer* 2.
*Virgilius* 3. 4. 17.
*Vulcatius* 22.

III. Minus hodie ambigi ſolet Aurelium Victorem verum auctorem eſſe libri *de Viris illuſtribus urbis Romae*, quorum primus eſt Proca, *c*) Rex Albanorum, ultimus Q. Pompeius. Hic libellus ſaepius prodiit ſub nomine Cornelii Nepotis, Svetonii Tranquilli, vel Plinii Secundi iunioris, ut notatum eſt, cum de horum ſcriptis dicebamus. Prima editio videtur ea, quae cum Plinii Epp. in Germania ſ. l. et a. prodiit, repetita illa Neapoli 1476. Media inter has eſt Florent. 1474. 8. ap. Iac. de Ripoli. His proximae videntur eſſe, quae Mediolani ſub Aemilii Probi et Plinii nomine ſ. l. et a. 4. prodiere (ap. Saxium p. DCXIII.) per Caſp. Lampugna-

*c*) Georgius Caſſander in ſua editione quam Plinii nomine inſcripſit, tres addidit qui ante Procam fuere: Evandrum, Latinum et Aſcanium, alios item novem in extremo libri qui Pompeii aetate floruerunt.

pugnanum, Petrum Melleum et Petrum Cornerum. Sub Plinii porro nomine editum habemus Argentinae correctum opera *Henr. Monoceri* a. 1505. et editum per *Iac. Gottesheim*, qui in praef. dicit, se ante aliquot annos enarrationes quasdam in hunc libellum excudisse. In nostri exempli titulo scripsit antiqua manus: *opus Corn. Nepotis, iudicio magistri Her. Barbari.* Sub Svetonii nomine prodiit Lipſ. 1507. 4. cum *Machanei* notis. Huius *Machanei* ſ. *Maccanei* Commentarii in hunc libellum prodiere Taurini ſ. a. in 4. per Mag. Franc. de Silva. v. Saxium in Hiſt.-liter. typograph. Mediol. pag. CCCXXV. ubi de Maccaneo ipſo videndum. Poſt Argent. 1517. 4. cum iiſdem notis. Tum eum Duaci 1582. edidit *Andr. Schottus:* et cum eius et Machanei ſcholiis poſt prodiit Francof. 1609. f. praemiſſus Cornelio Nepoti. Ab aliquibus Tacitum *d*) proditum eſſe auctorem refert Gyraldus dialogiſmo 26. Fuit etiam, qui Aſconio Pediano adſcriberet, Ioannes Metellus in litteris ad Steph. Pighium. Sed *Andreas Schottus* et Cl. Hankius lib. 1. de Rom. rerum ſcriptoribus p. 151. ſeq. eum Sexto Aurelio Victori vindicant auctoritate veteris codicis, in quo libellus iſte dicitur pars prior *hiſtoriae abbreviatae Victoris*, ita ut altera pars ſit liber de Caeſaribus. Sed unius iſtius Codicis auctoritas profecto rem non conficit, nec ipſe titulus ille ſatis evidens eſt: unde poſt Barthium, de auctore Victore dubitat Arnzenius, ſane non ſine idonea cauſa.

*Liber de Caeſaribus* ab Imp. Auguſto uſque ad Conſtantium Conſtantini M. filium, cuius editionem primam debemus eidem *Andreae Schotto*, Antv. 1579. 8. unde et ipſe *Victor Schotti* dici ſolet ut a ſeq. diſtinguatur.

*d*) Fatendum eſt, auctorem multa illius fideliter repetere. Paſſim etiam a Spartiano, qua res, qua verba, mutuari, notatum a Caſaubono eſt ad Spartiani Hadrianum cap. 1.

guatur. Hunc Victoris libellum mitti sibi petit S. Hieronymus Epist. XXI. ad Paulum Concordiensem *propter notitiam persecutorum*, ut videtur Theodorico Ruinarto praefat. ad Acta Martyrum pag. VIII. Sed v. Intt. ad h. l. De illo varia virorum doctorum iudicia v. si placet in Thomae Crenii parte XVIII. animadversionum philologico historicarum.

IV. Exstat praeterea alius liber qui inscribitur: *De vita et moribus Imperatorum Romanorum Epitomae ex libris Sexti Aurelii Victoris a Caesare Augusto usque ad excessum Theodosii Imp.* Sed hic iuniorem auctorem habet et diversum a superioris libri de Caesaribus, quem Schottus edidit, auctore, a quo interdum dissentit. Profecto, cum in omnibus Mss. Excerpta dicantur e Victore vel Victorino, hi non possunt esse eius libelli auctores. Sub Victoris nomine memoratur a Paulo Diacono de gestis Langobard. lib. 2. cap. 18. etsi in quibusdam editionibus nomen *Victorini* legitur. Vossius autem p. 221. de Hist. latin. eum esse suspicatur, qui in vetere Inscriptione apud Gruterum, Theodosii Aug. temporibus praefectus urbi et iudex sacrarum cognitionum dicitur. Fuit et *Aurelius Victor* cognomento *primus*, utroque, cuius iam meminimus, antiquior, cuius verba laudat Iulius Capitolinus in Opilio Macrino. Prodiit hic Victoris liber de Caesaribus, Argentorati ap. Matth. Schurerum 1505. 8. una sc. cum superiori libello. Tum Venetiis apud Aldum 1516. 8. ad calcem Svetonii, atque cum aliis Historiae Scriptoribus ibid. 1519. fol. et apud Frobenium Basil. 1518. 1533. 1546. fol. ex recognitione Io. Baptistae Egnatii, inter Hist. Caes. scriptores. Praeterea apud eundem Frobenium 1530. 8. et Lugduni 1542. apud Gryph. nec minus Paris. 1543. et apud Rob. Stephanum, subiectus Script. Hist. Aug. et 1558. 16. ad calcem Iustini.

stini. Pictavii quoque ex *Eliae Vineti* recensione cum eius notis 1564. 4. et Lugd. 1585. 16. Henricus quoque Stephanus recensuit tomo secundo Historiae Romanae scriptorum a. 1568. 8.

V. Editiones universorum scriptorum Victoris hae sunt: 1. Antuerpiensis cum commentario *Andr. Schotti*, 1579. apud Plantin. 8. et 1582. 8. 2. Wecheliana tomo primo Historiae Romanae scriptorum ex recensione *Frid. Sylburgii*, Francof. 1588. f. 3. Hanoviensis cum notis *Iani Gruteri*, in tomo secundo Historiae Augustae scriptorum, 1610. fol. His accedunt aliae quatuor, quarum una Lugduni Batavorum prodiit a. 1671. 8. cum iconibus in aes incisis et notis Variorum, Dominici Machanei, Andr. Schotti, Eliae Vineti, Iani Gruteri etc. altera Parisiis cum interpretatione et notis *Annae Tan. Fabri* filiae in usum Delphini prodiit a. 1681. 4. tertia Traiecti ad Rhenum cum commentariis Schotti, sed huius non integris, ut Arnzenius notavit, Machanei, Gruteri, Fabri, et in Caesares Vineti atque Merici Casauboni, et iconibus virorum illustrium ex vetere numismatum penu depromptis et aere descriptis, indicibusque locupletissimis, curante *Samuele Pitisco*, 1696. 8. quartam curavit *Ioannes Arnzenius* ICtus cum notis integris Dominici Machanei, Eliae Vineti, Andreae Schotti, Iani Gruteri, nec non excerptis Frid. Sylburgii et Annae Fabri filiae, suisque minime contemnendis atque indice *Phil. Lud. Lotichii* Amst. 1733. 4. usus scriptis exemplis pluribus; quorum lectionibus ad emendandum textum est usus, quem tamen e Schotti editione expressit, sed eiectis eius emendationibus. Ad usus tironum, *Christianus Iuncherus* Coburgii 1703. 8.

Marianus Victorinus ad Epist. 21. S. Hieronymi scripsit in Bibl. Vaticana exstare Mſ. *Aurelii Victoris* Histo-

*Hiſtoriam perſecutionum Eccleſiae uſque ad Domitianum.* Sed eius fidem merito in dubium vocat eruditiſſimus Baluzius in calce notarum ad Lactantium de mortibus perſecutorum T. 2. Miſc. p. 462. Neque ex Hieronymo colligas, huiuſmodi opus unquam ſcriptum fuiſſe ab Aurelio Victore, cuius hiſtoriam ſibi mitti petit Hieronymus *propter notitiam perſecutorum*, i. e. Caeſarum: ita enim legitur ille locus in antiquiſſimis Codicibus, non *perſecutionum*. Porro minime Chriſtianus fuit Aurelius iſte Victor.

VI. FLAVIVS *f*) EVTROPIVS Italus, Sophiſta, Conſtantini M. *g*) primum ab Epiſtolis, deinde Iuliani Apoſtatae expeditioni in Parthos ſive Perſas interfuit, eius ἡλικιώτης ὁμȣ̃ καὶ αἱρεσιώτης dictus a Nicephoro Gregora, in Orat. de Conſtantini M. laudibus apud Lambecium T. VIII. p. 65. ἐγὼ δὲ μάρτυρας ἔχων τῶν λεγομένων, μακρὰς ἱστορίας ἔκτε τῶν τῆς ὑμετέρας αὐλῆς ἀρχαίας καὶ πάνυ τοι πλείστας, ἔκτε τῶν θύραθεν σοφῶν, Ἑλλήνων δηλαδὴ καὶ Αἰγυπτίων, καὶ ὅσοι τῆς πάλαι Ῥώμης ἐγένοντο θρέμματα, μήκȣς ἕνεκα παρίημι. Μνησθήσομαι δὲ ἑνὸς τȣ̃νομα ΕΥΤΡΟΠΙΟΥ, βραχυλογίᾳ χρωμένȣ τὰ μάλιστα, τȣ̃ δὴ καὶ πρότερον μετρίως ἐμνήσθην, καὶ ταῦτα ἀπεχθῶς ἔχοντος πρὸς Κωνσταντῖνον διά τε τὸ τῆς θρησκείας ἀκοινώνητον καὶ πρόσγε διὰ τὸ ἡλικιώτην ὁμȣ̃ καὶ αἱρεσιώτην Ἰȣλιανȣ̃ γενέσθαι. Poſt pauca: Ἑλλην

*f*) Flavii praenomen Eutropio tribuimus autoritate Caroli Sigonii et Balth. Bonifacii, etſi in editionibus et Mſſ. quos viri docti verſaſſe ſe teſtantur, et apud veteres, qui Eutropii meminerunt, nullum occurrat. *Italum* vocamus, auctore Svida (niſi is hoc verbo innuere duntaxat voluit, eum latine ſcripſiſſe.) Sophiſtam vero cum eodem Svida et Codino. Idem eſt Eutropius, quem *Chronographum* Ioannes Malalas appellat. In Mſſ Codicibus appellatur V. C. quaſi dicas Virum Clariſſimum, vel Virum Conſularem.

*g*) Vide Lambec. ad Georgii Codini excerpta de originibus Conſtantinopolitanis p. 147. edit. Pariſ. in fol. et Bandurii Imperium orient. p. 459.

λην δ' ὢν καὶ ἀλλοφύλε θρησκείας τρόφιμος, παρέμιξε τοῖς λεγομένοις καὶ λέξεις, αἳ τὸν μὲν νοῦν ὑγιαίνουσιν, τὸ δὲ φαινόμενον ἀπόζουσιν ἑλληνικῆς πικρίας. Idem Eutropii meminerat superius his verbis, Φησὶν ὁ σοφὸς ΕΥΤΡΟΠΙΟΣ, ὃς Οὐάλεντι μὲν σύγχρονος γενονώς, ἕλλην δ' ὢν τὴν θρησκείαν, ἔπειτα τὴν ἀρχαίαν Λατινικῇ διαλέκτῳ Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἀγώνισμα γλώττης ποιούμενος. Ammianus XXIX, 1. *Quibus post haec cognita sequestratis, Eutropius Asiam Proconsulari tunc (a. C. 371.) obtinens potestate, ut factionis conscius arcessitus in crimen, abscessit innocuus.* Ad quae verba Henr. Valesius notat, huius Eutropii mentionem facere Libanium in vita sua p. 54. ubi de Festo loquitur Asiae Proconsule: περὶ τούτου μόνος πρὸς μόνον τὸν Βάλεντα εἰπών, ὡς ἐμέτε ῥαδίως ἐν αὐτῷ καὶ τὸν Εὐτρόπιον ἕλοι. De eodem Eutropio loquitur Libanius in libri IV. Epistola 191. ad Themistium, ubi eum Acacii Sophistae discipulum et fratris filium fuisse ait, ac nondum quidem Magistratum gessisse, sed brevi esse gesturum. Eundem Eutropium memorat Gregorius Nazianzenus Epist. 137. et magnum Eutropium appellat. In Epistola autem 138. eundem Proconsulem Asiae fuisse, non obscure significat his verbis: Ἐμοί τε πρὸς πᾶσιν οἷς τετίμηκας οὖσι τοιούτοις, ἡνίκα τὸν ὑψηλότατον εἶχες θρόνον, ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι κατὰ τὴν Ἀσίαν περιτυχὼν εἰ μέμνησαι, etc. *Atque ut omnia praeteream beneficia, quibus me affecisti, cum tu summum Magistratum teneres, qui adhuc invidiam tibi creabat, reperto me in Asia, si memoria tenes*, etc. Idem postea Praefectus Praetorio fuit anno Dom. 380. et 381. ut ex Codice Theodosiano colligere est. Ac nisi coniectura fallor, is ipse est Eutropius vir Cl. qui Breviarium Historiae Rom. satis eleganti sermone scripsit ad Valentem Aug. *Haec Valesius vir doctissimus.* Hinc non Christianum, qualis visus est Brodaeo ad An-

thologiam Epigramm. Graecor. pag. 319. aliisque bene multis, sed Ethnicum fuisse, colligit Lambecius lib. 4. de Bibl. Vindob. p. 56. et Franciscus Mottanus Vayerus libro de virtute paganorum Tom. 1. pag. 670. edit. in fol. Nam quae videntur in quibusdam editis Eutropii exemplis eum a gentilitatis nota liberare, (ubi scilicet Iesum Christum Deum et Dominum nostrum vocat) ea in scriptis codicibus desiderantur omnia. Quare fieri potest, inquit Latinus Latinius Bibl. sacro profana p. 79. ut a Paulo Diacono illa addita Eutropio fuerint, cuius, Pauli Foroiuliensis, nomen in codice Vaticano praenotari monet idem Latinius pag. 81. Ille igitur Eutropius iussu Valentis Imp. res Romanas ab urbe condita usque ad obitum Ioviani et annum V. C. 619. brevi narratione strictim complexus est, additis etiam his, quae in principum vita egregia exstiterunt.

Diversus autem est ab hoc *Eutropius Eunuchus*, qui Consul fuit a. 387. et 399. et denique ad poenam quaesitus, sub altari Christianorum delituit, cui ipse antea ius voluerat asyli abrogare. Confer S. Chrysostomi homiliam Tom. IV. edit. Ducaei p. 482. quae incipit: ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ νῦν. Alius quoque *Eutropius Presbyter*, cuius Epistolas duas ad duas sorores, ancillas Christi, memorant Gennadius de Script. Eccles. cap. 49. et Honorius Augustod. II, 49. Hunc cum nostro perperam confundunt etiam Trithemius, Possevinus, Andr. Hyperius de ratione studii Theolog. lib. 4. p. 570. et Goldastus ad Eginhardum de vita Caroli Magni p. 157. Alius quoque *Eutropius* protospatharius et Quaestor temporibus Zenonis et Anastasii, de quo Codinus n. 122. de Origg. CPol. Alius item *Eutropius* Christianus, ad quem Eustathius Antiochenus scripsit librum adversus Origenem de Engastrimytho, vo-

cans

cans eum p. 351. *κράτιστον ἀνδρῶν*, et in limine libri *διαπρεπέστατον τῆς ὀρθοδοξίας κήρυκα*. *Eutropius* Episcopus Andrinopolitanus, Arianorum adversarius. *Eutropius* Christianus, Praefectus Praetorii Galliarum et Platonicae studiosus Philosophiae, ad quem scribit Sidonius lib. 3. Epist. 6. et de quo Tillemontius Tom. XVI. memor. Hist. Eccles. p. 209. seq. qui p. 248. etiam de *Eutropio* Episcopo Arausionensi, ad quem Sidonius lib. 6. Epist. 6. Alius denique *Eutropius Abbas*, cuius ad Petrum Papam, de octo vitiis principalibus, scriptum latine legitur in Bibl. Patrum edit. Lugd. 1677. T. 27. p. 480. Libro X. c. 8. haec sunt Eutropii verba: *Nimius religionis Christianae insectator*, (Iulianus) *perinde tamen, ut cruore abstineret.* Simile exstat Ammiani de Iuliano iudicium, ex quo tamen vel hunc vel Eutropium Christi sacris addictum fuisse, haud firmiter colligas. Nonnulla ad verbum Hieronymus in Chron. ex Eutropio, vel Eutropius *h*) ex Hieronymo: nam uterque sub Valente scripsit. Prius tamen verisimilius crediderim.

VII. Exstat huius Eutropii *Breviarium i*) *Romanae Historiae* in X. libros distinctum dicatumque Valenti Augusto: sed in antiquioribus editionibus, Rom. 1471. Mediol. 1475. Venet. 1480. 1489. 1490. f. ad calcem Scriptorum Hist. Aug. item cum Paullo Diac. Paris. 1512. f. ap. Gormontium, Cracoviae *Mich. Coccinio* curante 1510. 4. Paris. 1513. per *Nic. Maillardum* etc. cum additamentis *Pauli Winfridi* Langobardi, qui Caroli M. aetate Diaconus Aquileiensis fuit, mire interpolatum legitur.



*h*) Ita Pontacus p. 367. ad Eusebii Chron.

*i*) Svidas in Καπίτων vocat Ἐπιτομὴν Εὐτροπίου Ῥωμαϊστὶ ἐπιτέμνοντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον. *Epitomen qua Eutropius latino idiomate abbreviavit Livium Scriptorem Romanum.* Perperam Volaterranus haec verba sic accepit, ac si Capito Lucius Epitomen Livii concinnasset. Laudatur Eutropius etiam a Sarisberiensi VIII, 21. Policrat.

legitur. Omnes enim a Iano, primo *Italiae* Rege incipiunt et ex aliis multa admixta habent. Etiam in *historia Miscella* libri undecim priores, hos ipsos Eutropii libros a Paulo interpolatos exhibent, proximi vero quatuor auctorem agnoscunt eundem Paulum Diaconum, sextus porro decimus usque ad vigesimum quartum additi sunt a *Landulpho Sagace*, historiamque perducunt ad annum usque C. 806. uti recte in edit. Pithoei legitur (perperam in Gruteriana excusum est 706.) in quibus tota fere Anastasii Bibliothecarii Rom. historia Ecclesiástica ex Georgio, Theophane, aliisque Graecis Scriptoribus collecta continetur. Vide praeter P. Pithoei praefat. Vossium de Hist. latinis p. 292. Labbeum de scriptoribus Ecclesiasticis, Seldenum ad Eutychii Origenes Alexandrinas p. 153. etc. Neque in Landulpho tantum, sed et in iis, quae Paulo tribuuntur, Anastasii verba observare licet. Prodiit Historia Miscella ex recensione Petri Pithoei Basil. 1569. 8. et Henrici Canisii cura Ingolstad. 1603. 8. Iani denique *k*) Gruteri opera inter scriptores latinos Historiae Augustae minores Hanov. 1611. fol. Merito autem mireris Dan. Guilelmum Mollerum in diss. Circulari, quam de Paulo Diacono vulgavit Altdorfii 1686. sectione 13. audacter scribere, *non confundendam esse Historiam Miscellam cum octo libris, qui in nonnullis editionibus Eutropii post librum X. solent subiungi, praeterquam enim quod, ceu ad oculum contendenti ea invicem patebit, diversissima stili rerumque facies est, profecto dubitari etiam a viris eruditioribus solet, an iidem illi genuinus Pauli nostri sint foetus.* Sane certum est, octo istos libros, qui in temporibus Leonis Isauri Iconomachi desinunt, et Eutropio subiecti prodiere Basil. 1532. fol. edente

*k*) In illis, quae ex Palatino Codice primus edidit Gruterus (ut libro XVI.) multa sunt suspectae fidei, quae scriptoris imperitiam arguunt, notante Paschasio Quesnello ad Leonem M. diss. I. pag. 310.

edente Sigiſmundo Gelenio, et Genevae in collectionibus Scriptorum latinorum Hiſtoriae Romanae, quas infra lib. IV. recenſemus, et inter ſcriptores Hiſtoriae antiquae a Dionyſ. Gothofredo collectos, et ſeorſim Lugduni curante Paulo Merula a. 1594. 8. certum inquam eſt, hos haudquaquam differre a libris Pauli Diaconi, qui in Hiſtoria Miſcella Eutropium ſequuntur, etſi valde interpolati ibi occurrunt, auctore, ut eſt credibile, eodem, qui reliquos libros addidit, Landulpho.

VIII. Ceterum primus Eutropium ſincerum dare, et a Pauli interpolationibus ſeparare conatus eſt *Io. Bapt. Egnatius*, ap. Aldum, primum 1516. ad calcem Svetonii, inter alios Rom. hiſt. ſcriptores, et 1521. 1524. 8. quae editio verbotenus repetita eſt a Iunta 1517. 8. et a Colinaeo Pariſ. 1529. 1531. 1539. 1540. et 1541. Sed nondum ſatis purus eſt hic textus ab antiquis interpolationibus. Poſt Egnatium felicius *Antonius Schonhovius* Canonicus Brugenſis e Mſto Gandavenſi Baſil. 1546. 1552. 8. purgatum dedit: de qua editione ſic Georgius Caſſander:

*Hactenus Eutropii titulum nomenque: ſed ipſum*
*Nunc demum, lector, conſpicis Eutropium.*

Poſt Schonhovium idem egit et puriorem fecit Eutropium *Elias Vinetus*, qui ex Mſto Burdegalenſi emendavit notiſque illuſtravit Pictavii 1553. additis annotationibus ſuis. Vineto ſucceſſit in Eutropio ornando *Glareanus*, edito cum annotationibus ſuis Eutropio Friburgi in Briſgavia a. 1554. Secundum has editiones dehinc edi coepit purus Eutropius et notis egregiis illuſtratus, ut Baſil. 1559. Pariſ. 1560. 12. inſertuſque ſic eſt pluribus hiſtoricorum Rom. corporibus, quas editiones nihil attinet commemorare. Secutus hos eſt *Paulus Merula* edito Eutropio cum Paulo Diacono Lugd. 1592. 8. uſus Codice ſcripto Fr. Nanſii, adiectis praeter

Henrici Glareani et Eliae Vineti notas, quae repetita est ibid. 1594. *Fridericus* vero *Sylburgius* non tantum T. I. Rom. Hist. scriptorum a. 1588. f. Eutropii breviarium sic castigatum edidit, sed et a. 1590. Tomo tertio scriptt. hist. graecorum minorum ex Bibl. Francisci Pithoei vulgavit *ἀνέκδοτον* Metaphrasin Graecam *Paeanii*, *l*) addito e regione Latino textu e Ms. Fuldensi castigato. Ad haec exempla textus aliquoties est repetitus Helmstadii ab *Chr. Heidmanno* 1621. 4. sqq.

Sed post hos inprimis bene de Eutropio meritus est *Christophorus Cellarius*, edito textu bene castigato, cum Var. Lectt. edd. superiorum, Metaphrasi Paeanii, et notis brevibus illis quidem, sed optimis: primum Cizae 1678. 8. quae deinde saepe repetita est, etiam magis castigata editio.

Eutropium etiam in usum Delphini edidit et illustravit *Anna*, *Taneguidi Fabri* filia, usa interdum etiam doctissimi parentis, quas laudat, observationibus Paris. 1683. 4. quae editio repetita est Oxon. 1696. 8. Exstat praeterea Eutropius et Aurelius Victor cum brevibus notulis *Tan. Fabri* ipsius, Salmurii primum a. 1667. 8. editus, atque inde Londini recusus 1705. 12.

Post hunc, Eutropium variis septem Mss. et edd. lect. et brevibus notis illustratum una cum Paeanii Metaphrasi, Messala Corvino, Iulio Obsequente et Anonymi Graeci oratione funebri in Constantium Constantini

*l*) Mentio huius *Paeanii* in fragmentis antiquis de mensuris ac ponderibus ap. Stephanum Lemonium Var. Sacr. p. 502. Quis vero fuerit, vel quando vixerit, incertum est, etsi Sylburgius et Huetius suspicantur, Eutropio non multum fuisse iuniorem. Porro in Extremo libri ultimi mutila est Paeanii versio, ut alias minores lacunas praetereamus. Fuit olim et alia quaedam Graeca Eutropii Metaphrasis auctore *Capitone Lycio*, Imp. Iustiniani temporibus antiquior; qua usus Stephanus ἐθνικογράφος, qui Eutropium laudat in Καρχηδών, Io. Antiochenus et Svidas. Vide Valesium ad Excerpta Peiresciana p. 115. 118. Fallitur igitur Io. Rualdus, qui utramque inter se confundit animadversione 2. in Plutarchum p. 71.

tini M. filium edidit *Thom. Hearne* Oxonii 1703. 8. Hunc excepit *Sigebertus Havercampus*, cuius editio facta est Lugd. B. 1729. 8. In ea praeter Paeanium reperiuntur notae Vineti, Glareani, Fabrae et patris, Hearnii, denique selectae *Sylburgii*, *Cellarii*, item Heumanni obss. et suis, addito Sexto Rufo et aliis libellis.

Minores hac, sed bonae utique, sunt editiones *Laur. Reinhardi* et *Io. Frid. Gruneri*, sed haec tamen longe illa melior, accommodatae usibus iuventutis scholasticae: illa Hafniae 1752. 8. haec Coburgi, eod. anno; ubi tum Professor in Gymnasio merebat, nunc Theologus Halensis clarissimus. Sed ea post a. 1765. ibidem repetita est diligentius, et in recensendo textum et in illustrando. Omittimus editiones pueriles, cum notis germanicis.

Sed nemo maiori et iustiori cum apparatu et diligentia ad editionem novam curandam accessit, quam *Henricus Verheyk*, quae absoluta est Lugd. B. 1762. 8. In ea sunt omnia, quae in Havercampiana, *Cellarii* tamen notae integrae, et Rufus Festus solus: accessere ipsius notae, ubi res postulare videbatur, et Indices meliores: variae lectiones Mss. quos ipse contulerat, diligenter notatae: ut haec iam sine dubio optima sit editio. In praefationis altera parte est accurata de *Dictatore Romano* Disputatio, ad L. I. c. 12.

IX. Versio Graeca Paeanii, quam primum esse ab *Sylburgio* editam, ante diximus, extat scripta in Codice Bavarico CCXIII. Illa usus est Nicephorus Gregoras laudatus a Lambecio VIII. p. 66. qui nomen integrum putat esse Capito Paeanius. Sed fallitur. Duae enim diversae fuerunt Graecae Eutropii versiones; altera a Capitone Lycio, de quo vide Reinesium Epist. 2. ad Hofmannum pag. 9. altera a Paeanio, sive, ut malit Lambecius, Paeania. Putat enim nomen illius esse non

Παιάνιος sed Παιανίας. In Libanii tamen Epistolis etiam nonagesima secunda earum, quas Rev. Ioannes Christ. Wolfius edidit, Παιάνιος appellatur. Paeanii versione Zonaras haud raro utitur, ut notatum Cangio notis ad Zonaram p. 27. Altera Graeca Capitonis interpretatione usum Io. Antioch. Malalam et Svidam, notat etiam Ludolphus Neocorus ad Svidam in Ἀυρηλιανός. Ceterum hanc versionem, alias non inelegantem, et usibus tironum, Eutropium tractantium, admodum utilem lectu, non semper accuratam et fidelem esse, dudum monuit Sylburgius in praef. ad eam et in notis: itemque Huetius de claris Interpretibus p. 216. *Gallice* Eutropius prodiit Paris. 1601. 12. *Anglice* vero Lond. 1564. 8. De versione *Hispanica* Amati Lusitani v. Bartoloccii Bibl. Rabbinicam T. I. p. 369. Nova versione *Gallica*, notis Criticis et Chronologicis illustrata, hunc scriptorem donavit *Lezaeus* (Mr. l'Abbé Lezeau) Paris. 1717. 12. v. Ephemerides literar. Paris. illius anni, mense Aug. p. 230. Nonnulla in illa interpretatione reprehendi videbis, ubi lubebit, in Novellis Reip. litter. a. 1718. p. 250. sq. *Hispanice* prodiit Antu. 1561. 8. interprete Io. Martino Corderio.

In extremo libro decimo aliud opus historicum promittit Eutropius. *Quia autem ad inclytos Principes venerandosque* (Valentinianum et Valentem) *perventum est, interim operi modum dabimus. Nam reliqua stilo maiore dicenda sunt, quae nunc non tam praetermittimus, quam ad maiorem scribendi diligentiam reservamus.* Sed huic eius instituto fata intercessisse videntur.



CAPVT

# CAPVT X.

## DE

# AVSONIO.

I. *Ausonii aetas et religio.* II. *Scripta.* III. *Editiones.*

I. DECIMVS MAGNVS AVSONIVS *a*) Burdegalensis, Grammaticus et Rhetor doctissimus, Poëta vero suavis atque ingeniosus, Christi *b*) etiam sacris

*a*) Ausonii huius Pater Iulius Ausonius, Vasatensis, Medicus Valentini senioris. Eius libros de medicina memorat Marcellus Empiricus. Fertur et illius dictum, *beatum esse, non qui habet, quae cupit, sed qui non cupit, quae non habet.* Adde Ioseph. Scaligerum in Ausonii vita, et Vossium libro de Philosophia pag. 103. Io. Frid. Gronovium lib. 2. Observatt. c. 17. Quam bonus vir fuerit Ausonius ille pater, docet filius Epicedio in eum scripto, quo inter alia testatur, nonagenarium obiisse. Genealogiam integram vide parentalibus subiectam p. 143. edit. Iacobi Tollii. Alius fuit Ausonius Sophista, de quo Svidas.

*b*) Olaus Borrichius Vir Clariss. in libro de Poëtis p. 73. et doctissimus Caveus parte 2. Hist. litter. scriptor. Eccles. p. 100. Christophorus item Hendreich in pandectis Brandenburgicis T. 1. p. 360. non dubitant Ausonium religione Ethnicum pronunciare: quin vir insignis doctrinae Ez. Spanhem. de Vsu et Pr. N. T. II. p. 414. et Ludovicus Antonius Muratorius T. 1. anecdoton Biblioth. Ambrosianae p. 114. neminem eruditiorum dubitare, quod a religione Christiana alienus Ausonius fuerit. Addidit Borrichius, etiam propterea a Pontio Paulino amico identidem obiurgatum. Et p. 74. *Paulinus discipulus Ausonii, quem colebat ut praeceptorem, sed ut aversum a Christiana religione subinde increpabat.* At enim dubio procul fallitur vir doctus una cum Vossio, qui p. 55. Poët. latin. de Ausonio: *Poëta,* inquit, *fuit gentilis, quemadmodum ex Paullino liquet.* Videtur etiam pro Ethnico habere Bailletus in Iudiciis de Poëtis, tum Philippus Brietius syntagmate de Poëris latinis, quae sententia non minus a veritate est repulsa, quam quod Gaddio persuasum propemodum a Trithemio esse video, Poëtam hunc eundem Episcopum quoque extitisse Burdegalensem T. 1. de scriptoribus non Ecclesiast. p. 57. Christianum vero fuisse Ausonium, ut ad alia argumenta ex ipsius scriptis recurrere non sit necesse, idem Paullinus luculenter testatur, non increpaturus eum nisi Christianum, cum ait: *negant Camoenis nec patent Apollini dicata Christo pectora*, alio loco

sacris addictus, etsi eius rei rara (certa tamen) in scriptis suis reliquit vestigia. Ab Imp. Gratiano, quem non minus ac Valentinianum fratrem in literis instituerat, promotus ad quaesturam, et a. C. 376. ad praefecturam praetorii Italiae, et a. 378. ad praefecturam praetorii Galliarum et a. C. 379. ad Consulatum, obiit imperante Honorio post a. C. 392. maior octogenario. Vicarium Africae fuisse, notat Iosephus Scaliger lib. 2. lect. Ausonianar. cap. 17. ubi et alia. De eo consulenda vita Fl. Mallii Theodori scripta ab *Alberto Paulo Rubenio*, et vulgata a Io. Georgio Graevio Vltrai. 1699. 12. et repetita Lips. a. 1754. *Aegidius Lacarry* S. I. in historia Galliarum sub Praefectis praetorio Galliarum a Constantino M. ad Iustinianum Paris. 1675. 4. *Baptista Souchay* in vita Ausonii nuperae editioni praemissa, nec non *Beletus* diss. de Ausonio, recitata in Academia Regia scientiarum et litterarum elegantiorum Burdegalensi. *Bibl. Francoise* a. 1726. mense Maio et Iun. p. 52. seqq. Consulatum suum incidere in annum Vrbis conditae 1118. qui ex supputatione ipsius, Epocham

loco etiam ad eum scribens in haec verba:

*Inque tuo tantus nobis consensus amore est,*
*Quantus et in Christo connexa mente colendo.*

Rectius itaque Gyraldus dialog. 10. de Poëtis: *Christianus quidem Ausonius fuit, ut ex eius versibus, et item Paullini eius discipuli, facile colligimus, sed petulantior tamen et lascivior* (respicit Gyraldus tum Epigrammata quaedam lasciva et flammis, iudice Caesare Scaligero expianda, tum obscoenum centonem nuptialem Valentiniano Imp. rogante, qui nuptias simili lusu descripserat, ab Ausonio compositum) *quem ut inter Christianos numerari dignus.* Iosephus quoque Scaliger Ausonium *ferre Christianum fuisse* scribit lib. 2. c. 32. Auson. lect. Adde his Theophilum Raynaldum in Hoplotheca contra ictum calumniae Tom. 12. pag. 420. et Baelii dictionarium edit. 2. Obiurgavit vero Ausonium Paullinus, non ut aversum a Christiana religione, sed quod ille religiosum Paullini secessum palam improbasset. Fortassis male quoque ferebat Paullinus in Ausonii carminibus legere se quaedam ἐθνικώτερον scripta, quale est illud cap. 1. in Professoribus Burdegalensibus:

*Et nunc, sive aliquid post fata extrema superfit,*
*Vivis adhuc, aevi quod periit meminens.*
*Sive nihil superest, nec habent longa otia sensus,*
*Tu tibi vixisti, nos tua fama iuvat.*

cham Varronianam tredecim annis praevertentis, *c*) respondet a. C. 379. testatur ipse Epigrammate 3. ubi Proculo promittit fastos Consulares Romanos a primis temporibus deductos ad suum usque Consulatum:

*Mille annos centumque et bis fluxisse novenos*
*Consulis Ausonii nomen adusque leges.*

Et Epigrammate 2.

*Annis undecies centum coniunge quaternos,*
*Vndecies unumque, d) super trieterida necte*
*Haec erit aeternae series ab origine Romae.*

Fastos digessit Ausonius usque ad a. V. C. 1122. C. 382. Hinc Epigrammate 4.

*Hactenus adscripsi fastos: si sors volet, ultra*
*Adiiciam. Si non, qui legis, adiicies.*
*Scire cupis, qui sim? titulum, qui quartus ab imo est,*
*Quaere, leges nomen Consulis Ausonii.*

Sed iam pridem isti Ausoniani fasti interciderunt.

II. Ausonii exstat 1. *Liber Epigrammatum*, cui praemittitur Theodosii *e*) Epistola, qua Ausonium parentem vocat, eumque rogat, ut scripta sua audacter ad se perferat, non minus patrocinii et amoris reperturus, quam docti Poëtae et scriptores quondam apud Augustum. Hanc Epistolam sequitur triplex praefatio, versu scripta, una ad Theodosium Imp. altera ad Syagrium, tertia

*c*) Vide Antonii Pagi Criticam Baronianam ad a. C. 302. n. 15. sq. Riccioli Chronologiam reformatam p. 164. et Petri Relandi fastos Consulares p. 464. Pagius consimili epocha cum Ausonio Arnobium quoque usum coniicit. De hoc Ausonii Consulatu extat Disputatio *Corsini* edita Pisis 1764. 4.

*d*) Vndecies unum i. e. undecim, quibus quatuor cum trieteride additi conficiunt duodeviginti.

*e*) Haec epistola praeter causam suspecta videtur Mariangelo Accursio, Caspari Barthio XII, 12. et LVIII, 3. Adversar. absurde auctorem suspicato Ascensium.

tertia ad Latinum Pacatum Drepanium, quem filium, i. e. difcipulum appellat.

2. *Ephemeris*, five *totius diei negotium*, *f*) vario carminis genere.

3. *Parentalia*, quibus carorum fuorum, ut ipfe loquitur, obitus commemorat.

4. *Commemoratio Profefforum Burdegalenfium.*

5. *Epitaphia Heroum, qui bello Troiano interfuerunt*, adiecta a Guil. Cantero et aliis peplo Graecorum Epigrammatum in eofdem heroas, auctore Ariftotele, fed ut Io. Tzetzes ad Hefiodum monet, non Stagirita. Addidit Aufonius alia *quaedam Epitaphia*, ut Niobes, Didonis, Diogenis Cynici etc.

6. *De XII. Caefaribus per Svetonium Tranquillum fcriptis Monofticha* dicata Hefperio filio, et *de iifdem Caefaribus a Iulio Caefare usque ad Heliogabalum* *g*) *tetrafticha*. Haec faepius ad calcem Svetonii vulgata funt.

7. *Clarae urbes* five *Ordo nobilium urbium*, feorfim prodiit cum libro Hippolyti a Collibus de urbium incrementis. Etiam Pictav. 1565. cum commentario Eliae Vineti.

8. *Ludus five fententiae Septem Sapientum* ad Latinium Drepanium Pacatum ProCos.

9. *Idyllia XX.* quorum *primum* eft *Carmen Pafchale*, Proco *h*) dictum, quod incipit:

*Sancta falutiferi redeunt folennia Chrifti.*

Neque

*f*) Hanc qui legerit, Chriftianum fuiffe auctorem minime dubitabit. Vide edit. Tollii p. 96. 98. feq.

*g*) Scripferat in caeteros quoque Imperatores usque ad Theodofium, fed reliqua tetrafticha perierunt.

*h*) Forte *a Proconfule* dictum, uti Idyllium VIII. eft precatio Aufonii Confulis.

Neque confundi debet cum hypobolimaea, Ausoniique nomine falso edita *oratione paschali*, *versibus* i) *Ropalicis*, qui incipiunt:

*Spes Deus aeternae Stationis conciliator.*

Idyllii *septimi* in Bissulam, maior pars et lascivior periit. *Decimum* sive *Mosella* elegantissimum est, et cum selectis Tibulli Propertiique elegiis illustratum a Paulo Duizio, Mussiponti 1615. 8. et cum commentariis Marquardi Freheri separatim prodiit Heidelbergae 1619. f. Vide etiam Cl. Viri Conradi Sam. Schurtzfleischii diss. Historico politicas p. 520. seq. *Tertium decimum* est *cento Virgilianus Nuptialis* et *fescenninus*, de quo iterum infra IV. cap. I. Henricus Meibomius, qui hunc Centonem cum Probae et Capiluporum suisque centonibus Virgilianis edidit Helmst. 1597. 4. satis se causae putavit in eo reperisse, ut Ausonium Christianum fuisse negaret et paganis audacter adscriberet. *Cupido Cruci affixus* ibidem dictus Idyllii *sexti* locum occupat, qui cum variorum notis editus est Hagae Comitis a. 1712. 8. ad calcem Pervigilii Veneris, de quo dictum est supra. Huius Idyllii sexti de Cupidine crucifixo locum insignem v. 16. seq. *Fulmineos Semele* etc. illustrarunt Viri Clariss. Oudinus S. I. et Kavionus de Varennes, Journal des Savans 1718. p. 197-205. Mem. de Trevoux 1717. p. 1181. 1189. *Gryphum ternarium*, sive Idyllion *undecimum* illustravit Scaliger Epist. 199. Claudius item Minos Divionensis, Paris. 1574. 4. et Franciscus Sylvius, Ambianus a. 1516. ac Franciscus Sanctius Brocensis

i) Versus *Ropalici* (non *Rophalici*) dicuntur, quod clavae more voces gradatim surgunt et augentur numero syllabarum, sive per singula vocabula singulis syllabis increscunt, ut Homeri ille Iliad. libro tertio vers. 182. de quo praeter Eustathium Gellius XIV, 6. ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον. Calix ῥοπαλωτὸς ap. Dionem in Commodo p. 825. E. *in clavae figuram formatus.* Svidas in κύλιξ ῥοπαλ. Pro *Ropalicis* versibus minus bene alii legunt *Euryphallicos.* Vide Bernhardi Monetae notas ad Menagiana Tom. 4. pag. 180.

ſis una cum Ovidio in Ibin, Salmanticae 1596. 8. Graecis verſibus expreſſit *Federicus Morellus* in hiſtoria numerorum, Pariſ. 1609. 8. in qua etiam Adriani Turnebi carmen de binario, Pauli Huralti Hoſpitalii, Aquenſis Archiepiſcopi, tetràs, et eiuſdem Morelli pentas ſeu quinarius. At Idyllium *decimum* quintum *de ambiguitate vitae* ſeorſim excuſum eſt, cum commentario *Henr. Vagetii* Hamburg. 1637. 8. et cum diſtichis Catonis, aliiſque prodiit 1500. 4. Idem Idyllium Alcaicis verſibus latinis expreſſum a *Salmonio Macrino* lib. V. hymnorum p. 187. Graeca metaphraſi donavit *Federicus Iamotius* p. 57. poëmatum. Idyllium Auſonii Graece redditum a Fed. Morello 1596. 12. Elegiam eiuſdem argumenti ſcriptoris recentioris edidit Barthius XLV, 16. Adverſ. Ad *Idyllion de Viro bono,* ſive Πυθαγορικὴν ἀκρόασιν diſſertatio Magni Danielis Omeiſii lucem vidit Altdorfii 1706. 4. in qua et plura de Auſonio.

10. *Eclogarium variorum poëmatiorum et Epigrammatum*, quorum pars, ut in aliis quoque Auſonii carminibus, expreſſa e graecis, quae in Scaligeri editione et aliis quibuſdam adiuncta leguntur. Epigramma Graecum *Poſidippi* ſive *Cratetis* Cynici, quod expreſſit Auſonius et amplificavit, una cum contrario *Metrodori* legitur in Anthologia Epigrammatum Graecorum lib. 1. p. 27. ſeq. In Mſ. Codice Antonii Eparchi, qui hodie ſervatur in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi, prius illud exſtat ſub *Heracliti* nomine, alterum *Democrito* tribuitur. Vide Bandurium ad antiquitates Conſtantinopolitanas p. 882. *Apophthegmata Graeciae Sapientum* cum Scholiis Eraſmi, diſtichis Catonis et aliis quibuſdam, Francofurti ad Oderam 8. *Carmen Paſchale* cum notis *Speltini*, in collectione poëmatum Speltini, Erfurti 1501. 4.

11. *Liber Epistolarum XXV.* uti omnia hactenus enarrata, vario carminis genere. Idylliis et Epistolis nonnullis subinde Epistola in prosa scripta praemittitur.

12. *Oratio Panegyrica ad Gratianum Imp.* qua illi pro Consulatu gratias agit, saepenumero edita cum XII. Panegyricis, uti dictum est supra.

13. *Periochae in Homeri Iliadem et Odysseam,* quas emendasse se profitetur *Christianus Rittershusius* Epistola ad Iosephum Scaligerum T. 2. Sylloges Burmannianae p. 329.

14. In editione Vineti (sicut in nupera ad usum Delphini p. 418. sed in notis) leguntur etiam *tetrasticha in singulos menses;* quae Scaliger in sua omisit, at in Catalectis Veterum Poëtarum edidit, sine auctoris nomine, quod et in sua veterum Epigrammatum latinorum editione fecit P. Pithoeus. In vetustissimo Calendario Romano, quod e Codice M. S. Bibliothecae Caesareae vulgavit Petrus Lambecius ad calcem libri quarti Commentariorum, et Graevius inseruit tomo octavo thesauri Antiquitatum Romanarum, Montefalconius tomo primo supplementi Antiquitatis explicatae, tetrasticha ista, quae Graevius et Francicus Ausonii editor Ausonio haud indigna iudicant, imaginibus mensium singula sunt subiecta, illasque pulchre referunt. Confer Eustathium de Ismenes et Ismeniae amoribus libro quarto, ubi duodecim mensium imagines prisco more depictas describit.

III. E seculo quintodecimo notavimus editiones has: primam quidem *Venetam* a. 1470. fol. visam *Suchaeo*, Ausonii novissimo editori; alteram pariter Venetam a. 1474. ap. Tacuinum de Tridino, quam in Bibl. du Boze notatam reperi, si numerus sine vitio fuit. Sequitur Mediolanensis prima, a. 1490. f. curata per *Ae-*

*milium Ferrarium*, historiae Professorem, qui de Codicis scripti, unde facta editio haec, vitiositate valde queritur, eum mancum et multis locis obliteratum appellans, quam querelam et apud alios reperimus. Itaque et edd. primae non sunt plenae. Post hanc memoratur alia Veneta a. 1494, quam non vidimus, sed habemus aliam a. 1496. f. quae est prima *Georg. Merulae*, h. e. cum eius praefatione: nam recensio et emendatio textus est *Hieronymi Avancii*, ut Merula in illa praefatione dicit. A *Merula* autem accessere in fine quaedam Ausonii, ante non edita epigrammata, reperta a Fr. Nursio Mediolani. Haec editio repetita est Mediol. anno post, 1497. f. De Parmensi ed. a. 1499. nihil habeo, quod dicam. Sed initio sequentis seculi a. 1500. secuta est plenior editio per *Thaddaeum Vgoletum* Parmensem, Venetiis 4. cuius exemplum habuit Fabricius, ex cuius bibliotheca emtum nobis cognoscendum praebuit ill. *Hagedornius:* fuit olim Alciati, qui loca quaedam sua manu correxit. In hac editione accessere praeter illa Merulae, 1. alia *quaedam Epigrammata.* 2. *Epistola ad Paulinum.* 3. *Periochae Homerica.* 4. *Mosella.* 5. *Ludus VII. Sapientum.* 6. *Catal. nobilium urbium.* 7. *Sulpicia.* Haec, ait Vgoletus, a se e collatione Codd. diversorum addita esse: praeterea se multos versus confusos in ordinem redegisse, integros addidisse e Codd. verba redundantia resecuisse: in *Ludo VII. Sapp.* sibi codicem veterem et bonum a Tristano Chalco acceptum profuisse: *Mosellam* ex uno valde vitioso codice datum. Coniecturas se scripsisse in Eclogas, cum apud Regem Matthiam in bibliotheca esset: quae non prodiere in lucem.

Huic proximam novi Lipsiensem 1515. 4. per *Rich. Crocum*, qui se profitetur Ausonii opera diligenter castigasse et in meliorem ordinem redegisse. Sub tabula opusculorum Ausonii in capite libri est: subdentur castiga-

ſtigationes in univerſum opus ad calcem operis: ſed eae in exemplo noſtro nullae ſunt, nec aliis viſas et memoratas reperi. Fertur quoque editio Pariſienſis a *Mich. Humelbergio* emendata, ap. Iodocum Badium Aſcenſium, *Hieronymi* etiam *Aleandri* caſtigationum ſpem facientem (vide Mich. Maettarii T. 2. annal. typograph. p. 306.) a. 1517. 4. Eodem anno Aldus Auſonium vulgavit 8. adde editiones, Baſileenſem *Valentini Curionis* a. 1523. Lugdunenſes ap. Gryph. 1540. 8. et 1549. Pariſienſem a Vineto caſtigatam, curante Vineti amico Iacobo Gupylo a. 1551. Lugdunenſem Ludov. Miraei 1557. 8. Antuerpienſem Theodori Pulmanni, minore forma a. 1567. Prae reliquis vero laudanda luculenta Auſonii editio, cura viri docti *Eliae Vineti* vulgata, Burdegalae a. 1575. 4. una cum commentariis eiuſdem a. 1580. eadem forma excuſis, et poſt eius *k*) obitum a. 1590. 4. titulis quorundam exemplorum a. 1604 praeferentibus: in qua editione additae, praeter Scaligeranas animadverſiones, notae Turnebi, Iunii, Canteri, Lipſii. Huic Vineto, antequam commentarii eius in lucem emitterentur, *Ioſephus Scaliger* ſuos Auſonianarum lectionum libros II. inſcripſit a. 1573. in quorum poſtremi capite ultimo, Poëtae vitam ſuccincte narratam tradidit. Iidem deinde frequenter editi ſunt cum Auſonio, non tantum Lugd. 1575. 12. ſed et ap. Commelinum 1588. 8. et eodem anno et 1608. minore forma Genevae, alibique



*k*) Obiit Vinetus a. 1587. Eius ſecundae editionis commentarii meminit Iof. Scaliger p. 403. Ep. gryphum ternarii Auſoniani expoſiturus ad Nic. Michaëlium: *Scis quam non vulgaris eruditio ſit in poëmatis Auſonii. In quibus Gryphus ternarii melioribus aevi noſtri Grammaticis crucem fixit, quamquam conatus omnium eluſit recondita et velo aenigmatum ſummota doctrina: Nam Sylvius Ambianus nihil niſi triviali moneta percuſſit. Bonus Vinetus non ſolum ſibi ſed et eruditioribus, etiam in iis quae plana ſunt diffidit. Et quamvis in commentario ſecundo, quod poſt eius mortem recoctum eſt, multa de noſtris lectionibus Auſonianis in ſuas diatribas transſcripſerit, nihil tamen quo doctioribus Auſonius familiarior fieret, expreſſit.* Confer etiam, ſi placet, Thom. Crenii part. 4. animadverſ. p. 11. ſeq. ubi et alia quaedam ad notitiam editionum Auſonii facientia.


que ab eo tempore saepius, additis selectis Vineti notis et excerptis ex opere Adversariorum Adr. Turnebi et scriptis Philologicis Adr. Iunii, Guil. Canteri et Iusti Lipsii. Ante Vinetum et Scaligerum diatribas in Auson. Ovidium et Solinum vulgaverat *Mariangelus Accursius* Rom. 1524. f. qui plagii postulatus, quod labores Fabricii Varani, Episcopi Camerini, sibi tribuisset, crimen illud a se removit hoc concepto iureiurando: *Quod Dii hominesque, fas fidesque audiat, sacramenti religione, et si quid est iureiurando sanctius, affirmo, idque rite pariter ac sine dolo malo dici, caeterisque accipi volo, me nec ullius unquam scripta perlegisse ac ne conspexisse quidem, unde vel tantillum lucubrationes nostras redimiri iuvarique datum fuerit. Quin imo laborasse, quoad eius fieri licuerit, ut si quippiam alterius, post observationem quoque meam editam, occurrerit, e nostris protinus aboleremus. Quod si peierem, tum Pontifex periurio, malus autem genius diatribis contingat, usque adeo, ut si qua bona aut saltem mediocria in ipsis fuerint, imperitorum turba pessima, bonis leviuscula tricisque viliora censeantur: famae si qua manent munera, vento evolent, proque vulgi levitate ferantur.* *Conradus Rittershusius* p. 113. ad Guntheri Ligurinum memorat exercitationes suas ad Ausonium, in quibus plura loca Nazarii et aliorum Panegyricorum emendaverit. Sed nec illae, nec *Casparis Barthii* animadversiones ad Ausonium, aut *Henrici Ernstii* notae atque variae lectiones unquam viderunt lucem, quod sciam; licet exstant Rittershusii ad Panegyricos observationes quaedam, ut supra lib. 2. cap. 22. dicere me memini.

Ab eo tempore eleganter hunc scriptorem Lugduni Bat. 1671. 8. in lucem emisit *Iacobus Tollius* cum notis integris Scaligeri, et cuius in Mosellam, Marquardi

Freheri,

Freheri, selectisque animadversionibus Accursii, (quamquam integras titulus, sed falso, promittit) Vineti, Barthii, Acidalii, I. F. Gronovii et Io. Georgii Graevii, de cuius postremi consilio Ausonium illustratum edendi occurrit quoque mentio in Epistola Benedicti Hoepferi, Tubingensis, data a. 1673. 20. Mai. editaque in semestri primo Annalium Academiae Helmst. 1722. 8. p. 185. In frontispicio editionis Tollianae abesse Epistolam *Theodosii* Augusti, et in opere ipso, *Paulini* ad Ausonium Epistolas, miratus Nicol. Heinsius Epistola ad Io. Frid. Gronovium T. 3. Sylloges Burmannianae pag. 541. 542. infinita adhuc notat superesse in Ausonio castiganda illustrandaque, atque inter alia laudat librum veterrimum Vossianum.

Denique in usum Delphini Ausonius illustrari coeptus est a *Iuliano Florido*, Canonico Carnotensi, de cuius Apuleio supra dixi. Illam editionem imperfectam relictam, Florido etiam 15. Sept. a. 1725. Parisiis extincto, recensuit, supplevit, emendavit, dissertationem, de vita et scriptis Ausonii, suasque animadversiones adiunxit *Ioannes Baptista Souchay*, Regiae Inscript. et humanior. literar. Academiae socius, usus etiam notis ineditis *Martini Despofii*, quae in Bibl. Regia Mstae asservantur. Paris. 1730. 4. v. Journal des Sav. 1730. Octobr. pag. 163. Journal literaire T. 16. pag. 461. Acta Erud. 1732. p. 489.



# CAPVT XI.

## DE RVFO FESTO AVIENO.

I. *Avieni aetas, patria, et non videri fuisse Christianum.* II. *Metaphrasis Arati, et Dionysii Periegetae.* III. *Orae maritimae descriptio.* IV. *Fabulae et alia.* V. *Livius iambis ab eo expressus.* VI. *Breviarium de Victoriis ac provinciis pop. Rom.* VII. *De regionibus urbis Rom.*

I. RVFVS FESTVS AVIENVS, patria fortassis Hispanus, ni coniecturae, ex Hispaniae et Hispanorum laudibus, et Punicis Himilconis annalibus, ab Avieno citatis petitae, fallunt. Vide Nic. Antonium lib. 2. Bibliothecae veteris Hispanae cap. 9. ubi Christianum quoque fuisse contendit Avienum, argumentis admodum levibus usus. Pro Hispania pugnat et Ramiresius ad Luitprandum, n. 204. Meo quidem iudicio non erraverit, qui Italum patria, et a Christiana religione dixerit alienum; praecipue si de hoc nostro accipiendum monumentum, quod Romae in villa Caesarini exscriptum dedit Sponius de aris ignotorum Deorum p. 41. et in Miscellaneis eruditae Antiquitatis p. 99.

R. Festus V. C. de se ad Deam Nortiam

*Festus Musoni soboles prolesque Avieni,*
*Vnde tui latices traxerunt Caesia nomen,*
*Nortia, te veneror lare cretus Vulsiniensi,*
*Romam habitans gemino Proconsulis auctus honore,*
*Carmina multa serens, vitam insons, integer aevum,*
*Coniugio laetus Placidae numeroque frequenti*
*Natorum; exultans, vivax et spiritus illis:*
*Caetera composita fatorum lege trahuntur.*

San-

Sancto Patri Filius Placidus.

*Ibis in optatas sedes, nam Iupiter aethram*
*Plaudit, Feste, tibi, candidus ut venias.*
*Iamque venis, tendit dextras chorus inde Deorum,*
*Et toto tibi iam plauditur ecce polo.*

Aliam inscriptionem graecam in Rufum Festum Graeciae Proconsulem vide ap. Gruterum f. CCCCLXIV, 7. et Fabrettum p. 742. Diversi ab hoc quatuor vel quinque Avieni, qui consulatum Romae gesserunt, et Avienus, ad quem exstant Ennodii Ticinensis Epistolae, item alter, ad quem exstat Epistola Ioannis II. Papae. Noster vero, quem admodum iuvenem inducit Macrobius in Saturnalibus, memorantque S. Hieronymus in Epist. ad Titum, ac Servius ad Georgic. p. 97. Theodosii iunioris, Marciani et Leonis Thracis temporibus (non vero Diocletiani, ut Petro Crinito visum) clarus, varia latino carmine composuit, quibus ingenii et doctrinae laudem consecutus est non vulgarem. v. et Burmann. Anth. T. I. p. 494.

II. Sed illis deperditis, exstat hodie, postremo forte loco ab auctore elaborata, sed scriptorum eius minime postrema, *Metaphrasis Arati*, versibus hexametris: quae primum prodiit Venetiis 1488. 4. cum eiusdem Metaphrasi Dionysii, sive Orbis terrae descriptione, Germanici Arato et scholiis, Ciceronis fragmentis Arateis et Sereni Sammonici carmine, apud Victorem Pisanum, curante *Georgio Valla*, a) et eodem anno, ib. itidem in 4. apud Antonium de Strata Cremonensem; una cum Orbis terrae descriptione, et Germanici ac Ciceronis Arateis et Sereni libro de Medicina: deinde cum Arato et aliis illius Metaphrasibus ibid. apud Aldum 1499. fol. et Paris. 1559. 4. apud Guil. Morellum cum



a) Christianus Daumius ad Paulinum Petrocorium p. 348. et de causis amissarum radicum Latinae linguae pag. 129. notat editionem hanc maxima parte expressam a Petro Pithoeo.

cum eius castigatt. et ex officina S. Andreana 1589. 8. Denique haec metaphrasis ab *Hugone Grotio* Syntagmati Arateorum inserta et notis illustrata est Lugd. Bat. 1600. 4. In eam non pauca Arato intacta Avienum inseruisse, idem Grotius observat, petita e Metaphrasi Germanici et Graecis Arati scholiastis, quos pag. 103. diligenter ab Avieno consultos haud ambigit, ac vicissim monet, Avieni lacinias quasdam Germanico etiam esse insertas. Arati optimum non solum paraphrastem sed etiam interpretem agere Avienum non diffitetur Iosephus Scaliger ad Manilium p. 51. Non alius est Avieni *liber de stellis*, quem *Flaviano*, eidem, ad quem scripsit Symmachus, ab eo dicatum legas in Adversariis Luitprando suppositis p. 491. ubi plura de Avieno Ramiresius de Prado p. 492.

III. *Metaphrasis Periegeseos Dionysii Alexandrini* eodem hexametri carminis genere, quae cum *fragmento* insigni *descriptionis orae* b) *maritimae* a Gadibus ad Massiliam usque iambis elegantibus ab eodem Avieno post Periegesin compositae, et Probo c) cuidam, cognato suo, quem liberûm instar diligere se ait, inscriptae, prodiit Venetiis a. 1488. 4. et longe emendatior inter vetera poëmatia, curante *P. Pithoeo*, Paris. 1590. 8. et 1599. 12. a quo tempore Madriti recusa sunt opuscula Avieni, quae exstant omnia, typis luculentis, sed vix usquam, quam Pithoeus ediderat, castigatiora, fabulas quidem haud dubie ex ipso Pithoei exemplo 1634. 4. edente

b) Pricaei notae in Avieni descriptionem orae maritimae lucem non adspexere, quas memorat ad Apuleii Metamorph. p. 95. Vehementer autem fallitur Baleus, qui oram maritimam fabularumque libellum non Avieno, sed Rufino cuidam Poëtae Britanno tribuit, castigatus ab Usserio c. 16. de origine Ecclesiar. Britannic. et Nicolao Antonio loco laudato. Plura *orae maritimae* loca emendat Martinus Opitius Libro variarum lectionum C. VII. et XI. edito Dantisci a. 1637. 4.

c) Hic videtur esse Sextus Petronius Probus, de quo consule si placet Reinesium Epist. ad Hofmannum p. 582. 584. 638. et in Inscriptionum syntagmate.

edente ex Ramiresii Bibliotheca *Petro Melian*, in conventu Iuridico Guatimalensi Novae Hispaniae Regio, ut vocant, Auditore. Quod vero in Boecleri libello de scriptoribus Graecis et Latinis legitur, Avieni Metaphrasin Dionysianam in Scaligeri thesauro temporum editam reperiri, memoriae vel librarii hallucinatio est. Nam etsi Iosepho Scaligero constitutum erat Avienum recensere, et una cum suis commentariis edere, id tamen neque in thesauro temporum, neque alibi usquam praestitit, non magis quam Casp. Barthius, qui XLIX, 13. Adversar. novam Avieni promisit editionem, quamvis et hic quoque in iisdem Adversariis, aliquot capita, praeter illud, quod iam indicavimus, eius Metaphrasi Dionysianae impendit, nempe XXVIII, 16. et XLVI, 16. quemadmodum descriptionem orae maritimae illustrat XXVIII, 12. et 14. ubi etiam observat, Lud. Nonium in Hispania sua optime de pluribus locis huius poëmatis esse meritum, quod etiam vere affirmare licet de Petro de Marca, qui, in praeclaro marcae Hispanicae opere Avienum ipsum scriptorem luculentissimum vocat, poëtam vero tam excellenti spiritu, ut nonnumquam se ipse vix videatur capere. Ad locum eius de templo Elagabali Emeseno Solis, vers. 1094. sqq. conferendus Salmasius ad Vopiscum, T. 2. p. 478. Nec alienum est a verisimilitudine, imo a vero etiam, quod Avienus illa de suo addidit, neutiquam ex integriore Dionysii Codice expressit.

IV. Sub eiusdem *Avieni* nomine extant *Fabulae Aesopi XLII.* elegis scriptae, et *Theodosio* cuidam inscriptae, quem, *Theodosi optime*, alloquitur. Sed auctoris nomen in Mss. variat. In nonnullis *Anianus* dicitur, in melioribus et pluribus *Avianus*, quod secuti sunt *Palmannus* et *Cannegieterus*, qui in Dissertatione de huius Aviani aetate et stilo disputat in hanc partem,

ut *Avianus* alius sit ab *Avieno*, vixeritque seculo Antoninorum: *Theodosium* putat fuisse privatum, amicum Aviani, non vel Imperatorem, vel Saturnaliorum auctorem, ut quibusdam viris doctis placuit. De Codicibus scriptis harum fabularum v. Cannegiet. in praef.

Extat duplex Commentarius vetus in has fabulas: alter antiquior, non editus, quem habuit Barthius v. Advers. XXXIX, 7. inscriptus nomine Albini, incertum Carolini illius an alius: alter iunior, editus aliquoties sub *commenti* nomine in *Aviani fabulas*, nullius ille pretii.

Editio harum fabularum vetustissima est a. 1494. sine loci notatione, et alia Daventriae eodem anno sub titulo: *Aesopus moralisatus cum bono commento*. Alia extat Vlmensis, sed quae tantum 27. fabulas habet; de qua v. Nilantii praef. ad suam harum fabb. editionem. Prima critice tractata editio est *Theodori Pulmanni*, additis Var. Lect. Antverp. 1585. 12. repetita Hanov. 1603. altera *Is. Nicolai Neveleti* cum notis inter alios fabularum auctores Heidelb. 1610. Francof. 1660. 8. Sed ante Neveletum etiam *P. Pithoeus* ediderat inter poëmatia vetera Paris. 1590. quae editio repetita est Genev. 1620. Editae etiam sunt hae fabulae Lugd. Batav. 1603. et ibid. in Corpore Poëtarum vett. Lat. item ibid. 1607. inter alios, per *Petr. Rigaltium*, qui et libris scriptis usus est ad eam recensionem: de qua v. Cannegieteri praef. ad Avian. p. 11. Repetita haec editio est Genevae 1628. ap. Tornaes. De Hispaniensi editione dictum ante, n. III. Prodiisse etiam reperimus Arnhemii 1649. 8. inter alias fabulas. Nostro seculo bis edidit *Maettarius* suo modo. Novissime a. 1731. 8. Amst. *Henr. Cannegieter*, V. C. cum comment. selectis *Albini* Scholiastae, e Barthii advers. *Neveleti* integris et *Barthii*, denique suis. acc. diss. de aetate et stilo Aviani, in

in qua saepe phrasin eius contra Barthium et Neveletum defendit. Inter Mss. Gudianos fuit Commentarius in has fabulas *Io. Cabeliavii:* qui inde ad Fabricium venerat. Ex eo excerpta lectionum edita sunt in Obss. Miscell. T. IV. et V. In iisdem *Th. Wopkensii* Adversaria in has fabulas T. VII. seq. sive potius in notas Cannegieteri. Ei respondit hic T. VIII. p. 1-20. huic ille ibid. p. 278. s. In eodem volumine reperiuntur *Guieti* notulae in has fabulas, quas servavit *Scheferus* in Anecdotis suis. Disticha epimythia, quae singulis Avieni fabulis subiunguntur, omnia supposititia esse καὶ κακοῦ κόμματος, et in Codice Galei nulla comparere, notat Richardus Bentleius ad Horatium p. 433. cui adde, quae a Cannegietero monentur p. 291. sq. Auctor glossarum ad Instit. lib. 3. tit. 26. commemorat *fabulam Aniani* (Avieni) *de societate leonina.* At nulla hodie legitur fabula huiusmodi, neque in editis, neque in tribus Codd. Mss. quos consuluit Rigaltius, ut ipse monet ad Phaedrum p. 409. editionis Burmannianae. Omnino fabularum hic liber videtur dudum interpolatus etiam aliorum fabulis additis fuisse.

Feruntur praeterea sub Avieni nomine 1. *breve carmen ad Flavium Murmecium* V. C. quo malogranata mitti sibi rogat, fellito oris sapore affectus. Fallit Crinitus, qui lib. V. de Poëtis c. 80. hoc carmine Oram maritimam nuncupari Murmecio affirmat. 2. *Sirenum allegoria*, Avieno haud indignum poëmation, *Iuliano* cuidam ab aliis adscriptum. Vide lib. 4. Vett. Epigramm. p. 127. 3. *Ad amicos, de agro suo*, inter Martialis Epigrammata libro IV. quondam editum, sed a P. Scriverio aliisque auctori suo restitutum. Vide Nic. Antonii Bibliothecam veterem Hispanam T. 1. p. 161. Occurrunt haec poëmatia in editione Arati Avieni Veneta a. 1488 et Madritensi Avieni scriptor. a. 1634. ut P. Pithoei Epigrammata vetera omittam, et Burm. Sec. Anthol.

V. Livium

V. Livium totum iambis expresserat Avienus, non poetam, ut quibusdam visum, sed historicum: sed ea Metaphrasis intercidit. Memorat Servius ad X. Aeneid. 388. *Rhoeti de gente vetusta Anchemolum. Haec fabula in latinis nusquam invenitur auctoribus. Avienus tamen, qui totum Livium iambis scripsit, hanc commemorat* (in illa nempe Metaphrasi Livii, obiter) *dicens Graecam esse.* Male ex hoc Servii loco viri docti quidam affirmarunt, Virgilianas fabulas composuisse Avienum. Nam verba *Virgilium et* sunt spuria.

VI. Ni aetas obstaret, ad eundem Avienum cum Vossio de Hist. lat. conferri posset, *Breviarium de Victoriis ac provinciis populi Romani ad* d) *Valentinianum II. Augustum*, prosa scriptum, et iam sub *Sexti Rufi*, iam sub *Rufi Festi* nomine vulgatum. Atenim qui sub Valentiniani I. Imperio senem se aevoque graviorem profitetur, idem, sub Theodosio, cum Macrobius sua scriberet Saturnalia, iuvenis esse non potuit. Itaque malo assentiri Nic. Antonio, qui lib. 2. Bibl. Vet. Hispanae c. 6. p. 261. Sextum Rufum breviarii auctorem a Sexto Rufo Avieno distinguendum duxit. Editiones huius libelli, tum in Dan. Guil. Molleri diss. de Sexto Rufo Altdorf. 1688. §. 22. tum apud Cl. Hankium, videri possunt, quibus addes Mediolanensem ad calcem Iustini, et Flori a. 1510. fol. apud Leonardum Vegium: Pithoeanam in operibus *P. Pithoei*, a Iosia Mercero collectis Paris. 1609. 4. p. 309. *Sexti*, sive *Festi Rufi*, V. C. Dictatoris Magistri militum *breviarium rerum gestarum Populi Rom.* editum est Brugis ex officina Hub. Goltzii 1565. 8. cum Var. Lect. Mss. ex libro membrana-

ceo

d) Auctor illud Valentiniano obtulit extremis temporibus eius imperii post victoriam a Gothis partam. Vide Salmas. Epist. p. 21. Ex hoc Rufi Festi breviario ad verbum quaedam mutuatus est Ammianus Marcellinus, ut in extremo libri XXII. observavit vir summus Henr. Valesius. Iornandes quoque Rufo usus est, ut Rufus Eutropio et Floro.

ceo Alvari Nonnii, quem a. 1468. 24. Febr. absolvit Ioannes Carpensis, Civis Ferrariae. Adde Rufi Sexti epitomen rerum gestarum Romanorum, cum Anonymo de aedificatione Venetiarum, editionem antiquam, s. l. et a. in 4. obviam in Bibl. Hulsiana T. 2. p. 422. tum Campodunensem *Aegidii Lacarry* S. I. in notitia Provinciarum Imperii, 1677. 4. et Cizensem *Christophori Cellarii*, qui post Pithoeum, Io. Cuspinianum, et Frid. Sylburgium insignem huic breviario operam navavit notasque addidit a. 1679. 8. et alteram eiusdem cum notis uberioribus Halae 1698. 8. cui editioni accessit *Libellus vetustus locorum Vrbis, et Provinciarum*, quem *Ant. Schonovius* ediderat, scriptum circa a. C. 390. In capita primus Sextum Rufum distinxit *Ianus Gruterus*, qui inter alios Hist. Rom. scriptores edidit Hanov. 1611. f. Etiam cum eruditis *Henr. Meibomii* notis, lucem vidit separatim Helmst. 1588. 8. Cum Floro et Eutropio *Sextus Rufus* Germanice prodiit Basil. 1536. f. *Italice* Florent. 1550. 8. cum Floro atque Ampelio Rom. 1672. 12. et *Gallice* Io. Constantino interprete Genev. 1580. 8. Sextum Rufum breviarium hoc suum Valenti a. C. 370. obtulisse existimat Iac. Gothofredus ad legem *quisquis* p. 16. Conf. Io. Ge. Walchii praef. ad Christ. Cellarii Epistolas capite 3. et 8.

VII. Extat etiam sub Sexti Rufi nomine opusculum *de regionibus urbis Romae*, cum *P. Victoris* libello eiusdem argumenti, editum ab Onufrio, ut dixi infra libro IV. Etiam novissime in Cl. Graevii thesauro Antiqu. Rom. T. III. in quo opere T. IV. etiam occurrit Famiani Nardini Roma antiqua ex Italica latine versa, qui liber iusti instar commentarii est in haec P. Victoris et Sexti Rufi opuscula.



CAPVT

# CAPVT XII.

## DE

# AMMIANO MARCELLINO.

I. *Ammiani Marcellini aetas, et Historiarum libri.* II. *Editiones.* III. *Excerpta Anonymi veteris Ammiano subiecta.* IV. *Index Scriptorum ab Ammiano memoratorum.*

I. AMMIANVS MARCELLINVS, Antiochenus, a) homo graecus et militaris, sed doctus, sub Constantio et proximis Imperatoribus usque ad Theodo-

a) Antiochenum patria fuisse, H. Valesius demonstrat e Libanii ad Marcellinum Epistola. Ipse quidem expeditioni Iuliani Imp. in Parthos interfuisse se innuit. XXIV, 1. Gesnerus putabat hunc eundem esse cum Marcellino, a quo vitam Thucydidis Graece scriptam habemus. Quae opinio speciem veri accipit ex eo non parvam, quod Ammianus Marc. haud paucis in locis imitatur Thucydidem, et nonnulla ex eius libris mutuatus est, ut notavit Valesius. Viri docti illum vitae Thucydideae scriptorem putant eundem esse cum Marcellino Rhetore, cuius commentarii ad Hermogenem exstant. Vide Vossium p. 253. de Hist. Graecis. Nostrum vero virum militarem, et rebus gerendis vitaeque pragmaticae addictum, Rhetorem egisse, vix esse credibile. Quod est sane speciosum. Sed non est necessarium, Rhetorem intelligere de Rhetore scholastico et umbratico. Potuit enim sic dici, quia de arte oratoria scripsit, et forte de oratoribus atque historicis clarioribus, cuius talis operis fragmentum Thucydidis vitam putabat esse Dukerus. Nam et Cicero de arte oratoria et Claris Oratoribus scripsit. Alius est *Marcellinus* et iunior, de quo Svidas e Damascio: ut praeteream Marcellinum notarium, qui gesta collationis Carthaginiensis calamo excepit, e quibus contracta sunt, quae hodie habemus. v. Possid. in vita Augustini, c. 13. et Baluz. T. 1. Concil. p. 117. Alios quosdam Marcellinos refert Io. Glandorpius p. 575. Onomast. Rom. Vndecim notat Dan. Guil. Mollerus diss. de Ammiano Marcell. §. 8. Altdorf 1685. De *Tullio Marcellino* Seneca Ep. 77. neque alius fortasse *Marcellius* de quo Epist. 29. *Ammianus* Poëta est apud Coelium Rhodiginum Lib. XVII, 11. Eius hoc est Epigramma:

> Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας πτηνάς τε χελώνας
> Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον Ῥήτορα Καππαδόκην.

De

Theodosium vixit: scriptor doctus ac diligens, nec absurdo iudicio, veritatis autem *b*) studiosissimus, composuit Romae, parum elegante licet dictione, *c*) Historiarum, sive *rerum gestarum*, *d*) a Nervae principatu ad excessum usque Imp. Valentis sive a. C. 378. libros XXXI. *e*) Horum primis tredecim deperditis, soli aetatem tulerunt postremi duodeviginti, qui incipiunt ab a. C. 353. sive a facinoribus Caesaris Galli, propinquitate

De *Marcellino Narbonensi* Advocato Ausonius carmine 23. et Sidonius L. I. Ep. 13. Ammianum nostrum diligentem Thucydidis imitatorem appellat H. Valesius ad lib. 21. cap. ult. Passim quaedam sumsisse a Solino, observavit Salmasius: pertinacissimum Gellii imitatorem vocat Pricaeus p. 487. ad Milesias Apuleii. Quae vero sacra eum secutum opinemur? Christianum non fuisse, vix dubium videbitur legenti. Pro Christiano tamen habuere viri doctissimi P. Pithoeus, et Claudius Chiffletius. Confer. P. Baelii Lexicon in Marcellino nota B. At si Christianus fuisset, qui sub Christianis scribebat Imperatoribus, in Historia non ita dissimulasset suam religionem, ut Ethnicismo favere etiam videretur. Homo Ethnicus autem, Christianorum Principum auctoritate permotus, facilius potuit a se impetrare, ut ab iniquiore de Christianis iudicio abstineret. Neque probant semichristianum, loca allata a Io. Laurentio Moshemio commentatione de turbata per recentiores Platonicos Eccles. §. 30. in diss. ad Hist. Eccles. pag. 163. seq.

*b*) Gabrieli Naudaeo Viro doctissimo, et ante eum Lud. Vivi visus est Ammianus interdum quaedam nimis exaggerare, et addere veritati complura, fidemque habere narrationibus parum verisimilibus: *on reconnait par toute la suite de son Histoire qu'il estoit fort sujet et adonné à croire, et amplifier de telles narrations, sur lesquelles je croy que Vives s'est en partie reglé, quand il à croire prononcé un tel jugement de son Histoire: Ammiani quod superest opus nec Oratoris omnino nec Historici.* Naudaeus in Apologia pro Doctis Magiae falso accusatis pag. 207. Locus Ludovici Vivis occurrit libro quinto operis aurei de tradendis disciplinis. Vide et Barthium XLV, 2. Advers.

*c*) Salmasius praef. de Hellenistica p. 39. *Quis compositione magis est inconditus et lutulentus quam Ammianus Marcellinus? quis phrases unquam usurpavit duriores, inconcinniores, ac rusticiores? ut homo Graecus, et militaris, qui voces tantum latinas teneret, quomodo collocandae essent nesciret, prorsus loquitur. Is tamen Tacito quo nihil est concinnius, nec compositum magis, longe lucidior. Sallustius etiam eo obscurior.*

*d*) Priscianus lib. IX. pag. 870. *Marcellinus rerum gestarum quarto decimo: tanquam licentia crudelitati indulta.* Locus est p. 4. edit. Paris. a. 1681. fol.

*e*) Claudius Chiffletius non contemnendis rationibus evincere conatur libros XXXII. ab Ammiano scriptos fuisse, et praeter primos tredecim (quos in Bibliotheca Poli Cardinalis obvios fuisse, incerta fama exstitit) etiam penultimum librum desiderari.

quitate Regiae stirpis (Constantii enim frater patruelis fuit) elati et adspirantis ad imperium. In Assyria se versatum, testatur XVIII, 6. p. 370. et expeditioni Iuliani Imperatoris in Parthos interfuisse XXIV, 1. XXV, 2, etc. Idem libro XIV. cap. 9. (ad a. C. 353.) *a Nisibi, quam tuebatur accitus Vrsicinus, cui nos obsecuturos iunxerat Imperiale praeceptum;* et libro ac capite ultimo: *Haec ut miles quondam et Graecus, f) a principatu Caesaris Nerone exorsus ad usque Valentis interitum, pro virium explicavi mensura. Opus veritatem professum nunquam (ut arbitror) sciens silentio ausus corrumpere, vel mendacio. Scribant reliqua potiores, aetate doctrinisque florentes.* XXII, 9. *in actibus Commodi Principis digessimus.* XXII, 13. *in actibus Magnentii meminimus.* XXII, 15. *quorum notitiam in actibus Hadriani, et Severi digessimus late.* XXXIII, 5. *Gordiani actus a pueritia prima exercituumque felicissimos ductus et insidiosum interitum digessimus tempore competenti.* XXV, 8. *in Traiani, et Severi actibus* etc. *g)*

II. Ammiani libros primus reperit is, qui tam multa alia veterum opera e tenebris eruit, Poggius. (v. Zeni Diss. Voss. T. I. p. 43.) In lucem autem primum typographorum formulas emissi sunt Ammiani libri XIV. ad XXVI. Romae, *A. Sabini* Poëtae celeberrimi opera, a. 1474. fol. quam editionem Cl. Perizonius legavit Bibliothecae Leidensi. Hinc Bononiae curante *P. Castello* (de quo hoc est Henr. Valesii iudicium ad XXII, 15. p. 339. *Diceres id consilium fuisse Castello, ut omnia contaminaret)* a. 1515. et Basil. anno post 1518. apud Io. Frobenium, ex editione Bononiensi fere expressi, in qua,

f) De Graecis qui Latine scripserunt diatribam promisit, Allatius de Georgiis p. 350. quam dolendum est lucem haud vidisse.

g) Hic epistola Libanii ad Ammianum, tum inedita, inserta erat, quam, quia nunc inter Wolfianas edita est n. 230. omisimus.

qua, dicit, multas lacunas esse expletas a Castello. Liber XXVII. una cum proximis quatuor usque ad XXXI. primum lucem viderunt in editione Ammiani, quam curavit *Mariangelus Accursius* Augustae a. 1533. f. quinquies mille mendis scriptorem hunc liberasse se, professus. Eodem anno *Sigismundus Gelenius* eosdem libros, excepto postremo, et libri trigesimi pagina ultima, adiecit in editione Ammiani Basileensi. Gelenianam Basileensem secuta editio Rob. Stephani 1544. 8. Paris. et Basileensis a. 1546. apud Hieron. Frobenium, tum H. Stephani, aliaeque, et Sebast. Gryphii Lugd. 1552. 12. itemque ibidem 1591. f. et Francof. 1588. in Sylb. Collect. Hist. Rom. Insertus est etiam Ammianus Corpori Hist. Rom. Genev. 1609. 1653. f. Quemadmodum vero uni Gelenio plurimum debere Ammianum Valesius affirmat, ita idem notat, integros quandoque versus eum inseruisse, coniectura an ex fide codicis Msti, incertum. Vide ad lib. 22. c. 1. Ab eo tempore castigatum illustratumque Ammianum edidere *Ianus Gruterus*, qui primus in capita secuit, usus editione *Accursii* et variis Lectionibus Mss. Gall. et Vatic. in T. 2. hist. Augustae scriptorum Hanov. 1611. f. *Fridericus Lindebrogius h)* Hamb. 1609. 4. *Marcus Zuerius Boxhornius* Lugd. Bat. 1632. 12. cuius notas peculiari libello castigavit *Nic. Agardus* Sorae 1640. 4. repetito ibid. 1654. et idem, quem dixi, *Henricus Valesius* Paris. 1636. 4. Lindebrogii, et fratris notis auctioribus suas addidit *Hadrianus Valesius* ibid. 1681. fol. qui cum vetustis Codicibus Colbertinae Bibliothecae hunc scriptorem de integro commisit, et *Claudii Chiffletii* dissertationem de vita et scriptis Ammiani praefixit. Chiffletii libellus de vita Ammiani, et statu Reip. Constantino lucem viderat Lovanii 1627.

*h*) F. Lindebrogii Ammian. indici expurgatorio Madritensi insertus est, quod miratur Matth. Zimmermannus in montibus pietatis p. 458.

1627. 8. Denique *Iacobus Gronovius* V. C. Lindebrogii, et Valesiorum notis iterum excusis novas observationes, et variorum numorum monumentorumque figuras, auctori maiorem lucem affusuras, adiunxit in praestantissima Ammiani editione Lugd. Bat. 1693. fol. quae minori typorum charactere ibidem simul vulgata in 4. Nuper vero, hoc ipso anno (1773.) hic Lipsiae textus huius editionis repetitus est ad usus studiosorum curante *Guil. Augusto Ernesti* 8. qui primum Notitiam Dignitatum addidit, quae in his libris occurrunt, illustratam ex ipso Ammiano et aliis scriptoribus, tum Glossar. latin. Ammianeae, cuius cognitio, non modo ad ipsius Ammiani intellectum, sed omnino ad scientiam latinitatis novae illorum temporum, hoc est, ad intelligendos illius temporis scriptores, etiam ecclesiasticos, itemque leges, admodum necessaria est et utilis. Nam et in his Ammiani libris, sicut aliorum gentilium, sunt plura e latinitate Christiana. v. in Gloss. in v. *ecclesia*, *lex*, *mundus* etc. Rerum Index, qui est in ed. Gron. omissus est, quippe valde mancus, ne libri moles nimis augeretur. In praefatione etiam indicata sunt loca insignia, in quibus sunt digressiones eruditae de variis rebus, quae etiam separatim legi utile est studiosis antiquitatis.

In *Hetruscum* sermonem vertit *Remigius* Florentinus. *Gallice* a. 1672. additis notis *Mich. de Marolles*, minus, ut videtur viris doctis, feliciter.

Exstant quoque *Marcelli Donati* in quaedam huius scriptoris loca animadversiones Venet. 1604. et T. VI. Lampadis artium Gruterianae, quas Hadr. Valesius indignas duxit, quas suae adderet editioni, sicut Gruteri notas. Ceterum Iacobi Schegkii, Theodori Canteri, et Claudii Salmasii in Ammianum commentaria auctorum fato intercepta sunt. Salmasianarum observationum

num

num in Ammianum ſpecimen habes in eius Epiſtola IV. et VI. Gisbertus Cuperus habuit emendationes in Ammianum Salmaſii manu ad Lindebrogii editionem adſcriptas, quas deſcripſerat Pariſiis in Bibliotheca Menteliana.

III. In Valeſii et Gronovii editionibus ſubiiciuntur *Excerpta vetera auctoris ignoti de Conſtantino Chloro, et aliis quibuſdam Impp.* tum *excerpta de Odoacre, et Theodorico Rege Italiae, ex Chronicis antiquis deprompta*, et Hadr. Valeſii diſſertatio de hebdomo. Haec excerpta edita etiam ſunt a *Simone Pauli*, Bibliopola Argentinenſi, in Miſcellis antiquae Lectionis, Argentorat. 1670. 8.

# IV. INDEX SCRIPTORVM, QVORVM MEMINIT IN HISTORIIS SVIS AMMIANVS MARCELLINVS.

*Athana-*

i) Alius Athanasius favorabilis tunc auriga de quo XXIX. 3.


*Eucat-*

L 5 Si

*k*) Eodem capite etiam Eupraxii magistri memoriae mentio.

vel

*Tarqui-*



CAPVT

# CAPVT XIII.

## DE

# VEGETIO.

I. *Vegetii aetas et liber de re militari.* II. *Editiones.* III. *Liber de mulomedicina.* IV. *Scripta deperdita Vegetii.*

I. FLAVIVS VEGETIVS RENATVS, Vir illustris *a*) Comes scripsit ad Valentinianum II. Augustum *Epitomen b*) *Institutorum rei militaris libris V. c*) ex M. Porcio Catone, Cornelio Celso, Paterno, *d*) Frontino, Varronis Navalibus et Constitutionibus Augusti, Traiani et Hadriani. vide lib. I. cap. 8. Videtur fuisse Christianus. Meminit illius praeter alios iuniores Petrus Blesensis Epist. 94. Sui ac superioris aevi instituta non raro confundere notat Lipsius lib. I. dialog. 2. de militia Romana, cui iunge Salmasium de re militari Rom. T. X. Thesauri Antiqu. Rom. Graeviani p. 1294. seq. qua re multi, in rebus ad militiam Rom. pertinentibus, decipi se passi sunt.

II. Pro-

*a*) Comitem CPolitanum vocat Volaterranus, quod Scriverio et aliis quibusdam eruditis minus probatur. Naudaeus tamen in Bibliographia militari meminit binorum Vegetii Codicum Mss. Peirescianorum, e quibus editio Stewechiana et Scriveriana in quibusdam melior reddi possit, testatus, eos huiusmodi notis in principio et fine exornatos, quae suffragium ferre Volaterrano videantur. Patria Romanum fuisse affirmat Petrus Andlous lib. 2. c. 13. de Imperio Romano.

*b*) Quod putat Barthius XXVII. Advers. et alibi Epitomen tantum librorum Vegetii atque adeo Epitomen Epitomes hodie superesse, minus verisimile videtur. Et nescio quomodo ille vir doctissimus nimis acutus erat in olfaciendis usquequaque Epitomis.

*c*) In Bibl. Simlero-Gesneriana referuntur *libri IV.* quia liber quintus, sive praecepta navalis militiae, quarto libro (poliorcetico) adhaerent in antiquis editionibus ante Scriverium, qui fide Codicum quorundam disiunxit.

*d*) De hoc Paterno consulendus Catanaeus ad Plinii lib. I. Ep. 22.

II. Prodiit primum Oxonii 1468, ut videtur, sub titulo: *Epitomae de re militari*, per primos in Britannia typographos: de qua ed. adi, si lubet Mermannum Vir. Cel. de Origg. typogr. p. 145. Secundum hanc editus est Romae 1478. 4. Ei proximam cognovi eam, quam nusspiam memoratam vidi, nec a Stewechio, nec ab Oudendorpio (nisi vero est, sub nomine ed. veteris, commemorata a Stewechio) curatam illam Pisciae a. 1488. f. per Sigism. Rodt de Bitschi, sed curantibus fratribus Seb. et Raphaële de Orlandis: qui dicuntur, ad calcem, non passi esse diutius situ et squalore delitescere Vegetii librum: velut primi ederent. Sequitur altera *Romana* a. 1494. 4. repetitio, ut opinor, Romanae superioris: Bononiensis porro a 1496. repetita 1503. et hanc *Parisienses*, a. 1515. 1523. 8. sed deinde maior et picturis machinarum etc. ornata alia a. 1535. et 1553. luculenta, sed sine notis editio, cuius nos exemplum habemus. In his primum additi *Frontinus*, *Aelianus*, *Tacticus* ille, et *Modestus*: notarum nihil. A. deinde 1580. 8. apud *Colonienses* prodiit, castigatus a *Fr. Modio*, Critico egregio, additis etiam notulis. Sed primus operae pretium in hoc scriptore et corrigendo et illustrando fecit *Godeschalcus Stewechius*, qui pluribus libris scriptis et edd. pr. usus est, editionibus quidem Colon. Paris. et tertia, quam libro scripto aequat usu; item Romana, sed ex Modii notis: optime ille de Vegetio meritus et correctione et Commentario. Accessere *Frontini* libri Stratagematum cum *Modii* notis, *Aelianus*, *Modestus* et Polybiana Excerpta. Editio haec primum facta est Antverp. a. 1585. 4. repetita a. 1592. 8. et 1607. 4. ap. Rapheleng. Addidit *P. Scriverius* recensita a se M. Porcii Catonis ex libro de re militari et L. Cincii Alimenti ex libris eiusdem argumenti fragmenta, Claudii Aeliani Tactica ex interpretatione Theodori Gazae Thessalonicensis, Polybii tractationem de militia

tia et castrametatione Romanorum ex libro VI. Historiarum, interprete *Iano Lascari* Rhyndaceno, *Hygini* Gromaticum sive de castrametatione librum, quem primus edidit e codice Sixti Arcerii; librum *Anonymi de rebus bellicis*, scriptum, ut videtur, ad Theodosium Aug. eiusque filios Honorium et Arcadium Caesares; *Modesti e*) libellum de vocabulis rei militaris ad Tacitum Augustum, cuius se iussu, Martii operis praecepta per diversos auctorum libros dispersa abbreviasse, affirmat; *Rufi* leges militares, ex interpretatione *Io. Leunclavii* Amelburni, *Sexti Iulii Frontini* scripta, de quibus supra lib. 2. c. 19. diximus, cum commentario *Aggeni Vrbici* in librum Frontini de qualitatibus agrorum, *fragmentis legum agrariarum* et *finium regundorum constitutionibus.* Editi praeterea Vegetii de re militari libri cum Frontino, Aeliano et Aenea, P. Scriverii castigationibus illustrati Lugd. Bat. 1644. 12. et iterum cum Stewechii, Modii et Scriverii observationibus, addito etiam Modesti libello, Vesaliae Clivior. 1670. 8. quam editionem non satis emendatam esse queritur Tho. Crenius V. C. in limine partis nonae animadvers. philolog. Vegetii de re militari synopsis dichotomica lucem vidit Halae Saxonum a. 1639. per *Christianum Queintzium.* Mſ. Chorierii codicem, in quo Lib. I. cap. 5. legitur *proceritatem tironum III. C.* (i. e. *trium cubitorum*, pro quo editiones habent *a Cos. Mario)*

e) Hunc Modestum sunt qui Tacito Imp. et Vegetio ipso recentiorem faciant, licet Barthius II, 20. Adversar. et Gisbert. Cuperus exercit. 2. de elephantis in numis c. 5. p. 157. T. 3. Thesauri Sallengriani, non dubitant Modesti libellum verbatim a Vegetio exscriptum. Sed hoc si aiamus, mirum videbitur, cum alios auctores passim laudet Vegetius, Modesti nomen suppressisse. Ac Modesti libello nihil se unquam putidius vidisse Modius affirmat, cui suffragatur in Bibliotheca militari praestantissimus Naudaeus, Modestum vocans infelicem Vegetii Epitomatorem. Prodiit Modesti libellus separatim Francof. 1602. 12. Antiquior longe Vegetio fuit *Iulius Modestus* Hygini (teste Svetonio) libertus, cuius *de feriis* laudat Macrobius, et *Librorum Quaestionum confusanearum* Gellius.

*Mario) scio semper exactam*, laudat Gilbertus Burnetus in Epistolis de itinere suo p. 11. Sed legendum *ad encomma* sive *ad incomam*, ut in Codice Hittorpiano Stewechius reperit. Vide Salmasium ad Lampridii Alex. Severum c. 4. Cangii glossar. in *incoma*, et appendice ad calcem glossarii Graeci p. 115. Ruinarti acta selecta martyrum pag. 300. et Memorias Trevoltinas a. 1707. p. 434. seq.

Nostra aetate hos Vegetii libros diligenter tractaverat, et cum multis MSS. editionibusque veteribus contulerat *Franciscus Oudendorpius*: qui et suas Animadversiones per Dorvillium inseri passus est observationibus Miscellaneis a Dorvillio editis T. VI. p. 549. s. VII. p. 138. s. 368. s. 341. s. VIII. 239. s. IX. 74. s. 213. s. 397 — 312.

*Frid. Lindebrogii* notae in Vegetium ineditae sunt in Bibliotheca urbis Hamburgensis Ioannea. Commentarios politicos in scriptores militares atque adeo Vegetium quoque molitus fuit Gruterus, ut testatur in Epistola ad Scriverium, edita a nobilissimo Meelio p. 67. Scriverius ipse in litteris datis ad Iungermannum Idibus Martii 1607. *intra annum*, inquit, *σὺν Θεῷ animadversiones novas et notas satis prolixas in Vegetium Frontinumque dare certum est, nisi stiterit per typographum.*

*Gallice* prodiit Vegetius per *Iacobum de Walhausen* a. 1616. additis figuris sive iconibus. Veterem Vegetii versionem *Gallicam*, fortasse *Io. Clopinelli*, qui sub Philippo IV. vixit, (v. Sorelli Bibl. Gallicam p. 195.) cui titulus *de l'art de Chevallerie*, memorat Salmasius Lib. de re militari Rom. c. 1. Prodiere etiam Vegetius, Frontinus et Modestus Gallice 1536. f. apud Christian. Wechel. In Catalogo Bibliothecae insignis Seidelianae Berolin. 1718. 8. p. 299. inter libros in quarto n. 735. memoratur *Grafen* Flavii Vegetii Renati Tractat *von der*

*Ritter-*

*Ritterschaft und jungen Rittern: ingleichen von Fortificationswerken: mit vielen Kupfern solcher Werke etc.* putaturque hic liber typis expressus esse in principiis artis inventae. Post *Germanice* lucem vidit Vegetius August. Vindel. a. 1529. f. *Fünf Bücher der Ritterschaft.* Stewechius, utrum illam antiquiorem, quod mihi videtur, an hanc Augustanam versionem intelligat, cum se dicit usum esse versione teutonica, multis annis ante vulgata, non pro certo dici potest. *Lusitanice* vertit Petrus, Dux Conimbricensis, idem qui Officia Ciceronis in linguam illam transtulit. *Hispanice* Io. Venegas *Quixada*, cuius versionis Mss. meminit Nic. Antonius Tom. 1. Bibl. Hispan. p. 607.

III. Exstant itidem sub *Vegetii* nomine, sed alterius utique, *Publii* nimirum *Vegetii*, artis Veterinariae *f*) sive *Digestorum artis Mulomedicinae* Libri IV: ipso titulo Digestorum indicante, esse haec collectanea, sive ab ipso Vegetio, sive ab alio, qui Vegetianis alia adderet. Primum hi libri Basil. 1528. 4. editi sunt per Ioh. *g*) Fabrum Emmeum, typographum Iuliacensem, cum praef. Hermanni Comitis Nuenarii, praepositi primariae aedis Coloniensis, ad Ferdinandum Hungariae et Bohemiae Regem: quae editio cum notis Mss. fuit in Bibl. Almelovenii: item cum antiquissimo Corbeiensi et

*f*) *Veterina* animalia dicuntur ad vecturam idonea, veluti *vecterina* vel *vehetrina*, equi, asini, muli, quos *generis veterini* nomine complectitur Plin. VIII, 42. Hist. et XI. 46. et veterina pecori opponit X, 23. Vide Festum, Noniumque. Lucretius V, 888.

*Ne forte ex homine et veterino semine equorum*

*Confieri credas Centauros posse.* —

*g*) In Merklini Lindenio renovato p. 1037. male vocari videas *Io. Fabrum*: apud Vossium p. 79. de Philosophia perperam legitur *Iac. Fabri.* Idem ait se accepisse, libros illos Londini apud virum doctum extare Mstos alteraque parte auctiores. In Catalogo librorum Mss. Is. Vossii inter Codices latinos num. 115. video memorari Vegetium de re Veterinaria editis auctiorem et emendatiorem.

et optimae notae codice, literis uncialibus exarato (licet lacunis hinc inde deformato) collata in Gudiana.

Prodiit deinde Vegetius e pluribus codicibus castigatus, curante *Sambuco*, Basil. 1574. 4. Ab illo tempore, quod quidem repererimus, editus hic liber non est, donec *Io. Matthias Gesnerus* ad recensendum hoc opusculum induci se passus est, partim per insignem illum locum, qui e Columellae libris de Re Rust. repetitus, in eo reperitur, partim per largam facultatem librorum scriptorum et excerptorum e libris scriptis, ei oblatorum, si eum librum addere Corpori Scriptorum de Re Rustica vellet. Itaque fecit: ei subiecit varietatem lectionis e libris illis collectam, admistis suis notulis. de Mss. v. praef. Gesneri ad Script. R. R. p. XVI. Locum Columellae illum insignem iam comparaverat cum libris Columellae et opem mutuam sibi praestare utriusque libros iusserat *Morgagni* in Epist. 3.

Novam operis editionem molitus est *Casp. Bartholinus*, Thomae filius, cum suis et *Io. Rhodii* notis: eiusque iam primum folium speciminis loco typis exscriptum est, una cum dedicatione ad Illustrem Virum Ant. Magliabechium. *Io. Rhodius* in Lexico Scriboniano p. 369. promisit se *Gargilii Martialis* Veterinarii nondum editi fragmentum cum Publio Vegetio emendatiore editurum: interea multa Vegetii mulomedici loca emendavit notis ad eundem Scribonium. Vegetium de mulomedicina, nec minus Chironis Centauri, Absyrti et Cl. Hemerotis de arte Veterinaria Libros X. et Oliverii Neapolitani Librum de equis, Mss. servabat Norimbergae Gotfridus Thomasius.

*Hetrusca* lingua prodiit Venet. 1543. 8. cum Hippiatricis Graecis, in eandem linguam versis, et Laurent. Rusii libro eiusdem argumenti. *Gallice* vertit praeter

*Caro-*

*Carolum Stephanum*, teste Crucimanio Bibl. Gal. p. 43. *Bernardus Podius* (du Poy Monclar.) Lucensis in Bearnio Paris. 1563. 4. vide Antonii Verderii Bibliothecam Gallicam p. 117.

Auctores Vegetius laudat *Pelagonium*, *Columellam*, *Chironem* et *Absyrtum*. Absyrti et Pelagonii nomen occurrit etiam inter Graecos Veterinariae sive Hippiatricae scriptores duobus libris collectos, et in Geoponicis.

IV. In Bibliotheca Simlero Gesneriana legi, Vegetium Praetextatum Aristotelis priora et posteriora Analytica, sive potius Themistii in illos commentaria, latino sermone tradidisse. Quod hauserunt e Boethii libro I. maiorum commentariorum in librum Philosophi *περὶ ἑρμηνείας*. Sed de illa versione, quia edita non est, nihil habeo, quod dicam.





# CAPUT XIV.

## DE MACROBIO.

I. *Aetas Macrobii.* II. *Comment. in Somnium Scipionis.* III. *Libri Saturnaliorum.* Ibid. *de differentia verbi graeci et latini.* IV. *Nonnulla sub Macrobii nomine inedita.* V. *Index Scriptorum.*

I. MACROBIUS AMBROSIUS AURELIUS THEODOSIUS a) Vir Consularis et illustris, sacrique cubiculi praefectus, Honorii et Theodosii iun. temporibus floruit, ut patet e Codice Theodosiano lib. VI. titulo 8. ubi v. Gothofredum. Commentarios in Somnium Scipionis respicit, Macrobium subinde allegans Honorius Augustod. in Libris IV. de Philosophia mundi et Libro de Solis affectibus. *Macrobium Theodosium* testem citat Zacharias Chysopolitanus T. XIX. Bibl. Patrum, edit. Lugd. p. 859. *Macrobium Grammaticum Romanum*, h. e. Romanis disciplinis

a) De patria eius, quae fuerit, non certo constat. Pro Graeco habere videtur Erasmus in Ciceroniano: *Aesopicam corniculam mihi nominas, ex aliorum pennis suos contexuit centones. Itaque sua lingua non loquitur, etsi quando loquitur Graeculum latine balbutire credas.* Romanum se ipse diserte negat praefat. in Saturnál. ubi aequi bonique consuli cupit, *si sub alio ortum coelo latinae linguae vena non adiuvet*, vel *si in suo sermone Romani oris elegantia desideretur.* Non minus incerta res de religione Macrobii. Christianis eum annumerat Barthius p. 2258. Adversar. contra homo Ethnicus dicitur Spanhemio dub. Evangel. T. I. p. 533. cui assentiri malim. Ambigui haerent Grotius ad Matth. II, 16. et Huetius p. 789. demonstrat. Ethnicum fuisse pluribus docet argumentis Io. Massonus Epistola de religione Macrobii et testimonio de infantibus Bethlehemiticis, subiuncta Eduardi Chandleri, Episcopi, libro Anglice edito Lond. 1725. 8. *a vindication of the defence of Christianity from the Prophecies of the old Testament etc.* (v. Bibl. raisonnée T. XIII. p. 450. seq.)

nis innutritum vocat Reinesius p. 460. Epist. ad Rupertum, qui p. 461. et 492. de eo plura. Patria Parmensem scribit Ricciolus in Almagesto, ubi recte reprehendit Genebrardum, Sansovinum et Thevetum, qui ad seculum secundum a nato Christo retulerunt, et confectores indicis Bibliothecae Vaticanae, qui ad decimum. *Macrobius Presbyter* est ap. Caveum de Script. Eccl. ad a. C. 344.

II. Exstant eius *commentariorum in Somnium Scipionis, a Cicerone descriptum, libri duo*, magna eruditione referti, ad Eustathium filium: quos Graece vertit, non Gaza, sed Maximus Planudes, cuius versione hactenus inedita usus Iacobus Cujacius, et in Thesauro Graecarum Vocum Guil. Morellius. Reperitur in Bibliotheca Regis Galliae codice 683. teste Labbeo Bibl. nov. Mss. pag. 280. memoratur etiam in Catalogo Mss. Graecorum *b*) Seguierii p. 12. Commentarios illos partem esse Saturnaliorum, perperam ab illis divulsam, notat Barthius ad Claudianum pag. 918. Idem pag. 791. *Somnii commentationem, partem esse Saturnaliorum suspicari faciunt manu exaratae membranae, in quarum antiquissimis reperi:* Macrobii Theodosii Viri Consularis et Illustris Commentariorum tertiae diei Saturnaliorum liber primus incipit: *ut non in libros opus illud suum, sed in dies distribuisse videatur Macrobius; singulorum autem dierum operas aliquot libris distinxisse, quorum tertium occuparint hi de somnio Scipionis Commentarii. Quae res et reliquorum tenori congruit, qui non aliter interiores Maronis sensus et doctrinam inquirunt, quam iste Marci Tullii. Potest autem, ut ante exordium tertii huius Saturnaliorum libri exciderit minutum quoddam Epistolium, quod hos Commentarios ordini Operis instituti conciliaverit;* tertius



*b*) In Celeber. Montefalconii Bibliotheca Coisliniana p. 520.

*tertius vero quartusque, ut hodie positi sunt, vix unum librum faciunt, ubi cum praecedentibus et sequentibus comparaveris. Nec tertius omnino secundum, talis quidem sequi debet: cum finis secundi dicat alterius diei operas apud Symmachum disceptandas esse, principium autem tertii de Vettii domo, ubi conventum fuerit, sermonem habeat. Omnino aliis libris inventis opus erit, ut is auctor concilietur ordini suo, quos inquirere adhortor, quibus talium copia est: utilis enim est scriptor, quamlibet aliorum excerptor: cum sic etiam non pauca nos doceat nullibi Antiquitatis alibi exstantia.* De eo, quod ex Seneca, Gellio praecipue, tum ex Valerio Maximo et aliis scriptoribus, etiam quando non nominat, multa mutuatus est Macrobius, adi Iacob. Thomasium de plagio §. 503. Hieron. Mercurialem III, 5. Var. Lect. et Guilelmum Saldenum de libris pag. 167. 176. seq.

III. *Saturnaliorum c) Conviviorum*, sive variarum dissertationum super variis iucundae et reconditae doctrinae argumentis ad eundem Eustathium *libri VII.* veluti totidem dies, quibus ad convivia convenere, qui inter se colloquentes d) inducuntur, narrante ad Decium Posthumiano, *Vettius Praetextatus e)* Rex mensae, *Flavianus*, Q. Aurelii Symmachi frater, *Symmachus* ipse, *Caecinna Decius Albinus*, *Furius Albinus*, *Eusta-*

c) Hos libros Saturnaliorum Macrobii intellige, quando in Petri Blesensis prologo commentarii de amicitia vides laudari *librum Saturni.* nisi Verrii Flacci Saturnum innui malis. Sed apud Marium Victorinum in 1. Rhetoric. Ciceronis p. 86. edit. Pithoei pro *Saturno* lege *Socratem.* Est vero iudice Io. Sarisberiensi lib. 8. Policrat. cap. 10. Macrobius *conspicuus in sententiis, in verbis floridus, et tanta rerum venustate redundans, ut in institutione convivii et dispensatione Socraticam videatur dulcedinem propinare.*

d) De his consule Pontani auctarium notarum ad Macrobium p. 741. seq. et Macrobium ipsum lib. 7. c. 4.

e) De hoc *Praetextato* v. Paulus Aringhus III, 16. Romae subterraneae, ubi tamen, Saturnalia illi a Macrobio dicata, praeter rem traditur.

*Eustathius*, *Nicomachus Avienus*, admodum adhuc adolescens, *Evangelus*, *Eusebius Rhetor*, *Disarius Medicus*, *Horus* et *Servius* Grammaticus. Multa in his libris ex Gellio mutuatum Macrobium, et librum septimum fere integrum ex Plutarcho repetiisse observatum est, sed propterea plagiariis annumerandum esse non facile dixerim. Sub extremum libri septimi videntur quaedam ad operis absolutionem deesse.

IV. Prodiere haec Macrobii scripta Venet. 1482. 1492. et 1500. f. et 1513. f. Brixiae 1483. cuius editionis nos exemplum habemus, et iterum 1501. f. quae fuit apud V. C. Iac. Perizonium, et Bononiae 1501. Tum Florent. 1515. 8. e *Nic. Angelii* castigatione: quae est prima recensio critica: in qua tamen librorum scriptorum usus nullus fuit, ut e praefatione ipsius Angelii intelligitur: Basil. 1519. fol. ex emendatione Io. Rivii Veneti. Coloniae deinde lucem adspexere a. 1521. f. ex *Arnoldi Vesaliensis* recensione, qui lacunas supplevisse, Graeca addidisse, capita distinxisse, commata discriminasse, innumera emendasse se profitetur nullo Msto Codice adiutum. *En tibi*, inquit in praefat. *Macrobium ex foedo nitidum, ex obscuro apertum, expeditum ex intricato, ex confuso digestum. — — Nulla exemplarium vetustas, nullae chartae excussae pulveribus, nullae dispunctae membranae, ut fieri solet, nostram hanc opellam promoverunt: sed si quid praestitimus, id sedulo labore et crebris lucubrationibus elimatum est.* Coloniae iterum a. 1526. f. et 1527. 8. prodiere. Secuta est mox Veneta ap. Aldum 1528. 8. per Donatum Veronensem, qui de suo labore honorifice quidem loquitur, sed nullis commemoratis praesidiis. Vltra quidem sphalmatum correctionem non processit multum, nisi per coniecturam. Sed princeps omnium veterum edd. est Basileensis 1535. fol. ita emendata et suppleta

e Codicibus insignibus Mss. a *Ioachimo Camerario*, ut prope nullus versus expers esset emendationis, ut ipse ait in praefatione ad Plautum. Prodiit porro Macrobius saepe Lugduni apud Gryphios, ut 1532. 1542. 1548. 1550. 1555. 8. 1560. 1585. 12. Praefationis nihil habent exempla Gryphiana a me visa: sed in titulo e variis et antiquissimis Codd. recognitus et auctus Macrobius dicitur: id quale sit, et quam late pateat, non difficile est iudicare iis, qui huic professioni in editionibus antiquis adsveti sunt. Ceterum eodem, quo ultima Gryphii prodiit, anno, i. e. 1585. *Henr. Stephanus* novam editionem curavit 8. in qua usurpati sunt libri scripti, inprimis Pithoei a *Ludov. Carrione* collati: omninoque castigatio facta per Carrionem videtur. Nam in praefatione H. Stephanus, cum per laudes callide obtrectasset Camerario, dicit, Carrionem saepius a Camerarii lectione discessisse, quam sibi placeret. Hic idem H. Stephanus in praefat. primus spem fecit vulgandi e codice Pithoeano libri Macrobii *de differentiis et societatibus Graeci et latini verbi*, sive excerptorum e libro Macrobiano huius argumenti, auctore *Ioanne* quodam, forte, ut suspicabantur P. Pithoeus et Iac. Usserius in Epistolis Hibernicis, *Erigena* sive *Scoto*: nam idem est utrumque cognomen: qui temporibus Caroli Calvi vixit. Hic libellus seorsim primum prodiit Paris. 1588. 8. cum notis *Io. Obsopoei*, et inter Grammaticos veteres a. 1605. editus est ab *Elia Putschio*. Occurrit vero etiam in posterioribus Macrobii editionibus, Lugdunensi Bat. a. 1595. et 1628. 8. in qua praeter *Io. Isaaci Pontani* notas, et Io. Meursii castigationes, auctorum a Macrobio allegatorum index est adiunctus. Lugdunensem editionem expressit Oxoniensis, in qua notae, quae in priore ad calcem voluminis reiectae erant, verbis Macrobii statim subiiciuntur. Denique Lugduni Batavorum a. 1670. 8. Oxoniensis illa

repetita

repetita est, additis ad commentaria in Somnium animadversionibus *Iacobi Gronovii*, ad commentarios in Somnium Scipionis usi duobus Mss. et ad Saturnaliorum libros uno Ms. chartaceo Biblioth. Leidensis Academiae, qui locis quibusdam in utroque opere, priore praesertim, non infeliciter lucem attulit, medicamque manum admovit. Idem in limine operis prolixa quaedam loca profert ex *Geometria Anonymi veteris*, quam inter schedas Parentis sui repererat, et ex alio Ms. gemini argumenti Anglicano, in quibus Macrobius Ambrosius Theodosius in testimonium citatur, et quorum uterque se prodit commentaria in Somnium Scipionis legisse. Gronovii editio recusa est Lond. 1694. 8. Editionem Patav. 1736. 8. quae diligentissime emendata in titulo dicitur, non vidimus. Nic. Heinsium et Petr. Lambecium in Macrobio emendando haud parum operae studiique posuisse constat ex libro VI de Bibl. Vindob. p. 266. ubi mentio Codicum antiquissimorum Neapolitani et Thuanei. Habeo exemplum editionis Coloniensis a. 1521. cui per totum in margine adscriptae sunt vel correctiones, vel varietates lectionis, vel utrumque genus, nam interdum Cod. ant. memoratur, manu elegante, sed nescio cuius. Lepidum est, quod ad calcem huius libri est. Scripsit ibi aliquis haec: *Decimo tertio Calendas Sept. a. 1537. posticum Augustinensium Colmariae, scortationis ergo, Senatus consultum occludi curavit. Dii dent sanctulis istis meliorem mentem.* Adscripsit manus eadem, quae lectiones in marginibus: *et te inprimis o! scortator impudens.* — Habeo item exemplum ed. Gryphianae 1550. cui adscripta est Varietas lectionis e Msto monasterii S. Galli. Nam fuit nobis quondam in animo, Macrobii editionem novam parare, eiusque consilii causa magnum numerum editionum veterum collegimus. Sed, consilium ad effectum perducere, incurrentia saepe negotia alia et labores non siverunt.

*Gallicam* Macrobii editionem molitus est de *Cotturu*, cui Lucretii et Apuleii versiones debemus, nescio an absolverit.

In Colomesii Catalogo Mstorum Is. Vossii, inter Codices latinos num. 30. occurrit fragmentum e Macrobii *libris de differentia stellarum et de magnitudine Solis*. Et num. 48. *Sphaera Macrobii*. Denique n. 91. *Macrobius de palliis quae sunt lapidum nomina*. Videndum sintne hae laciniae e Commentariis in Somnium Scipionis petitae. Trotula, *Macrobius*, et Gilbertinus de secretis mulierum, MSS. exstiterunt Norimbergae apud D. Gotfredum Thomasium.

## V. SYLLABUS AUCTORUM, QUI MACROBIO NOMINATIM LAUDATI.

*Ex editione Io. Isaaci Pontani Lugd. Bat. 1628.*



*Atta*

*Fenestella*

*Nican-*

*Tar-*

f) Lege *Tarquitius Tuscus.*



CAPVT

# CAPVT XV.

## DE CLAVDIO CLAVDIANO ET RVTILIO.

I. *Claudiani aetas.* II. *Poëmata varia.* III. *Editiones.* IV. *Rutilii itinerarium.*

I. CLAVDIVS CLAVDIANVS Alexandrinus, auctore Suida, male modo Hispanus, modo Gallus et Florentinus traditus, sub Theodosio Magno sed maxime sub eius filiis Honorio et Arcadio floruit, a quibus *a*) statua est honoratus, cuius ipse mentionem facit in praef. B. Get. Eius inscriptio fuit quadam in domo Pomponii Laeti: quam reperias apud Gruter. pag. 3415. Eam nonnulli fraudis arguunt: sed in ipsa inscriptione vix reperias, ut opinamur, quod fraudem oleat. Poëta *b*) floridus et amoenissimi ingenii, sed Augustino lib. 5. cap. 26. de Civ. Dei teste a Christi nomine alienus, atque si Orosium VII, 35. audimus, *paganus pervicacissimus c*) et Paulo Diacono lib. 12. iudice *poëta eximius*

*a*) Vide Barthii Advers. XLIX, 1. et 19. Valesium ad Evagrii lib. 1. c. 19. Et varia de Claudiano collecta in parte 13. Animadversionum Thomae Crenii.

*b*) Statium infinitis locis imitatum esse notat Barthius ad Claudianum p. 204.

c) Guil. Caveus V. C. parte 2. Hist. litterariae Scriptor. Ecclesiast. ait hinc iure aliquem inferre posse, *quod Claudianus scriptis editis fidem Christianam oppugnaverit, etiamsi in iis, quae supersunt, nulla vestigia deprehenduntur.* Sed argumentum hoc ab Orosii verbis petitum levius, quam ut eo facile duci se quis patiatur. Christianum Poëtam hunc Claudianum plerique suspicati sunt ex his quae de Theodosio scripsit;

*O nimium dilecte Deo, cui militat aether,*
*Et coniurati veniunt ad classica venti.*

Ita

*mius sed infidelis.* Vnde Barthio, qui Adversar. L, 7. et in notis p. 1070. Christianum cum Christophoro Landino facere non dubitat, adsentiri haud possim, quamquam et ipse mutavit sententiam, et eum paganum fuisse agnovit ad Claudianum pag. 204. Sed audiamus Nic. Antonium lib. 3. Bibl. vet. Hispanae c. 5. *Claudianus, poëta celeberrimus, Theodosii filiorum aequalis, inprimis remittendus est Aegyptiae suae genti et Alexandriae urbi, quam eius patriam cum Apollinaris Sidonius, qui Carmine ad Felicem eum* Pelusiaco satum *dixit,* Canopo, *tum Suidas in* Κλαυδιανὸς, *caeterique ab iis noviores d) laudant. Florentini quidem cives e) arrogant urbi suae parentem eius, sive originem, nullo autem vetustatis documento. Aliis, f) Aegyptium eum natalibus, Florentiae habitasse, excidit. Genere tandem Hispanus audit apud Blondum, g) cui statim credidit noster Tarafa, dum Theodosii res persequitur in tractatu suo de Hispaniae regibus, h) eaque res iam aliquibus videtur*

Ita enim versus eius afferuntur ab Augustino, Orosio, Paulino Petrocorio, Paulo Diacono et iunioribus infinitis; licet Poëtae ipsius verba fuerint haec:

*O nimium dilecte Deo, cui militat alto*
*Aeolus, et rapidi veniunt ad classica venti.*

d) Parrhasius in Claudiani vita, Petrus Crinitus cap. 86. de poëtis Latin. Bergomensis lib. 9. Chronic. Sabellicus ennead. 7. lib. 9. Vadianus de Poëtica, Vives ad Augustin. de Civ. Dei lib. 5. cap. 26. Petrus Mexia in vita Theodosii, Salmasius praef. in exercit. Plin. et alii a Barthio laudati in sua edit. *Hankius* de Rom. rer. scriptoribus, pro quo male apud Nic. Antonium p. 201. excusum *Stankius.*

e) Petrarcha, Politianus, Landinus, Collutius Saluratus, apud Barthium in Claudiani vita, aliique apud Iulium Nigronum p. 126. Bibl. Florentinae, quos taxat Io. Lud. Brassicanus notis ad Politiani nutritiam. Et fortasse, si Franciscum Bivarium notis ad Pseudo Dextri Chronicon pag. 415. audimus, laborant aequivoco. Habuit enim in amicitiis Claudianus sibi coniunctissimum *Florentinum* V. Cl. cuius apud Graecos de Re Rustica libri leguntur, et ad quem libros III. de raptu Proserpinae ipse dedit: Exstat etiam elegia sub utriusque nomine, cuius initium: *Otia sopitis ageret cum cantibus Orpheus.* Inde factum est, ut unus idemque crederetur Claudianus et Florentinus, et hoc quasi prioris a patria cognomen.

f) Bergomensis lib. 9. Hartmannus Schedelius in Chron.

g) Lib. 7. Romae triumphantis.

h) Hispan. illustratae Tom. I.

*tur maxime certa, ex quo Pseudo Chronico Dextri Toletani fuit insertum:* Claudianus poëta ex Hispania oriundus Romae floret. *Poëtae originem civi eius et aequali Dextro crederemus utique: novitio et abortivo Toletanae urbis partui cras credemus. Sed neque hic substitit thrasonica mentiendi audacia. Nam quod ante aliquot annos erumpere fecit e lethaea abysso Gregorius Argaizius Lucroniensis Benedictinus, Hauberti Hispalensis Chronicon, patriam quoque Claudiani apud nos constituit ad a. 391.* n. 1. Claudianus Poëta Iuliobrigae natus, Romae floret. *Quod interpretatur Argaizius Lucroniensis,* Iuliobrigae, id est, Lucronii; *ut hinc verti in dubium possit, inventorisne Antonii Lupiani, an scholiastis Argaizii Haubertus ita primum conceptus fuerit. At egregiam se navasse operam in re comprobanda, tam Bivarius, quam idem Argaizius putant, quod Hispaniae laudes apud Claudianum saepius recurrentes collegerint. Cum vere id Hispanis Imperatoribus Arcadio et Honorio, Augustaeque familiae, urbane et obnoxie, ne dixerim adulatorie datum fateri satius sit. Adeo ut ex his qui ethnicum et idolorum cultorem cum Augustino et Orosio Claudianum iure credunt, non nemo existimet carminis illius in Christi laudem, quod incipit;* Christe potens rerum, *auctorem quoque eum fuisse in Christiani Imperatoris gratiam compositi, quemadmodum de Triboniano dicitur, tam recta et plura de religione Christianorum in Pandectis Iustiniani, Imperatoris Christiani, quantumvis paganum inseruisse.* Claudianum Poëtam, Claudiani Philosophi, cuius Eunapius meminit, filium esse suspicatur Barthius in notis p. 105.

Comitem Orientis fuisse Claudianum, esseque eum ipsum, ad quem exstat lex 11. Cod. Theodos. de Iudaeis, Coelicolis et Samaritanis, putat Seldenus lib. 2. de iure

Nat. et Gent. c. 3. Sic et Gothofredus ad l. c. In editis tantum vocavi Claudium, Gudius ad Gruterum annotavit. Sed sola Parisiensis sic habet.

II. Exstant *i*) eius 1. *De k*) *Olybrii et Probini fratrum Consulatu Panegyricus scriptus* a. C. 395. Hunc, et ceteros Panegyricos Claudiani, etiam Plinii Epistolis subiecit H. Stephanus a. 1591. 12.

8. *In Fl. Mallium Theodorum*, Consulatus sui festos dies Mediolani celebrantem a. C. 399. Vide vitam Mallii huius scriptam ab Alberto Petro Rubenio Pauli F. et a Io. Georgio Graevio editam Traiecti 1694. 12. p. 58. et dicta supra lib. 1. c. 18. §. 4.

10. 11. *In Consulatum duplicem Flavii Stiliconis* Libri III. et liber *de bello Getico* sive Pollentino, hoc est praelio, quo Alaricum Stilico ad Pollentiam profligavit. Confer Philostorgium libro XII. Barthii notas ad Claudianum p. 182. 184. et Thomam de Pinedo ad Stephanum Byz. in Πόλλεντον p. 558. ubi adulatorii dedecoris exemplar in hoc Claudiani poëmate exstare ait. Panegyricum in Stiliconem separatim cum Commentario edere in animo habuit. vid. et eius Claudian. p. 182.

7. *De*

*i*) De Claudiani scriptis atque editionibus consulendus Polycarpus Leyserus in hist. poëtarum et poëmatum medii aevi Halae 1721. 8. p. 17. seq. sed inprimis Gesnerus in Prolegomenis ad Claudiani editionem ab ipso curatam.

*k*) Numeri quos singulis poëmatis praemissos vides, respiciunt ordinem editionis Nicol. Heinsii. Caeterum primum hoc esse inter ea quae latino carmine Claudianus edidit, Barthius probat ex Epist. 4. ad Probinum:

*Romanos bibimus primum de Consule fontes,*
*Et Latiae cessit Graja Thalia togae.*

De Graecis quidem huius Poëtae scriptis nihil exstat praeter pauca quaedam ex Anthologia inedita producta a Salmasio ad Hist. Augustam, et fragmentum Gigantomachiae, de quo vide etiam Bembi Epistolas pag. 429. seq. et duo Epigrammata de Crystallo. Ad Epigrammata nescio quis in margine notavit, eum origines Tarsi, Anazarbi, Beryti, atque Nicaeae scripsisse. Οὗτος ὁ Κλαυδιανός ἐστιν ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζαρβοῦ, Βηρυτοῦ, Νικαίας. Vide Allatium de Georgiis p. 362.

7. *De bello Gildonico*, quod Consulatu quarto Honorii gestum est, *liber*, cuius altera pars, vel potius liber secundus, desideratur.

13. *Panegyris, Serenae Reginae*, Coniugi Stiliconis, dicata.

14. *Palladii et Celerinae Epithalamium*, a milite Claudiano scriptum.

3. 4. 12. *Consulatum tertium et quartum et sextum Honorii Augusti* tres Panegyrici, a. C. 395. 398. 404. *In Consulatum quartum Honorii* Augusti commentario illustravit V. C. Io. Casp. Kuhnius Argent. 1707. 4. Mariangelus Accursius diatriba in Ausonium, proferens locum ex Claudiano in sextum Honorii Consulatum, testatur, se ex vetustis exemplaribus hunc Poëtam, dum Germaniam Sarmatiasque peragraret, septingentis fere mendis inter equitandum liberasse.

5. 6. *In nuptias Honorii Augusti et Mariae* Carmen heroicum, cum quibusdam fescenninis, Alcaico et Anacreontico versuum genere.

15. *Raptus Proserpinae Libri III.* ad *l*) Florentinum, quod opus eximium fatis prohibitus Poëta non videtur ad umbilicum perduxisse. Hos libros habuit Fabricius ex vetere editione in 4. sine anni notatione et loci excusos separatim. *Gaufridi Viteracensis* Commentario in illos usus est Theodorus Pulmannus. Eosdem post *Ianum Parrhasium* Mediolan. 1500. fol. de qua ed. vid. Saxium Hist. literar. Med. pag. 608. et 1505. 4. Paris. 1517. 4. Basil. 1539. 4. et saepe aliis locis, v. Gesnerus l. c. p. XIX. XX. uberioribus notis, sed parum utilibus, illustravit *Nic. Bissius*, *m*) Nobilis Bergomensis, quibus vitam Poëtae praemisit Mediol. 1684. f.

 qui

*l*) Si Gyraldum sequimur; hic est Florentinus, cuius fragmenta occurrunt in Graecis Geoponicis.

*m*) Acta Eruditorum a. 1685. pag. 557.

qui Commentarius italice scriptus, cum Versione Italica eiusdem repetitus est Lucae a. 1751. f. Hoc poëma et alia quaedam Claudianea *Gallico* carmine feliciter reddidisse *Franc. Pipinum* tradit Franc. a Cruce Cenomana Bibl. Gallicae p. 102. Italico carmine donavit etiam *Marcus Antonius Cinucci*, Senensis a. 1542. quamquam lucem demum vidit Venet. 1608. 8. recusum *n*) Senis 1715. 8. Anglice reddidit *Hughesius* Londini 1715. Versibus ludicris Gallicis turpare ausus est *Carolus Coipeau d'Assouci.*

16. *Gigantomachia, o*) quam Graeco etiam carmine descripsit Claudianus, ex quo versus quosdam profert Arsenius Monembasiae Archi-Episcopus in Apophthegmatis Graece editis Leonique Decimo ab auctore dicatis p. 137. b. et ex eo Barthius in notis ad Claudian. 938. Nic. Heinsius p. 236. Ceterum Gigantomachiae quoque latina pars extrema desideratur, quae e Graeco versa est vel ab ipso Claudiano, vel ut Nic. Heinsius p. 241. suspicatur, ab alio temporum istorum scriptore. Idem quoque sibi persuadet de Epistola ad Hadrianum et Idylliis nonnullis, qualia Phoenix, histrix, torpedo, Nilus et Magnes. *Vt enim aliquid Claudianeum*, inquit, *in illis facile agnoscas, ita languent numeri plerumque* etc. *Nec accesserim iis, qui seni et effoeto ista excidisse opinantur.*

17. *Epistolae IV.* ad Hadrianum, Serenam, Olybrium et Probinum. *Tria* item *Epistolia* sive *Epigrammata* ad Gennadium Procos. Aeternalem et Maximum, quorum duo postrema Nic. Heinsius inter ea, quae Claudiani haud videntur, reiecit.

18. *Epi-*

*n*) Giornale de' letterati d' Italia Tom. 21. p. 468. et Tom. 26. p. 280. seqq.

*o*) Hieronym. in Esaiae XXVIII. *Pulchre quidam Poëta in Gigantomachia lusit: Quo fugis Encelade? quascunque accesseris oras, sub Ioue semper eris.* Respicit iterum in Amosi V. Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 20. *Hercules creditur et Gigantes interemisse quum Coelo propugnaret quasi virtus Deorum.*

18. *Epigrammata et Poëmatia XLVII.* hoc est *Idyllia VII.* Phoenix, histrix, torpedo, Nilus, Magnes, Aponus et Pii fratres, tum *Epigrammata* de mulabus Gallicis, de sene Veronensi, de apro et leone, descriptio armenti, de concha, de crystallo, septem latina et bina Graeca (ex libro IV. Anthologiae) Graecum itidem *εἰς μιμάδα γηράσασαν* (al. *μαχλάδα*, conf. Iac. Gronovii notas ad Arrianum de Alexandro p. 198.) *εἰς δοῦλον τυπτηθέντα παῤ αὐτοῦ*, de Polycaste et perdice, de Zona equi regii missa Honorio a Serena Regina, de Zona missa Arcadio, de chlamyde et frenis, de freno, phaleris et cingulo equi, Honorio a Serena missis, Deprecatio ad Alethium quaestorem, in Curetium duo Epigrammata, in Iacobum Magistrum Equitum. Claudiani *Phoenicem* cum amplissimo commentario ab Ignatio Bracci vulgatum Italice Maceratae a. 1622. laudat Crescimbenius in Historia Poëseos Italicae lib. V. p. 362. Ad *histricem* conferendus Ezech. Spanhemius notis ad Callimachum p. 199. *De fontibus Aponi*, habetur etiam inter scriptores de balneis Venet. 1553. f. Leo Allatius de Georgiis p. 362. testatur in Msto Epigrammatario Graeco ad Claudiani Graeca Epigrammata notari in margine: *οὗτος ὁ Κλαυδιανός ἐςιν ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζαρβοῦ, Βηρυτοῦ, Νικαίας.* Hisce Heinsius subiicit, Claudiano, ut ipse quidem putat, minime tribuenda: In podagrum: ad Aeternalem: ad Maximum, qui mel misit: Rimanti telum ira facit, sive de iracundo: de locusta fragmentum: de balneis Quintianis: in Theodorum Mallium et Hadrianum praefectos p) Praetorii Italiae anno C. 401. Descriptionem portus Smyrnensis: descriptionem Insulae, sive, *Est in conspectu longe locus:* de quadriga marmorea: Fragmentum duorum versuum: *Sordidus ex humeris etc.* de



p) Vide vitam Mallii scriptam ab Alb. Petro Rubenio p. 69. 71.

de paupere amante, bina Epigrammata: in ſepulcrum ſpecioſae: de birro caſtoreo: Carmen paſchale: εἰς τὸν Σωτῆρα: εἰς τὸν δεσπότην χριστόν: laus Chriſti: miracula Chriſti: in Sirenas. Ex his *Carmen paſchale*, *laus Chriſti q) et miracula Chriſti* alterius Claudiani (Mamerci) vel S. Damaſi Papae ſunt, etſi Barthio aliter viſum, cum Poëtam, ut diximus, accenſebat Chriſtianis. vide Martium Mileſium Sarazanium ad carmen nonum Damaſi p. 167. Cum notis *G. B. Speltini* prodierunt etiam Erfurti 1501. 4. in collectione poëmatum Speltini. Ab eodem Barthio p. 1071. ſeq. tria afferuntur Epigrammata, *de aquila*, *laus Liberi* et *in Marcum*, quae Claverius primus ediderat, et Barthius, tertio excepto, non indigna Claudiano arbitratur.

2. et 9. *In Rufinum r) libri II. Libri II. in Eutropium Eunuchum.* Illos noviſſime ſeparatim Anglica metaphraſi donavit interpres doctus *William King*, praemiſſa praefatione iſagogica ad poëtam nobilem Alexandrum Pope, Lond. 1730. cui iungenda einſdem Wilhelmi Kingii, ICti Hiberni de Rufino commentatio Anglice edita obviaque in eius remains ſive reliquis

q) In quibuſdam Codicibus Damaſi nomen praeferre ait Colomeſius ad Gyraldum de poëtis p. 259. Damaſo etiam tribuit Antonius Delrius in calce coniecturarum ad Claudianum. Aubertus Miraeus auctario de Scriptoribus Eccleſ. p. 8. *Auguſtinus lib. V. c. 26. de C. Dei, et Oroſius* VII, 35. *dicunt Claudianum a Chriſti nomine alienum fuiſſe. Exſtat quidem inter eius opera inſigne poëma de Chriſto, ſed quidam putant illud eſſe Claudiani Mamerci.* In Honorii Imp. gratiam Chriſtiana ſcripſiſſe Ethnicum Claudianum, idoneis probari velim argumentis.

r) De hoc Rufino, uti de Eutropio quoque, fuſe Zoſimus libro V. et Philoſtorgius XI, 3. ſeqq. Ceterum fallitur Auctor pandectarum Brandenburg. qui Tom. I. p. 76. *Alani Anti-Claudianum* ait oppoſitum eſſe Claudiani Rufino, cum ſit poëma Theologico Philoſophicum; quod auctor vocavit Anti-Claudianum, h. e. poëma certans Claudianeis illiſque haud inferius, perinde ut ἀντίθεος eſt Θεῷ ἴκελος. In Codicibus quibuſdam MſT. etiam in Lipſiano, inſcribitur: *Anti-Claudianus Alani de Anti-Rufino.* In editione, quam habeo prae manibus, Antverpienſi a. 1621. 8. titulus eſt: *Cyclopaediae Anti-Claudiani, ſeu de officio Viri boni, libri IX. heroico carmine conſcripti.* Alia de hoc poëmate vide, ſi lubet, in Polycarpi Leyſeri hiſtoria poëtarum medii aevi pag. 1012. ſeq. Obiit Alanus hic a. C. 1294.

quis postumis, editis Londin. a. 1732. 8. *Critick upon a favourite Ministry, particularly that of Rufinus, favourite of the Emperor Theodosius, and his character. rendered into verse from Claudian.* Denique hisce Claudiani scriptis subiici solent *laudes Herculis* ab Anonymo Poëta Heroico carmine decantatae. Vt omittam epigrammatia in Nic. Heinsii notis pag. 274. 275. vulgata, quae inscribuntur de Dulcio, de Hippopotamo. Quae in mensa de Sardonyche lapide, et Eucleriûs Comes. In Codice Vaticano Nic. Heinsius reperisse se testatur *Epithalamium Laurentii*, Claudiano indignum, versuum LXXXVII. *de liberalibus*, VI. versuum, *Laudem Martis*, versuum XII. *de Iuuenalibus*, III. versibus et quidem mutilis.

III. Editio Claudiani princeps Veneta. a. 1470. memoratur a Thoma Dempstero, notis ad Corippum; dubito an vere, cum a nemine praeterea visam aut memoratam viderim. Etiam Heinsius se negat vidisse, et fide Dempsteri eam commemorat. Sed si extat, ei proxima est, a *Barnaba Celsano* curata, Vicentiae anni 1482. qua usus est Nic. Heinsius, repetita ibid. 1496. f. sed ea non habet minora Claudiani poëmata. Has insecuta Parmensis *Thaddaei Vgoleti* 1493. 4. quae est prima recensio Critica, et ipsa aliquoties repetita, sed Venetiis, ut 1495. et 1500. 4. cuius exemplum nos habemus. Vsus est Codd. antiquis, inprimis vetustissimo e Germania ad corrigendum et explendum. Addidit et alia carmina, quae in superiori ed. non erant. Volebat et alterius Claudiani opera addere: sed ad Regem Matthiam vocatus abiicere consilium coactus est. Est igitur haec vere princeps editio. Cum notis post *Io. Camertis* prodiit Claudianus, etiam e libris antiquis correctio, Viennae 1510. 4. Neutra editio inspecta Nic. Heinsio, vel, qui eos p. 1360. Adversariorum vi-

dere optabat Barthio. Sine commentariis postea Claudianus excusus est ap. Iuntam Flor. 1519. 8. ap. Aldum a. 1523. 8. quorum neuter Camertis exemplo usus est: fortasse nec Cod. scr. Asulanus quidem in praef. Ald. ait, se e fragmento vetustissimo edidisse *Carmen in Herculem*, et Epigramma *in Sirenas:* sed utrumque iam erat in ed. *Camertis*. Tum eadem forma Paris. 1530. ap. Colinaeum, prodiit nitide admodum: Basileae 1534. apud Mich. Isingrinium, castigatus studio *Mich. Bentini*, et *Io. Honteri* Coronensis: cui ed. nescio an multum tribuendum sit, cum ille Bentinus non laudetur Erasmo, Lugd. 1538. et 1551. 8. cum notis *Delrionis*. Eo tempore coeptus est edi in officina Gryphiana, Lugd. primum a *Sebastiano* 1548. 16. in qua P. Crinitus adhibitus est, dein per eius heredes 1561. 12. denique *Antonium* 1589. 12. 1598. 12. quae sunt merae repetitiones primae illius: nam et in ultima *Petro Crinito* tribuitur cura textus. Porro ex *Theod. Pulmanni* recensione, etiam cum *M. Antonii Delrionis* notis, Antverp. ap. Plantin. 1571. 1585. 1596. et deinde saepius 12. quae tum fuit recensio accuratissima: post eae, quae ap. Raphelengium factae sunt 1603. 1607. 12. Cum *Stephani Claverii*, *Parrhasii* et *Delrionis* notis et *Io. Tornorupaei* s) commentario ad carmen de tertio, et quarto Consulatu Honorii prodiit Paris. 1602. 4. cum *Th. Dempsteri* annotatis, Flexiae 1607. minore forma, non magnae rei, Heinsio indice, qui uberiorem eiusdem, quem promisit, commentarium luce donatum haud esse annotat. De *Claverii*, *Delrionis* et *Demsteri* notis videndus P. Burmannus Sec. in praefatione editionis suae: in qua editione eae integrae et uberiores prodiere. Sunt et multae aliae forma minori variis in

s) *Ioannis Tornorupaei*, non indocti, et admodum industrii lucubrationes in Claudianum desiderare se scribit *Barthius* ad Statium Tom. 3. p. 392. sicut *Claverii* Claudianum ex Cuiacii et aliis MSS. emendatum, notisque illustratum laudat ad Stat. Thebaid. p. 407.

in locis, quae se ex Codd. optimorum fide factas iactant, quas omnes commemorasse inutile sit. Eo fere tempore animum ad Claudianum et emendandum et illustrandum adiecit, adhuc iuvenis *Casp. Barthius*, cum cuius observationibus vix viginti annos nati primum Hanov. prodiit 1612. 8. iterum secundis curis Casp. Barthii Francof. 1650. 4. Neque recusa est haec editio a. 1654. sed novum tantum, ut solet a Bibliopolis fieri, titulum praefixum ostentat. Basin textus sui fecerat Barthius Raphelengianam editionem, omnium tum emendatissimam, a Iosepho Scaligero, ut persuasum esse ait viris eruditis, castigatam. Sed omnium optime, et accuratissime edidit *Nic. Heinsius* Lugd. B. 1650. 12. (nam ed. 1641. commentitia est) saepe illa repetita: sed optima est ed. a. 1665. 8. in qua notae altera fere parte auctiores sunt. Eodem tempore prodiere Schrevelianae cum notis Variorum, Amstel. 1659. 1665. 8. et denique Parisiensis cum interpretatione et notis *Guilelmi Pyrrhonis*, in Academia Cadomensi doctoris Eloquentiae, in usum Delphini 1677. 4. Sed Heinsius tertium ad recensendum et illustrandum Claudianum accessit: quae curae tertiae a *Petro Burmanno* secundo, V. C. prolatae in editione Claudiani eximia, quae Amstel. 1760. 4. prodiit hoc titulo: Cl. *Claudiani* Opera, quae extant, omnia ad membranarum fidem castigata, cum notis integris *Delrii*, *Claverii*, *Demsteri*, auctioribus *Nic. Heinsii*, et ineditis *Petr. Burmanni*. Accedit Sylloge Var. Lect. ex ingenti numero MSS. a *Nic. Heinsio* collatorum digesta: subiungitur *Lactantii* Elegia de Phoenice, vulgo Claudiano adscripta cum curis secundis *Nic. Heinsii* et adnotationibus *Petri Burmanni sec.* Nempe *Petrus* ille *Burmannus*, tot poëtis et aliis scriptoribus editis clarus, etiam Claudianum edere voluit cum suis et istis Heinsiii et ceterorum notis: quo ante opus editum mortuo, rem suscepit e fratre nepos, qui

et ipse addidit multa; quibus Claudiano prodesset: inprimis illam Syllogen Var. Lect. et notas ad Lanctantii Phoenicem, quibus et Oudendorpianae insertae sunt. Anno ante (1769.) *Io. Matthias Gesnerus* Lipsiae ediderat Claudiani Carmina, 8. 2. Vol. solis suis notis, ad bene intelligendum poëtam comparatis, egregiis illis et doctis, interposita inter textum et notas varietate Lectionis meliore et insertis iudiciis criticis, etiam coniecturis quibusdam Criticorum. Praemissa sunt Prolegomena copiosa et erudita de rebus omnibus ad Claudianum ipsum, eius Carmina et editiones pertinentibus, et adiectus Index copiosissimus.

IV. Versiones Carminum Claudiani multae extant, primum omnium *Anglica L. Digges* Lond. 1628. 4. et *Italica*, quae tamen Metaphrasis potius est *Nic. Bergani* Venet. 1716. 8. tum singulorum Carminum, inprimisque plures libri *de Raptu Proserpinae*. *Bissi* quidem versionem iam supra memoravimus. Alias videat, qui volet, ap. Gesnerum in Proleg. Claud. p. XXII.

V. CLAVDIVS RVTILIVS NVMATIANVS Gallus, tribunus militum, Vir Consularis, Vrbique praefectus, et Magister officiorum, sive Magister palatii, Honorio (v. 164.) imperium tenente, a. Vrbis ut ipse innuit, 1169. h. e. a. C. 416. vel 417. sive potius Honorio, ut ipse dicit v. 164. scripsit de *Reditu suo*, sive *Itinerarii* libros II. versibus elegis, ad Rufium Venerium Volusianum, in praefectura Vrbana successorem, ut creditur nonnullis: *t*) sed id est incertum. Nam eum alloquitur quidem v. 417. et ei gratulatur praefecturam, sed inde non sequitur ei hoc carmen dedicasse. Id poëma in monasterio Bobiensi sua aetate inventum tradit Raph.

*t*) Sirmond. ad Sidonium pag. 103. et 17. Henricus Noris T. I. Opp. pag. 1327. Ioannis Ottonis Menckenii Bibliotheca virorum militia et scriptis illustrium pag. 392. seq.

Raph. Volaterranus. Ethnicum fuisse patet e v. 383. 439. f. Posterioris libri maxima parte amissa, quae huius insignis poëmatis supersunt, primus edidit post *Pet. Summontium*, qui Neapoli vulgaverat, *Io. Bapt. Pius*, inscripsitque: *Poëma de laudibus Vrbis, et Etruriae, et Italiae*, Bononiae 1520. 4. in aedibus Hieronymi de Benedictis, ac dicavit Leoni Pontifici, praemisso carmine elegiaco non ineleganti. Onufrius deinde Panvinius Rutilium a *Gabr. Faerno* recensitum adiecit commentariis suis de urbe Imp. et civitate Romana Venet. 1558. et Paris. 1588. 8. *Iosias Simlerus* additis Onufrianae et Bononiensis edit. Variis Lect. praelo iterum subiecit Basil. 1575. 12. una cum Aethici Cosmographia, aliisque, quae supra in Mela indicavimus. Hinc *Ioseph. Castalio* suis adnotationibus illustratum castigatius edidit Rom. 1582. 8. *Petrus* quoque *Pithoeus* inter poëmatia vetera Paris. 1590. 12. recensuit et paucas quasdam emendationes subiunxit. Porro Lugd. a. 1616. cum *Theodori Sizmanni* animadvers. recudi curavit *Iust. Zinzerlingius*. Quem secutus *Casp. Barthius*, addito Commentario, primus in Germania edidit Francof. 1623. 8. Luneburgi 1721. etiam *Christianus Frid. Schmidius*. *Theodorus Iansonius ab Almeloveen* cum omnium memoratorum castigationibus, et notis, animadversionibus *Graevii* et suis edidit Amst. 1687. 12. Sed omnium optima editio est *P. Burmanni*, cum variorum et suis notis, inter Poëtas minores T. II. Leidae 1731. 4. Loca quaedam Rutilii illustrantur in Miscellaneis Observationibus Dorvill. III. p. 363 — 369.

Rutilius ipse de se v. 21. et 157. seq. Lib. 1. et 563. f. de aetate sua Lib. 1. v. 135. et de parente suo praetore Tusciae v. 173. sq. Huic, ut videtur, Rutilio est inscripta Comoedia Querolus ad Plautinae Aulullariae exemplum composita, incerto auctore. Pro Claudio Rutilio

lio Numatiano alii malunt Munatianum. Vide Vossium de Hist. et Poëtis Latinis. In celebranda lib. I. v. 47. seq. Roma, Claudiani vestigiis insistere notatur a Barthio VI, 12. Advers.



# CAPVT XVI.

## DE

# SYMMACHO.

I. *Symmachi aetas.* II. *Epistolae.* III. *Editiones.* IV. *Index eorum, ad quos scripsit Symmachus.*

I. Q. AVRELIVS SYMMACHVS Romanus, Vir Consularis et praefectus Vrbis, causae gentium adversus Christianos pertinax et ingeniosus assertor, Valentiniani II. Theodosii et filiorum tempora ingenio suo illustravit, inter praecipua, Ammiano iudice XXVIII, 4. exempla doctrinarum et modestiae numerandus. Laudat Symmachum et Socrates V, 14. Histor. Eccles. Ausonius Epist. 17. rotunditatem orationis Sidonius Apollinaris libro et Epist. prima. Macrobius lib. V. c. I. *Quatuor sunt genera dicendi, copiosum in quo Cicero dominatur, breve in quo Sallustius regnat, siccum quod Frontoni adscribitur, pingue et floridum in quo Plinius secundus quondam, et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur.* adde Barthium ad Statium T, 2. p. 350. Symmachos alios ab Epistolarum scriptore ita distingues ex Reinesio Epist. ad Bosium p. 133. 141. Sirmondo ad Sidonium p. 34. et ad Ennodii VII, 25. Iac. Gothofredo in prosopographia Codicis Theodos. p. 386. Petro Relando in fastis consulari-

fularibus etc. 1) L. Aurelius Symmachus, qui Consul fuit cum Gallicano a. C. 330. 2) L. Aurelius Avianus Symmachus praefectus Vrbi a. C. 364. De hoc Valesius ad Ammiani XXI, 12. p. 282. seq. 3) Huius filius, scriptor *Q. Aurelius Symmachus*, Romanus, ProCos. Africae a. C. 370. Consul a. C. 391. et Praefectus Vrbis a. C. 384. in qua praefectura urbana Epistolas ad Imperatores libro decimo comprehensas exaravit. Pontificem etiam fuisse observat Iuretus ex Epist. Lib. I, 41. 45. II, 36. et IX, 99. Hinc fortasse *virum religiosum* appellat Radulphus Ardens, licet illud etiam elogium potuit mereri, quod pro suae cultu religionis summis eloquentiae viribus decertavit. Vitam huius Symmachi in *Io. Philippi Parei* gratiam composuit *Iacobus Gothofredus*, qui eam Lexico Symmachiano, electis, et Calligraphiae Symmachianae praefixit Neapoli Nemetum 1617. 8. 4) Q. Flavianus Memmius Symmachus, nostri filius unus, praefectus Vrbi a. C. 415. 5) Q. Aurelius Symmachus Consul a. C. 446. cum Aetio tertium Consule. 6) Q. Aurelius Memmius Symmachus (superioris nepos fortasse) qui Consul fuit a. C. 485. pater Rusticianae, secundae *Boethii* uxoris. Ad hunc Symmachum data Epistola 31. Alcimi Aviti, nec non Ennodii lib. VII, 25. 7) Huius nepos Q. Aurelius Anicius Symmachus, Consul cum Boethio fratre, celebris Boethii filius uterque, a. C. 522. 8) Symmachus Graecus scriptor ἐν πρώτῳ νόστων citatur a Tzetza ad Lycophronem: Idem fortasse quem laudant Schol. Aristophanis Etymol. M. in βλιμάζειν, et Svidas in ἁμαξις et νιτταίριον. De Symmacho Samaritano, Graeco librorum sacrorum Vet. Test. interprete dixi lib. 3. Bibl. Graecae c. 12. §. 10. Huius ut opinor Symmachi (non nostri Q. Aurelii) imitatorem Helvidium vocat Gennadius c. 32. de scriptor. Eccl. ideo nempe, quod Mariam coniugio iunctam fuisse contendens, ad Symma-

chi

chi Ebionitae errorem propius accedere visus fuit. Symmachi Medici, centum comitati discipulis mentio apud Martialem V, 9. VI, 70. VII, 17. Alius Symmachus ὁ λογογράφος, Senator, Praetoris Symmachi F. qui memoratur Olympiodoro ap. Photium Cod. LXXX. p. 114. Alius item Symmachus Papa Romae urbis ab a. 498. ad 514. et Symmachus Attaliae in Lydia Episcopus, qui interfuit Synodo Ephesinae a. C. 449.

II. Perdita eius Oratione in Vettium Agorium a) Praetextatum, cuius meminit lib. 1. Epist. 52. aliisque scriptis, exstant *Epistolarum ad diversos libri X.* post eius obitum editi a filio, Q. Flavio Memmio Symmacho V. C. quorum liber postremus, Plinii iunioris imitatione exhibet Epistolas scriptas ad Imperatores. Nam omnino Plinium imitati sunt illis temporibus Epistolarum scriptores. Ex his apparet receptam maxime tunc tituli formulam fuisse, *Clementia vestra*, Epist. 23. 24. 26. 27. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 40. 42. 46. 48. 51. 53. 54. 55. 56. 59. 60. 61. 65. 67. 68. 69. 70. 73. 74. 76. 80. 83. Occurrit etiam Epist. 1. *Celsitudo Tua* et *Excellentia Tua:* saepissime vero *Numen Vestrum* Epist. 22. 23. 25. 26. 27. 28. 30. 32. 33. 34. 37. 38. 41. 45. 47. 48. 49. 53. 54. 58. 60. 62. 65. 69. 71. 76. et *Majestas Vestra* Epist. 39. 41. 50. 54. 57. 60. 67. 71. 76. 83. sic *Vestra Benignitas* Epist. 30. *Vestra mansuetudo* Epist. 33. 49. 54. 56. 72. 75. 80. et *Tranquillitas Vestra* Epist. 53. *Serenitas Vaestra* Epist. 28. 44. 75. 82. 83. *Pietas Vestra* Epist. 73. 83. *Aeternitas Vestra*, vel *Tua* Epist. 26. 28. 30. 34. 38. 42. 45. 46. 49. 51. 53. 54. 56. 58. 61. 67. *Perennitas Vestra* Epist. 26. 33. 38. 40. 42. 44. 45. 48. 52. 56. 60. 63. 65. 66. 69. 70. Illud adiici oportet, inquit V. C. Christoph. Aug. Heumannus Tom. III. poeciles lib. 3. p. 496. *solenne Symmacho esse, ita alioqui Imperato-*

*rem:*

a) De hoc Agorio vide Sponii Miscell. p. 149.

*rem:* Domine Imperator, *atque si plures*, Domini Imperatores. *Apparet hinc denique, titulum* Serenitatis *iam Imp. Theodosii M. tempore usitatum, sed non ita crebro usurpatum fuisse, adeoque nondum fuisse ordinarium Imperatoris titulum.*

Libri decimi Epiſtola LXI. eſt celebris illa *relatio pro ara Victoriae*, Valentiniano, Theodoſio et Arcadio oblata, cum eam tollere de Curia Romana decreviſſent Imperatores: de qua re plura dicentur alio loco: ſed fructus expers, et ab Ambroſio primum alia epiſtola valide confutata, quae Symmachianae ſolet addi. Haec Symmachi epiſtola dedit locum multis libris Chriſtianorum, in quibus argumentum tractaretur, quo Symmachus inprimis erat uſus, cum diceret, religionem Chriſtianam eſſe cauſam malorum publicorum et lapſi imperii Rom. ex quo genere ſunt Prudentii libri in Symmachum, Auguſtini de Civitate Dei, Oroſii Hiſtoria. Nam fuit hoc argumentum diu inter Chriſtianos iactatum, in quo paene omnes, qui laudem ſcribendi peterent, elaborarent.

Epiſtolas Symmachi etiam adverſarii eius, ut orationis elegantis exempla laudavere. Et illis quidem temporibus, erant laude digniſſimae: ſed tamen illius ſeculi vitia in iis conſpicua ſunt, inprimis affectatio argutiarum, etiam a Plinianarum epiſtolarum imitatione. Ceterum ad illius temporis hiſtoriam, et latinitatem cognoſcendam multum profuit, itaque et Gothofredo in Comm. ad Cod. Theodoſianum profuere.

III. Prima Symmachi editio Argentinenſis ex officina Io. Schotti, impenſis vero Georgii Maxilli, (alias Vbelin) I. V. Doctoris, Epiſcopalis curiae Argentinenſis ſignatoris, a. 1510. 4. cui additae Epiſtolae Magni Turci, interprete Laudino, equite Hieroſolymitano.

Haec

Haec ceterum editio neutiquam integra est, sed sub titulo: *Symmachi Cos. Romani Epistolarum familiarium liber editus post eius obitum a Q. Flavio Memmio, eiusdem Symmachi filio*, tantum exhibet Epistolas CCCXVII. cum in edititionibus insecutis exstent DCCCCLXV. distributae in libros decem, quorum in Argentoratensi illa nullum vestigium, ut nec servatus ordo, nec inscriptiones additae Epistolis. Pleniorem editionem qui curavit, reprehendit errorem eorum, qui Epistolas istas tribuerunt iuniori longe Symmacho, Boethii socero. Ad mancam illam editionem respiciens Iacobus Cuiacius libro V. Observationum c. 7. Epistolam Symmachi in illa desideratam proferens, *tot sunt fere*, inquit, *non editae, quot editae, quarum, si quis typographus poposcerit, facturi copiam sumus libenter, ut istius nunc facimus.* Haec editio Basil. 1549. 8. curata est. Ab eo tempore triumviri clarissimi egregiam Symmacho operam navaverunt *Franciscus Iuretus*, *Iacobus Lectius*, et *Caspar Scioppius*. Sed Iuretiana, qua notas quidem principatum habet. Et ille erat ita ad eam rem aptissimus, ut erat in libris iuris veteris versatissimus. *Iureti* editio lucem primum adspexit Paris. 1580. cuius notae auctiores factae in ed. altera 1604. 4. *Iac. Lectii* notae Iuretianis adiunctae Genev. 1587. 1599. 8. Textus Lectii repetitus est 1601. ad fanum S. Gervasii 12. Lectii textus melior est Iuretiano. Lacunae quaedam expletae sunt, multa correcta e libris scriptis, plura etiam in ed. sec. cum plures Codices nactus esset. Interdum tamen fatetur, se et coniecturam secutum esse. Cum *Scioppii b*) notis prodiere hae epistolae Moguntiae 1608. 4. Denique *Philippus Pareus* aliquoties recensuit, electa Symma-

b) Scioppius suas in Symmachum animadversiones surripuisse dicitur Oberto Gifanio. Vide vitam Scioppii confutationi fabulae Burdonum praemissam p. 161. seq. Philippi Parei litteras ad Tossanum in monumentis Palatinis a. 1701. 4. Francofurti vulgatis parte a. p. 463.

Symmachiana, et Symmachianum Lexicon adiecit, Neapoli Nemetum 1617. 1628. Francof. 1642. 8. *Pareus*, Daumio iudice, multis in locis Symmachum corrumpit potius, quam corrigit. Non contemnendam tamen operam posuit in lexico, electis, et calligraphia Symmachiana. Prodierunt quoque Symmachi Epistolae Lugd. Bat. 1653. 12. In Bibliotheca Iac. Oiselii fuerunt *Io. Cabeliavii*, in Symmachum notae MSS. Saepe etiam castigavit *Martinus Lipsius* Iusti patruus, ut omittam *Bonaventuram Vulcanium*, qui Symmachi editionem promisit praef. ad Isidori origines. Novam Symmachi editionem molitus est etiam *Christianus Gueintzius*, Rector scholae Hallensis, cui suas in Symmachum observationes misisse se testatur Reinesius p. 244. Epist. ad Rupertum. *Italica* versio Epistolarum Symmachi, interprete Io. Antonio Tedeschi, eodem, a quo Plinii Epistolas Italice versas habemus Romae 1724. 4. *Giornale de' letterati d'Italia* T. 36. p. 398.

## IV. INDEX EORVM, AD QVOS EPISTOLAS SCRIPSIT SYMMACHVS.

Leoni

c) Hic eſt *Afranius Syagrius* circa a. C. 381. Praefectus Praetorio, idemque Poëta inſignis de quo praeter Savaronem et Sirmondum ad Sidonium, Dominicus de Colonia in Hiſt. literaria Lugduni T. 1. parte 2. p. 118. ſeqq.



CAPVT

# CAPVT XVII.

## DE

# MARCIANO CAPELLA.

I. *Marcianus Capella.* II. *Eius aetas et libri.* III. *Editiones.* IV. *Coniectura de loco ipsius.* V. *Index Scriptorum a Marciano laudatorum.*

I. MARCIANVS MINEVS a) FELIX CAPELLA b) patria, ut Cassiodori testimonio viri docti docuerunt, Madaurensis, etsi in libri ultimi extremo ipse praedicat se urbis Elissae alumnum, unde eum Carthagine vixisse; vel saltem educatum fuisse cognoscimus: et Grotius in notis tradit, omnes libros scriptos Carthaginiensem facere: Vir proconsularis fuit,

 diver-

a) Io. Sarisberiensis lib. 2. c. 19. Policratici: *quorum neutrum, teste Mineio, Astrologiae regulis invenitur adversum.*

b) *Capellam* ab acumine ingenii ita dictum esse ait Iacobus Gaddius de scriptoribus non Ecclesiasticis T. 1. pag. 145. Fuerunt autem alii quoque hoc nomine, ut 1) Capella elegorum poëta, de quo Ovidius IV, 16. e ponto: *clauderet imparibus verba Capella modis.* 2) Iulius Capella (Κάπελλος) cuius meminit Flavius Iosephus in vita sua p. 1000. 3) De alio Iuvenalis V, 155. *Discit ab hirsuto iaculum torquere Capella;* ita enim legendum cum Yvone Villiomaro p. 137. 4) Antistius Capella literator qui Commodum Imp. teste Lampridio c. 1. docuit. 5) Capella, a quo *rutta Capelliana*, Martial. XI, 32. 6) C. Alburius Capella VI. Vir, in veteri Inscriptione apud Gruterum p. 350. 5. Ceterum falli puto Glandorpium, qui in praeclaro opere, quod Onomasticon Romanum inscripsit pag. 338. scribit *Capellam patre natum Felice, e Martis curia, unde illi cognomen Marciano.* Aliud certe sibi volunt Capellae verba in extremo libri ultimi:

*— — — utque e Martis curia*
*Felicis inquit sed Capellae flamine*
*Inducta rabidum quem videre secula*
*Iurgis caninos blateratus pendere*
*Proconsulari iura dantem culmine*
*Ipsoque dudum bombinatore flosculo*
*Decerptum falce iam canescenti rota*
*Beata alumnum urbs Elissae quem videt.*

diversus a Marciano ICto, quem Alexandri Severi temporibus celebrem fuisse constat. Eum commemorat Scotus, qui et Erigena, libro tertio de divisione naturae p. 147. 148. Honorius Augustodunensis lib. 2. de Philosophia Mundi cap. 5. ubi Hispanum videtur innuere, fortasse Carthagine Hispaniae, non Africae, ortum ratus. Meminit et libri de nuptiis Mercurii et Philologiae Petrus Blaesensis Epist. 101. et auctor libelli de disciplina scholarium (non Boethius, sed Thomas Cantipratanus) reponit inter scriptores indagandos memorialique cellulae commendandos. Gregorius Turonensis libro decimo historiarum extremo: *Quod si te, sacerdos Dei quicunque es, Marcianus noster septem disciplinis erudiit, id est, si te in* Grammaticis *docuit legere, in* Dialecticis *altercationum propositiones advertere, in* Rhetoricis *genera metrorum agnoscere, in* Geometricis *terrarum linearumque mensuras colligere, in* Astrologicis *cursus siderum contemplari, in* Arithmeticis *numerorum partes colligere, in* Harmoniis *sonorum modulatione suavium accentuum carminibus concrepare: si in his omnibus ita fueris exercitatus, ut tibi stilus noster sit rusticus, nec sic quoque deprecor, ut avellas, quae scripsi.* Ex quo loco praelectos in scholis et iuventuti ediscendos propositos Capellae libros colligunt viri eruditi, quod ex Ioanne Sarisberiensi etiam et Nicolao de Clemangis observat Barthius p. 32. ad Claudianum, ubi exinde factum opinatur, ut tot mendis contaminata scripta Marciani, carmina praecipue, ad nos pervenerint, cum toties descripta novis semper erroribus per librarios corrumperentur, *quibus exosa erant omnia, ad rem, ut opinio erat, non facientia, nec tot modi et genera metrorum cuiusquam fert captum subibant, consuetudine accedente, quae paganismum talibus indeclinabilem adscriberet.* Ad verba Capellae, quibus *Pegaseo se gurgite haurire* ait, idem Barthius

Barthius p. 8. ad Britonem annotat, *tempestate pluvia sane et luculento vase hausisse.* Adde pag. 110. Eodem Barthio iudice, Marcianus Capella *medii aevi scholas tenuit, adolescentiae praelectus: itaque ultra nativa vitia insititiis pessime corruptus est. Tota poesis distorta et stribliginibus persita. Solinum in Geographicis, alios aliis artibus exscribit, unde et ii et ipse potest corrigi. Rhetoricam etiam et Dialecticam Musicamque alibi κατὰ λέξιν saepe offendes.* Vitam Marciani ineditam e Msf. vetustissimo reperimus in Barthii Advers. L. CXX. c. 13. adhuc inedito.

II. Scripsit Romae, ut par est credere, temporibus *c*) Leonis Thracis, cum iam ipse aetate provectus esset. Sed scripsit, ut est mos Afrorum, dictione aspera, semibarbara, *d*) quandoque et difficili, prosa oratione, sed interiectis passim varii metri carminibus, unde *Satyra* liber dicitur: quod scribendi genus longe felicius postea imitatus Boethius est, *e*) etsi in Marciano

O 4 quoque

c) Aliquanto Iuniorem facit Vossius lib. de Poëtis Latin. et de scient. Mathem. Christianus fuisse videtur Barthio p. 517. Adversar. quod Gregorii Turonensis quoque testimonio videtur confirmari.

d) Vossius lib. 1. de Analogia cap. 7. *Mire hallucinatur* (Ramiresius de Prado ad Martial.) *cum scriptorem hunc semibarbarum appellat bonum latinitatis auctorem.* Lud Vives lib. 3. de ratione dicendi iudicium ferens de Sidonio ac Capella, eorum prosam absurdissimam esse, versum non penitus reiiciendum affirmat.

e) In veterrimo Msto Bibl. Laurentianae, libris Boethii de consolatione Philosophiae hic prologus praemittitur teste Io. Mabillonio, qui dicitur compositus, vel a Q. Fabio Cos. vel a Boethio ipso, vel quod est verius a quodam Scotigena, id est, discipulo Boethii. *Tempore Theoderici Regis insignis auctor Boethius claruit, qui virtute sua consul in urbe fuit. Cum vero Theodoricus Rex voluit Tyrannidem exercere in urbe ac bonos quosque in Senatu neci daret, Boethius eius dolos effugere gestiens, quippe, qui bonis omnibus necem parabat, videlicet clam litteris ad Graecos missis nitebatur urbem et Senatum ex eius impiis manibus eruere et eorum subdere defensioni; sed postquam a Rege reus Maiestatis convictus est, iussus est retrudi in carcerem, in quo repositus hos libros per Satyram edidit imitatus videlicet* Marcianum Feli-

quoque doctrinae et ingenii vestigia non proletaria offenduntur. Satyra haec Capellae *novem libris* absolvitur, quorum *duo priores* continent Philosophiae *ἀποθέωσιν*, sive delectabilem fabulam *de nuptiis f) Philologiae et Mercurii*, a quibus pag. 16. merito excludit discordiam ac seditionem, quas Philologiae semper inimicas fuisse vere affirmat. *Reliqui septem, singuli singularum artium liberalium laudes ac praecepta complectuntur*, atque, ut Gregorii Turonensis verbis supra relatis utar, *in grammaticis docent legere, in Dialecticis altercationum propositiones advertere, in Rhetoricis persuadere, in Geometricis terrarum linearumque mensuras colligere, in astrologicis cursus siderum contemplari, in arithmeticis numerorum partes colligere, in harmoniis sonorum modulationes suavium accentuum carminibus concrepare.*

III. Hoc Satyricon Iustiniani Imp. temporibus dicitur emendasse *Securus Melior Felix*: qua de re vide Vossium de Hist. Lat. p. 713. et Sirmondum ad lib. 1. Ennodii Epist. 19. Expositionem Mss. *Io. Scoti* a. C. 875. defuncti in Capellam memorat Labbeus pag. 45. Bibl. novae Mss. *Alexandri Necham* clari circa a. C. 1230. commentarium Lelandus p. 214. de Scriptoribus Britannicis. *Remigii Autissiodorensis* (vixit circa a. 888.) commentarios in Marcianum Capellam manu exaratos habuit

Felicem Capellam, *qui primus libros de Philologia et Mercurii nuptiis eadem specie poëmatis conscripserat: sed iste (Boethius) longe nobiliore materia et facundia praecellit, quippe qui nec Tullio impar sit, nec Virgilio in metro inferior floruit.*

f) Conf. Wowerii commentarium de Polymathia cap. 15. et Marqu. Gudii Epistolas pag. 211. Memoratur Felicis Capellae liber de nuptiis Mercurii et Philologiae a Fulgentio de prisco sermone in *coelibatum*. Anonymi carmen leoninum de nuptiis Mercurii et Philologiae memorat Labbeus, Bibl. nova Mss. pag. 66. Ad Capellae exemplum Io. Boraeus scripsit nuptias ICti et Philologiae, Paris. 1651. 4.

habuit hac. Perizonius, legavitque Bibl. publicae Leidensi. Mstum Capellae codicem optimae notae, qui locis etiam, Grotio iudice, desperatissimis medetur, *glossis* ineditis illustratum, memorat Io. Frid. Gronovius Epistola ad Casparem Hofmannum, inter Epistolas Georgii Richteri p. 561. Glossae huiusce modi Mss. servantur etiam Lipsiae in Bibl. Amplissimi Senatus. Vt vero hodie extet, et legi possit, acceptum ferimus *Thaddaeo* g) *Vgoleto* Italo, quem minores Quintiliani declamationes in lucem protraxisse supra diximus. In praefatione quidem ad Ausonium dicit, se antiquissimum eorum librorum Codicem scriptum e Bibliotheca Veneta habere. Prodiit primum Vicentiae a. 1499. per Henricum de S. Vrso, cura Francisci Vitalis Bodiani, qui in Epistola ad Ioannem Chaeregatum Episcopum Catharensem supra duo millia errorum emendasse se testatur, adiutum libris scriptorum, unde sua hauserit Capella. Vicentinam excepit editio Mutinensis a. 1500. fol. per Dionysium Berthocum Regiensem. Basileae quoque editus est Capella apud Henricum Petri anno 1532. fol. et Lugduni 1539. 8. sumtu haeredum Simonis Vincentii excusa a Matthia Bonhomme, atque cum Isidori Originibus aliisque scriptis veterum, et Bonav. Vulcanii Scholiis Basil. 1577. fol. Praestantissima hactenus editio *Hugonis Grotii* est, qui et editionem 1592. *h*) memorat, et admodum puer, annos non plures 14. natus scriptorem

 hunc

g) Vide Laur. Pignor. pag. 59. Epist. Mediceum codicem Capellae Ms. laudat Politianus cap. 59. Misc. Io. Scoti (Erigenae) expositio in Marcianum Capellam exstat in Bibl. Cottoniana. Alibi ut in Bibl sereniss. Regiae Angliae, occurrit commentarius Dunchandi Pontificis Hibernensis.

*h*) Editio Lugdunensis haec fuit in Biblioth. clariss. Almeloveenii. Grotius vero Marcianum suum dedicavit Condeo Principi, effigiemque libro suam praefixit hoc adscripto disticho:

*Quem sibi quindenis Astraea sacravit ab annis,*

*Talis Hugeianus Grotius ora ferq.*

hunc recensuit, notisque illustravit Lugd. Bat. 1599. 8. Multa adhuc restant in Marciano, quae Delio notatore indigere videntur. Ea emendaturum et illustraturum se promisit Theodorus Gorallus, sive, qui sub hoc nomine latet, *Ioannes Clericus* Bibl. Sel. T. III. p. 368. sed non perfecit rem. Idem in animo habuit *Iosephus Wasse*, i) Cantabrigiensis (ille, cui praeclaram Sallustii editionem debemus). Librum nonum in tomo secundo septem antiquae musicae autorum edidit et emendavit vir clarissimus *Marcus Meibomius*, Amstel. 1652. 4. Amicus et civis Gyraldi, quem ille dial. 4. de Poëtis ait commentarium in Capellam scribere conatum esse, ni fallor, fuit Baptista Guarinus. Non pauca Capellae loca emendavit illustravitque praeter Salmasium ad Solin. *Th. Munkerus* notis ad Mythologos latinos, memorans etiam glossam interlinearem, quae huic scriptori in veteribus libris adiuncta legitur: item pluribus locis e Mſ. Vossii Cod. emendavit *H. I. Arnzenius* in Misc. c. 17-18. In Catalogo Bibl. Carpzovianae parte 2. pag. 141. fertur editio Lugdunensis a. 1658. 8. hoc titulo: *Martiani Capellae artes liberales ad mentem veterum explicatae.* Capellam frequenter imitatur Saxo Grammaticus, ut docet Stephanius, prolegomenis ad Saxonem c. XIX. et in notis passim. Celeberrimo Huetio instigante illustris *Leibnitius* de Marciano Capella cum notis in usum Delphini edendo cogitavit, nec a proposito destitisset, nisi per malevolorum malitiam, quae in chartam coniecerat, clam surrepta fuissent, ut tradit auctor elogii Leibnitiani inserti Actis Eruditorum a. 1717. p. 327. Fertur in quibusdam Bibliothecis, *Vdalrici Bavenbergiensis epitome artis dictandi*, sive *Rhetoricae*, ex variis auctoribus, Cicerone potissimum, Quintiliano, et Capella

i) Ex Clariss. Wassii litteris memoriae Trevoltinae a. 1716. p. 180. *J'ai preparé pour l'impression Lactance, et Marcianus Capella conferé avec de bons Mſſ.*

Capellae decerpta ad Godeſchalcum, quem in prooemio verſibus leoninis ſcripto in hunc modum alloquitur:

*Haec Godeſchalce tibi noſtro cariſſime cordi*
*Immo pars animae, rerum dulciſſime, noſtrae*
*Dimidiumque fere, vigili collecta labore*
*Offerimus. Nugis rogo non offendere noſtris* etc.

Idem hic eſt Vdalricus, ex cuius Codice diplomatico nonnulla vulgavit Gretſerus in Divis Bambergenſibus et in veteribus pro Gregorio VII. opuſculis, integrum ex Caeſareo Codice edere promiſerunt Lambecius *k*) et Neſſelius, ex Mſ. Zwetalenſi Bernardus Pez. *l*)

IV. In tranſcurſu hic ſubiicere iuvat coniecturam de loco Capellae, quem vir ſummus Ioſ. Scaliger pag. 113. ad Euſebium negat ſe unquam aſſequi potuiſſe. Libro 3. p. 58. Z *vero literam Appius Claudius deteſtatur, quod dentes mortui dum exprimitur imitatur.* Nempe Z, iuxta Verrium alioſque Grammaticos, componitur ex *d* et *s* incipitque a littera *d* uti X. a littera *c*. *Ds* itaque pronunciatum imitatur dentes mortui compreſſos. Sed haec ab hoc loco nimis aliena ſunt, quare inſtitutum noſtrum proſequamur.

## V. INDEX SCRIPTORVM A MARCIANO CAPELLA LAVDATORVM.

*Ad paginas edit. Grotianae.*



*k*) Vide Lambecii Catalogum ſcriptorum edendorum p. 48.
*l*) Acta Erud. a. 1717. pag. 30. 316. 432. a. 1718. p. 345. et a. 1721. ubi Pezii theſaurus anecdotorum recenſetur.

*Hero-*

m) Papia Poppaea. Vide Augustinum de Legibus Rom. p. 1241. T. 7. thesauri Ant. Rom.



BIBLIO-

# BIBLIOTHECAE LATINAE

SIVE

# NOTITIAE AVCTORVM VETERVM LATINORVM

## *LIBER IV.*

*De Fragmentis variisque Collectionibus veterum Scriptorum et Operum Latinorum.*



# CAPVT I.

DE

# ENNII, LVCILII,

ET

# ALIORVM VETERVM POETARVM FRAGMENTIS, ET COLLECTIONIBVS.

I. *Fragmenta Ennii.* II. *Lucilii.* III. *Veterum Poëtarum Latinorum a Roberto et Henrico Stephanis collecta.* IV. *Tragicorum.* V. *Comicorum.* VI. VII. *Epigrammata, et Poëmatia vetera a P. Pithoeo collecta.* VIII. *Catonis disticha.* IX. *Fragmenta Poëmatia, et Epigrammata vetera a Clariss. Almeloveenio, et aliis collecta.* X. *Petronii appendix.* XI. *Corpus Poëtarum latinorum.*

I. Q. ENNIVS, patria Rudius *a*) e Calabria, Poëta eximius, quanquam temporum vitio durior, sed quem ingenium atque eruditio, ut cum Catone lo-

P 2 quar,

*a*) Patriam Ennii plerique viri docti habent Rudiam prope Tarentum, de qua Christophorus Cellarius T. I. notitiae orbis p. 901. Pro illa sententia pugnat singulari diss. Io. Bernardinus Tafurus, patricius Neritinus et in notis ad Antonium Galateum de situ Iapygiae pag. 88. seqq. et tomo sexto Sylloges, cui titulus *raccolta d'opuscoli scientifici et filologici* T. VII. p. 146. seqq. Venet. 1732. 12. At Dominicus de Angelis Rudiae hoc tribuit alteri, quae duobus Aletio (Lecce) millibus distat, in diss. Italice edita de patria Ennii Rom. 1701. 8. et Neapoli 1712. 8. licet titulus Florentiam referat, ac novissime in Sylloge iam memorata T. V. sub init. *Rudinum* pro Ennio posuit Ausonius Idyllio XII. Vnde Rudinus ait: *Divum domus altisonum cael.*

quar, in maximum decus, atque in excelsissimam claritudinem sublimavit; Scipioni Africano perdilectus, cuius

*Haerebat doctus lateri, castrisque solebat*
*Omnibus in medias Ennius ire tubas.*

Natus est a. V. 513. C. Claudio Centhone, et M. Sempronio Tuditano Coss. Vide Pontacum ad Eusebii Chron. p. 459. et de Ennii patria p. 468. Generis quoque nobilitate efferre se Ennius potuit, quod a Messapo Rege repetebat, unde ποιητὴς ὁ Μεσσάπιος dicitur Aeliano apud Svidam in Ἔννιος. Vide Kusterum ad Svidam T. 1. p. 747. et Henningi Forelii diatribam de Ennio, editam Vpsaliae 1707. 8. Obiit septuagesimo aetatis anno, Vrbis 585. Quod in Ferreti Musis lapidariis III, 47. p. 217. legitur velut Ennii Epitaphium, deflexum est et compositum ex Ciceronis Tusculanis L. 1. c. 15. et 49. et c. 20. de senectute.

*Adspicite o cives senis Ennii imaginis urnam* (Cic. *formam*)
*Hic vestrum pinxit maxima facta Patrum.*
*Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletu*
*Faxit. cur? volito vivus per ora virum.*

Scriptorum Ennii princeps fuit opus *Annalium* Rom. libris XVIII. In libros descripsisse *Quintum Vargontejum*, colligas e Svetonio c. 2. de Grammaticis, ad quem locum Casaubonus e Gellii XII, 5. observat, Annales istos solitos ad populum legi in theatro, quique id facerent, dictos *Enniastas*. Male XL. liber in quibusdam Festi Codd. memoratur: neque enim plures scripsit quam XVIII. De tempore, quod singulis Annalium libris Ennius fuit complexus, videndus Merula p. 54. 55. Primum Hexametros latinos composuisse Ennium notat p. 93. et 599. ex Diomede. Martialis

tialis V, 10. *Ennius est lectus salvo tibi, Roma, Marone:* quorum verborum haec est sententia, vivi ac spirantis Virgilii non fuisse tantam famam, quantam postumo Aeneidos poëmate merito ab omnis tulit posteritatis iudicio, sed tunc Ennii eam adhuc gloriam viguisse, ut libenter legeretur ab omnibus, et nemo cogitaret de praeferendo ei Marone. Cetera scripta Ennii sunt: *Phagetica*, *Epigrammata*, *Scipio*, *Epicharmus*, *Asotus*, et aliae *Satyrae*, *Protrepticus*, et *Praecepta:* tum Tragoediae *Achilles*, *Ajax*, *Alcestis*, *Alcmaeon*, *Alexander*, *Andromache*, *Andromeda*, *Athamas*, *Cresphontes*, *Cressae*, *Duloreftes*, *Erechteus*, *Eumenides*, *Hectoris lustra* (λύτρα) *Hecuba*, *Iliona*, sive *Polydorus*, *Iphigenia*, *Medea*, *Melanippe*, *Nemea*, *Phoenix*, *Telamon*, *Telephus*, *Thyestes*. Comoediae vero: *Amphithraso*, *Ambracia*, *Pancratiastes*. Denique *Evemerus*, sive sacra Historia Evemeri, soluto sermone conversa. De Satyris Ennii videndus Casaubonus lib. 2. de Satyrica poesi c. 2.

Ex his scriptis, deperditis omnibus, fragmenta colligere instituerat *Lud. Vives*, ut ipse profitetur ad Augustinum de Civ. Dei II, 21. Post hic labor susceptus est a *Stephanis* duobus, e tragoediis autem a *Mart. Delrione*. Sed diligentissime fragmenta Enniana collegit primus, digessit, commentarioque pererudito illustravit *Hieron. Columna*, politissimi vir ingenii, et Nobilis Romanus, ad Ioannem Filium Neapoli 1590. 4. Hunc secutus *Paulus Merula* Ennianorum *Annalium* fragmenta diligentissime congessit, cumque suis animadversionibus vulgavit Lugd. Bat. 1595. 4. Columnae editionem, quae rarissima fuerat, nitide recudi curavit H. Wetstenius Amstelod. 1707. 4. recensente *Francisco Hesselio*, qui eruditorum virorum emendationes undique conquisitas, et ad tragoediarum fragmenta notas

Vossii, Delrionisque opinationes, et denique fragmenta Annalium e Merulae collectione (omissis eius animadversionibus) adiunxit. Merulae collectionem Italice vertit *Bernardus Philippinus*, inter cuius opuscula Romae a. 1659. 8. edita habentur etiam Ennii versus, quos imitatus est Virgilius, collati cum Maronis versibus a pag. 724-757. Fallitur autem Campanella, qui p. 189. de libris propriis, ait, fragmenta Ennii fraudem subolere.

Ennium passim laudat Cicero, et, Vitruvio IX, 3. iudice, *quicunque litterarum iucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere sicuti Deorum, sic et Ennii Poëtae simulacrum. Alterum Homerum* vocabat Horatius. Iosephus Scaliger in Scaligeranis p. 136. *Ennius*, ait, *Poëta antiquus magnifico ingenio. Vtinam haberemus integrum, et amisissemus Lucanum, Statium, Silium Italicum, et tous ces garçons là.* Fuit et alter Ennius iunior, qui de literis syllabisque, item de metris et de augurandi disciplina scripsit. Sveton. c. 1. de Grammaticis.

II. C. LVCILIVS Suessanus Auruncanus, Eques Romanus, magnus avunculus Magni Pompeji, decessit anno aetatis 46. Itaque *senex* dicitur Horatio, pro veteri. Primus Lucilius condidit stili nasum, ut ait Plinius praef. h. e. satyras scripsit. Hinc apud Martialem XII, 69. *Lucilius esse laboras*, i. e. vis satyras componere. Ausonius ad Tetradium satyrarum scriptorem Epist. 15. *Rudes Camoenas qui Suessae praevenis, aevoque cedis non stilo.* Solitum verba in versibus suis audacius disiungere ac discerpere, ut *cere comminuit brum*, perstringit Eugenius Toletanus carm. 23. T. XII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 348.

Fragmenta ex *Libris XXX. Satyrarum*, *Epodis*, *Hymnis*, *Serrano et Numularia* comoedia, post *Stephanos*

*phanos*, ex quorum collectione fragmenta subiecta sunt Dan. Heinsii Horatio, diligentius collecta, digesta scholiisque illustrata a *Francisco Dousa*, Iani filio, centonibus quibusdam Lucilianis adiectis, prodiere Lugd. Bat. 1597. 4. Nam exempla, quae habent in titulo *Editio secunda* Amst. 1661. 4. tantum titulum recusum habent. Non pauca Luciliana emendant atque illustrant Ianus Guilelmius lib. 2. Verisimilium c. 1. 2. 7. 6. 10. Ianus Rutgersius Venusinar. lectionum c. 15. et Iustus Rycquius in Centuria nova Epistolarum, Epistola sexta ad Ludovicum Saregum Lovan. 1615. 8. Fragmenta Lucilii collegerat et *Iosephus Isaeus*, Romae, ut tradit Paulus Colomesius ad Gyraldi Dialogum IV. de poëtis pag. 193. Num *vitam Scipionis Africani maioris* scripserit Lucilius, disquirentem vide Baelium in Lexico, qui recte notat, poëtae huius fragmenta, post Dousae laborem etiamnum indigere, ut ab alio quodam viro docto plus lucis accipiant. Librum de vita et scriptis Livii Andronici, Naevii p. 8. Ennii p. 14. Caecilii Statii p. 13. Pacuvii p. 36. Attii p. 41. Attilii p. 46. Lucilii p. 48. et Afranii p. 56. et M. Porcii Catonis p. 59—110. edidit Caspar Sagittarius Altenburg. 1672. 8.

III. *Fragmenta veterum poëtarum* Latinorum, *Accii*, *Valer. Aeditui*, *Alphei Aviti*, *Albini*, *Afranii*, *Petronii Arbitri*, *Bassi*, *M. Furii Bibaculi*, *C. Licinii Calvi*, *Caecilii Statii*, *Q. Catuli*, *C. Helvii Cinnae*, *Ennii*, *Furii*, *A. Galli*, *Corn. Galli*, *Getulici*, *Decimi Laberii*, *b*) *Laureae Tullii*, *Porcii*, *Licinii*, *Livii c*) *Andronici*, *Lucilii*, *Aemilii Marci*, *Domitii Marsi*, *Cn. Matii*, *Naevii*, *Pacuvii*, *C. Pedonis Albinovani*, *L. Pomponii*, *Septimii*, *Publii Syri*, *A. Sereni*, *Corn.* *Severi*,



*b*) De Laberio vide, si placet, Clariss. Baelii Lexicon, et quae dixi lib. 1. cap. 16.

*c*) De Livii Andronici scriptis vide etiam Merulam ad Ennium pag. 216.

*Severi, Sevii sive Sueii, C. Ticidae, Titinnii, Trabeae, Turpilii, T. Valgii, d) Varii, M. Varronis, Varronis Atacini.* Haec a *Rob. Stephano* et *Henrico* filio collecta digestaque prodierunt Paris. 1564. 8. Hanc Stephanorum collectionem vidisse se testantur Autores Ephemeridum literariarum Germanice editarum Lipsiae a. 1710. p. 1007. manu *Dionysii et Iacobi Gothofredi* emendatam et suppletam. Exstat exemplum hoc in Bibl. publica Amplissimi Senatus Lipsiensis. Eadem fragmenta cum emendationibus MSS. *Iani Dousae* habuit celeberrimus Perizonius, qui legavit Bibliothecae publicae Leidensi.

Terentium brevi excepit *L. Afranius*, scripsitque *togatas.* Commemorant Grammatici ex his eius fabulis: *Abducta* Fest. Non. *Aequalibus* Charis. Non. *Auctione* id. *Auguribus* id. *Brundusinis* id. Charis. Fest. Priscian. *Buccone adoptato* Non. *Cinerario* Charis. Non. Priscian. *Compitalibus* Svet. Macrob. Cassiod. Non. Priscian. *Consobrinis* Gell. Fest. Charis. *Crimine* Non. *Deditione* Charis. *Deposito* Non. *Divortio* id. *Emancipato* Charis. Fest. Non. Priscian. *Epistola* Fest. Non. *Excepto* id. *Fratriis* Non. Prisc. *Homine* Non. Prisc. *Ida* Fest. *Incendio* Non. Prisc. *Inimicis* e) Non. *Liberto* id. *Marito* id. *Materteris* Charis. Non. *Megalensibus* Non. *Nomine* Gell. Macrob. *Obolostate* Fest. *Pantaleonte* Charis. *Patella* Prisc. ex Aruntio. *Pompa* Charis. Non. *Privigno* vel *Privigna* Fest. Non. *Prodigo* Non. *Prodito* Fest. et Priscian. *Promo* Fest. Non. *Purgamento* Non. *Repudiato* Charis. Fest. Non. *Rosa* f) Non Isidor. *Sella* Gell. Macrob. *Simulante* Donat. Non. *Sororibus* Charis. Non. *Suspecta* Fest. Prisc. Non. *Talione* Charis.

d) T. Valgii Rufi fragmenta collegit Broukhusius in exquisitis suis ad Propertium notis p. 376. seq.

e) Male *Imis* apud Non. in successere.

f) al. *prosa.*

Charif. Prifc. *Temerario* Charif. *Thaide* Aufon. Non. *Virgine* Macrob. Feft. Non. *Vopifco* Non. Haec ex Chriftophori Wafe exercitatione tertia animadverfionum Nonianarum.

*Caecilius Statius*, Comoediarum fcriptor Ennio fuppar, anno poft eum diem obiit, V. C. 586. Cum Coelio Antipatro Sidonio a quibufdam confunditur. Novator fuit verborum, unde malum eum latinitatis auctorem Cicero Or. II, 10. appellat. Principatum tamen illi inter Comicos tribuit Volcatius Sedigitus apud Gellium N. A. XV, 24. Excelluit enim in πάθεσιν, ut in ἤθεσιν Terentius. Caecilium Terentius cito eft confecutus, quippe quorum Comoedias quafdam novas idem L. Ambivius Turpio Comoedus egit. Laudatur Caecilius in *Aefchrione* g) Feft. *Amphitruone* Non. *Andria* id. *Androgyno* h) Feft. *Apolfumenis* Non. *Ariolo* Feft. *Afoto* Non. *Calchis* id. *Carine* Feft. *Chryfio* Gell. *Cratino* Prifc. Feft. *Dardano* Non. *Davo* Feft. *Demandatis* Non. *Emporo* id. *Epiclero* Prifc. *Epinaufimache* Prifc. Non. *Epiftolae* Prifc. *Eratofthene* Donat. *Exule* Non. *Fallacia* id. *Foeneratore* vel *obolofiate* id. *Filumena* id. *Gamo* Feft. *Harpazomene* Charif. Donat. Non. *Hephaeftione* Non. et Cicero de fenectute. *Hymnide* Charif. Feft. Non. Cicero de finibus. *Hypobolimaeo Aefchino* Gell. Non. *Hypobolimaeo Chaereftrato* Feft. *Hypobolimaeo Ruftraria* Non. *Meretrice* vel *Moletrice* id. *Metaeno* Fulgent. *Nauclero* vel *Petitore* Non. *Notho Nicafione* id. *Paufimacho* id. *Peribaea Raftraria* id. *Plocio* Cic. de fenectute, et Gell. *Progamo* Non. *Pugile* Feft. *Subdititio* vel *Hypobolimaeo* Gell. Non. *Symbolo* Non. *Synariftofis* Gell. Non. *Synephebis* Cic. de natura Deorum et de feneđt. Non. *Titthe* id. *Trium-*



g) Reinef. II, 1. pag. 125. Var. Lect. *Aethone*.

h) Male al. *Andronico*.

*Severi, Svevii* ſive *Succi, C. Ticidae, Titinnii, Trabeae, Turpilii, T. Valgii, d) Varii, M. Varronis, Varronis Attacini.* Haec a *Rob. Stephano* et *Henrico* filio collecta digeſtaque prodierunt Pariſ. 1564. 8. Hanc Stephanorum collectionem vidiſſe ſe teſtantur Autores Ephemeridum literariarum Germanice editarum Lipſiae a. 1710. p. 1007. manu *Dionyſii* et *Iacobi Gothofredi* emendatam et ſuppletam. Exſtat exemplum hoc in Bibl. publica Ampliſſimi Senatus Lipſienſis. Eadem fragmenta cum emendationibus Mſſ. *Iani Douſae* habuit celeberrimus Perizonius, qui legavit Bibliothecae publicae Leidenſi.

Terentium brevi excepit *L. Afranius*, ſcripſitque *togatas.* Commemorant Grammatici ex his eius fabulis: *Abducta* Feſt. Non. *Aequalibus* Chariſ. Non. *Auctione* id. *Auguribus* id. *Brunduſinis* id. Chariſ. Feſt. Priſcian. *Buccone adoptato* Non. *Cinerario* Chariſ. Non. Priſcian. *Compitalibus* Svet. Macrob. Caſſiod. Non. Priſcian. *Conſobrinis* Gell. Feſt. Chariſ. *Crimine* Non. *Deditione* Chariſ. *Depoſito* Non. *Divortio* id. *Emancipato* Chariſ. Feſt. Non. Priſcian. *Epiſtola* Feſt. Non. *Excepto* id. *Fratriis* Non. Priſc. *Homine* Non. Priſc. *Ida* Feſt. *Incendio* Non. Priſc. *Inimicis* e) Non. *Liberto* id. *Marito* id. *Materteris* Chariſ. Non. *Megalenſibus* Non. *Nomine* Gell. Macrob. *Oboloſtate* Feſt. *Pantaleonte* Chariſ. *Patella* Priſc. ex Aruntio. *Pompa* Chariſ. Non. *Privigno* vel *Privigna* Feſt. Non. *Prodigo* Non. *Prodito* Feſt. et Priſcian. *Promo* Feſt. Non. *Purgamento* Non. *Repudiato* Chariſ. Feſt. Non. *Roſa* f) Non Iſidor. *Sella* Gell. Macrob. *Simulante* Donat. Non. *Ssororibus* Chariſ. Non. *Suſpecta* Feſt. Priſc. Non. *Talione* Chariſ.

d) T. Valgii Rufi fragmenta collegit Broukhuſius in exquiſitis ſuis ad Propertium notis p. 376. ſeq.

e) Male *Imis* apud Non. in ſucceſſere.

f) al. *proſa.*

Charis. Prisc. *Temerario* Charis. *Thaide* Auson. Non. *Virgine* Macrob. Fest. Non. *Vopisco* Non. Haec ex Christophori Wase exercitatione tertia animadversionum Nonianarum.

*Caecilius Statius*, Comoediarum scriptor Ennio suppar, anno post eum diem obiit, V. C. 586. Cum Coelio Antipatro Sidonio a quibusdam confunditur. Novator fuit verborum, unde malum eum latinitatis auctorem Cicero Or. II, 10. appellat. Principatum tamen illi inter Comicos tribuit Volcatius Sedigitus apud Gellium N. A. XV, 24. Excelluit enim in πάθεσιν, ut in ἤθεσιν Terentius. Caecilium Terentius cito est consecutus, quippe quorum Comoedias quasdam novas idem L. Ambivius Turpio Comoedus egit. Laudatur Caecilius in *Aeschrione* g) Fest. *Amphitruone* Non. *Andria* id. *Androgyno* h) Fest. *Apolumenis* Non. *Ariolo* Fest. *Asoto* Non. *Calchis* id. *Carine* Fest. *Chrysio* Gell. *Cratino* Prisc. Fest. *Dardano* Non. *Davo* Fest. *Demandatis* Non. *Emporo* id. *Epiclero* Prisc. *Epinausimache* Prisc. Non. *Epistolae* Prisc. *Eratosthene* Donat. *Exule* Non. *Fallacia* id. *Foeneratore* vel *obolostate* id. *Filumena* id. *Gamo* Fest. *Harpazomene* Charis. Donat. Non. *Hephaestione* Non. et Cicero de senectute. *Hymnide* Charis. Fest. Non. Cicero de finibus. *Hypobolimaeo Aeschino* Gell. Non. *Hypobolimaeo Chaerestrato* Fest. *Hypobolimaeo Rastraria* Non. *Meretrice* vel *Moletrice* id. *Metaene* Fulgent. *Nauclero* vel *Petitore* Non. *Notho Nicasione* id. *Pausimacho* id. *Peribaea Rastraria* id. *Plocio* Cic. de senectute, et Gell. *Progamo* Non. *Pugile* Fest. *Subdititio* vel *Hypobolimaeo* Gell. Non. *Symbolo* Non. *Synaristosis* Gell. Non. *Synephebis* Cic. de natura Deorum et de senect. Non. *Titthe* id.

 Trium-

g) Reines. II, 1. pag. 125. Var. Lect. *Aethone*.

h) Male al. *Andronico*.

*Triumpho* Gell, Fest. *Venatore* Non. *Vmbris* vel *Diomede in Vmbris* Non. Priscian.

De *Aemilio Macro* eiusque scriptis consulendus Ianus Broukhusius ad Tibullum pag. 274. seq. *Laureae Tullii* liberti Ciceronis carmen in thermas Ciceronianas servavit Plinius XXXI, 2. Suppar Terentii fuit *Sextus Turpilius* Comicus, qui laudatur in fabulis, *Boethuntibus* Non. *Canephoro* id. *Demetrio* Diomed. Non. *Demiurgo* Cic. Non. *Epiclero* Non. Prisc. *Hetaera* Non. *Lemniis* id. *Leucadia* vel *fugitivis* Cic. Non. *Lindia* Non. Prisc. *Paraterusa* id, *Paedio* Non. *Philopatro* id. *Thrasyleone* Non. Cic. *Veliterna* Serv. Non. Isid. Dicta Turpilii apud Nonium emendat Ianus Guilielmius lib. 2. Verisimilium cap. 21. et 23.

IV. *Fragmenta veterum* TRAGICORVM Latinorum, post Stephanorum et *Martini Delrionis i*) industriam, diligentius collecta sunt a *Petro Scriverio*, cum praemissis auctorum, qui Tragicos laudant, testimoniis, et subiectis castigationibus, notisque uberioribus *Gerh. Io. Vossii* Lugd. Bat. 1720. 8. Notae hae Vossii recusae sunt in ipsius operibus iunctim editis Amst. 1703. fol. tomo quarto.

1. Occurrunt in hac collectione fragmenta ex *Livii Andronici k*) Achille, Adone, Aegistho, Aiace, Andromeda, Antiopa, Centauris, Equo Troiano, Helena, Herniona, Inone, Laodamia sive Protesilaodamia, Tereo. Teucro laudato, et quae, non addito Tragoediae nomine, allegantur.

2. Ex

*i*) In parte prima Syntagmatis tragoediae latinae, cuius alteram partem Senecae tragoediae constituunt Antverp. a. 1594. 4. Paris. 1607. 1620. 4.

*k*) Ex Odyssea et Comoediis Livii nihil hoc in opere affertur. Idem puta de scriptis caeterorum Tragicorum, quae non sunt Tragoediae. De Livio hoc opere pretium est consulere alterum T. Livium VII, 2. Hist.

2. Ex *Q. Ennii* Achille, Achille Aristarchi, Aiace, Alcmaeone, Alexandro sive Alexandra, Andromacha, Andromacha Molotto, Andromeda, Athamante, Cresphonte, Duloreste, Erechtheo, Eumenidibus, Hectoris Lytris, Hecuba, Iliona, Iphigenia, Medea Exsule, Medo, Menalippa s. Menalippo et Menalippa Nemea, Phoenice Scipione, Telamone, Telepho, Thyeste, et incertis eiusd. Ennii Tragoediis.

3. Ex *Cn. Naevii* Aegistho, Alcestide, Danae, Duloreste, Equo Troiano, Hectore, Hesiona, Iphigenia, Lycurgo, Phoenissis, Protesilaodamia et incertis. Obiit a. V. C. 550. licet Varro vitam eius longius produxerat. Vide Ciceronem in Bruto cap. 15.

4. Ex *M. Pacuvii* Anchise, Antiopa, Armorum iudicio, Atalanta, Chryse, Dulorestre, Hermiona, Iliona, Medo, Medea, Niptris sive Niptra, Paulo, Periboea, Phinidis, Pseudone, Tantalo, Teucro, Thyeste et incertis. *Pacuvius* hic Ennii poëtae ex filia nepos, picturam Romae exercuit et fabulas venditavit, deinde Tarentum transgressus prope nonagenarius diem obiit, ut narrat Prosper in Chronico p. 697.

5. Ex *L. Attii* sive *Accii* Achille, Aegistho, Aeneadis sive Decio, Agamemnonidis, Alcestide, Alcmaeone, Alphesiboea, Amphitruone, Andromacha, Andromeda, Antenoridis, Antigona, Argonautis sive Medea, Armorum iudicio, Astyanacte, Athamante, Atreo, Artomedia, Bacchis, Bruto, Chrysippo, Clytemnestra, Decio seu Aeneadis, Deiphobo, Diomede, Duloreste, Epigonis, Epinausimache, Erigona, Eriphyla, Eurysace, Phinidis, Hecuba, Helenibus, Ilona, Medea Exule seu Argonautis, Meleagro, Menalippe seu Menalippo, Minotauro, Myrmidonibus, Neoptolemo, Niptris, Nyctegresia seu Nyctegersia, Oenomao, Paride, Pelopidis, Persidis, Philoctete, Phinidis, Phoenissis,

nissis, Prometheo, Stasiastis sive Tropaeo, Telepho, Tereo, Trachiniis, Thebaide, Troadibus et incertis. Fragmenta Phoenissarum exhibet et illustrat Ianus Guilelmius ante Metaphrasin suam latinam Phoenissarum Sophoclis, e quo sua Attius expressit, Rostoch. 1579. 8. Idem Guilelmius nonnulla Attii fragmenta emendat lib. 1. Verisimilium cap. 6. et 21.

6. *Versus Tragici, interprete l*) *M. Tull. Cicerone, Fragmenta Ilii* ex Tragoedia Theutrante, *C. Granii* (Graji vel Gracchi) ex Peliadibus, *Memoris m*) vel Memmii ex Hercule, *C. Iul. C. Strabonis* ex Adrasto, *Sempronii Gracchi* ex Atalanta et Thyeste, *Q. Lutatii Catuli* ex Alcmaeone, *Varii* ex Thyeste, *n*) *C. Cilnii Maecenatis* ex Octavia et incerta Tragoedia, *Ovidii Nasonis* ex Medea, *Pomponii Secundi o*) ex armorum iudicio, Atreo, et Tragoediis incertis, *Rutilii Gemini* ex Astyanacte.

7. Denique leguntur fragmenta incertorum tragicorum, et pars tragoediae Medeae, quam Virgilianis versibus expressit *Osidius Geta*, sive *Ovidius* potius, ut supra lib. 1. c. 15. annotatum.

Non omittenda, quae p. 185. occurrunt *Attio Tragico Trabeaeque* Comico afficta a M. Antonio Mureto, et pro genuinis habita a Ios. Scaligero ad Varronem de Re

*l*) Eosdem exhibet et cum Graecis superstitibus confert H. Stephanus in Lexico Ciceroniano, de quo libro dictum supra in Cicerone.

*m*) *Memoris* Tragici mentio ap. Martial. XI, 10. seq. et Fulgentium de prisco sermone.

*n*) Ianus Guilelmius verisimilium lib. 1. c. 5. emendat et illustrat versus C. Cilnii Maecenatis allatos ab Isidoro XIX, 32. Originum sive Etymologicon. Confer. Rigaltii Venusinas lectiones c. 3.

*o*) Terentianus Maurus: *In tragicis iunxere choris hunc saepe diserti Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus.* Io. Lelandus de scriptoribus Britannicis pag. 19. *Annis ab hinc tribus, aut eo amplius, auctioni veterum librorum interfui. Hic ego non carbones sed thesauros inveni, nempe* Oresten *tragoediam antiquissimi sed auctoris hactenus mihi incerti nominis, non iambicis senariis, verum, quod admiraberis, hexametris heroicis accuratissime scriptam; coniectura tantum est, opus a* Pomponio Secundo *poëta conscriptum.*

Re Rustica p. 212. edit. *p*) a. 1573. Nic. Serrario p. 326. notat. ad Epist. 99. Bonifacii Archiep. Moguntini, Conr. Rittershusio pag. 296. 297. ad Oppianum, Augusto Buchnero in Thesaur. Basil. Fabri voce *Praefica*, et D. Frid. Rappolto p. 2219. Opp. Theolog. Similem fraudem a Mureto alibi commissam, notat Lipsius ad Senecae Epist. 58. ubi de versu sub Afranii nomine adducto, *q*) *Gaudebit sapiens, laetabuntur caeteri:* dubitat an ipse eius autor sit Muretus. If. Vossius ad Catullum p. 46. versui, quem sub Pacuvii nomine in testimonium idem Muretus citaverat: *pro imperio sic satisubsulus vestro excubet;* haec subiicit: *Mera haec est impostura, cum iste versiculus nusquam alibi exstet, nec Pacuvium sed Muretum habeat auctorem. Mirum fraudem hanc non detectam fuisse a Scaligero, cui merito suspectae esse debuerant merces sub quocunque demum titulo e tam dolosa prodeuntes officina, utpote qui adulterinis huius viri versibus deceptum se fuisse optime nosset. Sed profecto tanti fuit apud Scaligerum ponderis Mureti facundia, ut his quoque ab eo passus sit se decipi.* Fuit Q. *Trabea* inter Comicos veteres non infimae notae. Eum in octavum locum Volcatius Sedigitus apud Gellium XV, 24. coniicit. De eo Varro apud Charisium lib. 2. extremo: *πάθη vero et Trabea et Atilius*

*p*) In recentioribus edit. Scaliger omisit, fraudem vero ultus est hoc epigrammate:

*Qui rigidae flammas evaserat ante Tolosae*
*Rumetus, fumos vendidit ille mihi.*

Muretus illum locum expresserat e Graeco Philemonis apud Plutarchum consolat. ad Apollonium et Stobaeum in florileg. serm. 108. p. 447. edit. Grotii. Vide Mureti poëmata p. 50. edit. Lipf. Colomesii cimelia litterar. cap. 19. Baudii amores p. 466. seq. Baelii Lexicon edit. 2. in *Trabea*, et Aegid. Menagium cap. 83. Anti-Bailleti, qui cap. 118. et 153. eiusd. operis gloriatur, se similiter epigramma Hetruscum supposuisse Tasso, quod Costartus, aliique peritissimi caeteroqui talium iudices, non dubitarint esse illius Principis Poëtarum Italorum. Adde Miscellanea eiusdem Menagii Hetrusco sermone edita p. 85. Similis fucus Iano Dousae filio factus ab Hieronymo Groslotio Lisleo notatur in Baudii amoribus p. 463.

*q*) Afranius apud Nonium in *cupido: Amabit sapiens, cupient caeteri.*

*Atilius et Caecilius facile moverunt.* Hoc liquet ex imaginibus irae et inanis laetitiae apud Cic. de finibus II, 4. Tusc. IV, 31. Laudare creditur Trabeam in *Ergastulo* Nonius c. 2. sed Pomponio asseritur bis, in *rarenter* et *villicari*. Causa erroris est, quod vocabulum *trabes* ad Ennii fragmentum revocandum: *Sed quasi ferrum aut lapis Durat rarenter gemitum conatur trabem:* e quo fecere *Trabeam* Palmerius et alii. Sed et illa lectio vitiosa est, legendumque *trahere*, ut et editur in Fragm. Ennii p. 242. ed. Hessel. *Pomponii* nomen excidit; ut vidit Adrianus Iunius. nec exstat ullum e Trabeae fabulis nomen: nam *Harpaga* sive *Harpacem*, subditivam Muretus *r*) prolem Scaligero, pro genuina venditavit, Comoediam scilicet ex Euripide versam. v. et Christophorum Wasium exercitatione tertia animadversionum Nonianarum.

V. Comici *veteres* Latini hi fere sunt: *Sutrius*, *Succius*, *Dossennus*, *Afranius*, *Atta*, *Titinnius*, *Livius*, *Aquilius*, *Acuticus*, *Iuventius*, *s*) *Naevius*, *t*) *Caecilius Statius*, *Plautus*, *Licinius*, *Terentius*, *L. Pomponius*, *Turpilius*, *Trabea*, *Luscius*, *Ennius*. Vide Ianum Rutgersium lib. IV. Var. Lect. cap. 19. Plerorumque horum fragmenta collecta sunt ab utroquè Stephano in volumine, cuius iam fecimus mentionem. Praeter quod idem Henricus Stephanus minore forma una cum Sententiis Comicorum Graecorum vulgavit Sententias selectas

*r*) Non diffitetur hoc Muretus ipse ad calcem hymnorum suorum sacrorum in edit. Aldina a. 1575. 8: p. 56. seq. Confer. Iac. Thomasii notam ad Mureti poëmata p. 50. Mich. Maettarius de vitis Stephanor. p. 366. sq. Vicissim sub Mureti nomine Epistolas supposuisse edidisseque Lambinus a Mureto arguitur: vide Menagiana Tom. 4. p. 222. seq. Tamen sancte licet id affirmanti Mureto viri docti non credunt.

*s*) De hoc praeter Rutgersium IV, 19. Var. Lect. viri docti ad Gellium XVIII, 12.

*t*) In quibusdam Codd. Novius, ut apud Tertullianum c. 4. de pallio, *inter fullones Novianos coronandus*. Diversi fuere, et probe inter se distinguendi Comici *Novius* eoque longe antiquior *Naevius*.

selectas Latinorum, *Afranii*, *Caecilii*, *Naevii*, *Plauti*, *Pomponii*, *Sexti*, *Turpilii et Terentii*, adiectis, quos in certas classes digessit, *Publii Syri* mimis Paris. 1569. ab Aldo quoque Manutio, Pauli filio, Comoedia *Philodoxius u*) vulgata est, Ascanio Persio dicata, paucis foliis constans, nec digesta in versus, quam *Lepidi* Comici veteris esse, et ex antiquitate eruisse se ait, Lucae 1588. 8. At enim falsus est Manutius, qui lusum Leonis Baptistae Alberti non dubitavit Comico antiquo tribuere.

*L. Pomponius* Bononiensis, quo tempore Tullius virilem togam sumsit, inclaruit. Laudatur in his fabulis: *Adelphis* Non. *Aedituo* Gell. Non. *Agamemnone supposito* Non. *Aleonibus* id. *Anulo posteriore* id. *Aruspice* id. *Asinaria* id. *Atreo* id. *Augure* id. *Buccone adoptato* id. *Buccone auctorato* Charis. *Citharista* Non, Prisc. *Campanis* Non. *Capella* Charis. *Coena* Charis. *Collegio* Non. *Concha* id. *Cretula* vel *petitore haerede* id. *Decuma fullonis* Non. Fest. *Decumis* Non. *Dogali* id, *Dotata* id. *Ergastulo* id. *Fullonibus* id. *Gallis transalpinis* Gell. Macrob. Non. *Hirnea pappi* Non. *Kalendis Martiis* Macrob. *Lare familiari* Prisc. *Lenone* Charis. *Maccis geminis* Non. *Maccis geminis prioribus* Charis. *Macco* Non. *Macco milite* Charis. *Macco sequestre* Non. *Maevia* Gell. Macrob. *Majali* Non. *Medico* id. *Munda* id. *Nuptiis* id. *Pannuceatis* id. *Pansa Pappi* (al. *sponsa Pappi*) id. *Pappo Agricola* id. *Pappo praeterito* id. *Partis*

u) Pseudo *Lepidi Philodoxius* lusus fuisse creditur *Leonis Baptistae Alberti*, Florentini. Vide Raphaelem du Fresne in vita Leonis Baptistae Alberti, praemissa eius tribus libris de pictura, et tractatui de statua Paris. 1651. f. Comoediam iucundissimam vocat, et *Carolo Aretino* tribuit Albertus de Eyb in margarita poëtica edita Rom. 1475. f. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. X. p. 481. Ibidem legas editum a. 1580. et in Actis Eruditorum anni 1707. pag. 528. a. 1583. Sed reponendum 1588. Ita et in Cinelli Bibl. volante et in Galleria di Minerva Tom. V. pag. 101. 171.

*Partis* id. *Patruo* id. *Philosophia* id. *Pictoribus* id. *Piscatoribus* id. *Pistore* id *Pinthone Gorgonio* id. *Placenta* id. *Porcaria* s. *Porcetra* id. *Porto* id. *Praecone posteriore* id. *Praefecto morum* id. *Prostibulo* id. *Quinquatribus* id. *Rustico* id. *Sarcularia* id. *Satyra* Prisc. *Synephebis* Charis. *Syris* Non. *Vacca* vel *marsupio* Prisc. *Vernionibus* Non. *Verre aegroto* id. *de Vite* id. *Epigrammata* scripsisse testatur Varro de latina lingua. Quod Msti praeferunt de *Arista*, Mercerus ad Non. legit *Citharista*, Salmasius maluit *Hetaerisca*, ut sit eadem cum *Prostibulo* fabula.

De *Fabio Dosseno* Comico consulendus Io. Marius Mattius libro tertio Opinionum cap. 25. p. 506. T. IV. Miscell. Gaudentii Roberti. *T. Quinctius Atta* Togatarum scriptor, Cicerone tricesimum iam annum agente defunctus, scripsit *Aedilitiam* Gell. Diomed. *Aquas calidas* Non. *Conciliatricem* Gell. Non. *Gratulationem* Non. *Lucubrationem* id. *Megalensia* Serv. in 7. Ecl. *Socrum* Prisc. *Supplicationem* Macrob. *Tironem proficisentem* Prisc. item *Satyras* Diomed. Macrob. et *Epigrammata* Non.

*Titinius* (ita scribendum, non *Titinnius*) togatarum scriptor, an fuerit ex equestri genere Titiniorum, an libertus M. Titinii Praetorii, ad quem Cicero librum epistolarum scripserat, qui hodie desideratur, incertum est. Ἤδη *nulli quam Titinio et Terentio servare convenit*, inquit Varro quinto de L. L. apud Charisium lib. 2. extremo. Scripsit *Barathrum* Charis. Fest. Non. *Barbatum* Fest. Non. Prisc. *Caecum* Charis. *Ferentinatem Psaltriam* Fest. Non. Prisc. *Fullones* Non. *Geminam* Non. Prisc. *Hortensium* Charis. *Ilam rubram* Non. *Iurisperitam* Charis. *Praeliam* Charis. Non. Prisc. *Privignum* Non. *Pullam* Fest. *Quintum* Non. Prisc. *Setinam* Charis. Fest. Non. *Tibicinam* Charis. *Vopiscum* Non.

*Veliter-*

*Veliternam* id: Aliquid etiam *de Medicina* tradidisse, e Q. Sereno Sammonico colligit Christophorus Wase exercit. 3. animadvers. Nonianarum, cui haec debentur.

VI. EPIGRAMMATA *vetera*, quorum pleraque nunc primum ex antiquis Codd. et lapidibus, alia, sparsim ante hac errantia, iam undecunque collecta, emendatius vulgata, distinctaque sunt in libros IV. quorum 1. ad sacra et mores spectantia, 2. Elogia, 3. Epitaphia et tumulos, 4. miscellanea et omissa complectitur Paris. 1590. 12. apud Dionysium Durallium, et Lugduni sumtu Genevensis typographi Iacobi Chouet 1596. 8. ex Bibliotheca et cum emendationibus *P. Pithoei.* Nomina auctorum, quae Epigrammatis in ista collectione (dubia non raro fide) praefiguntur, haec sunt: *Ablavii Cos.*, *Albii Tibulli*, *Alcimi Alcinoi*, *Asclepiadii*, *A. Septimii Sereni*, *Asmeni*, *Avieni*, *Basilii*, *Callimachi*, *C. A. Romuli*, *C. Caecilii Plinii Secundi*, *Caelii Firmiani Symphorosii*, *C. Cassii* x) *Parmensis*, *C. Cilnii Maecenatis*, *C. Helvii Cinnae*, *Citerii Sidonii Syracusani*, *C. Iulii Caesaris*, *C. Licinii Calvi*, *C. Naevii*, *Cornelii Celsi*, *Cornelii Severi*, *C. Silonis*, *C. Sulpicii Apollinaris* y) *Carthaginiensis*, *D. Laberii Mimi*, *Epicteti*, *Domini Evantii* z) sive *Eugenii*, *Eucheriae Poëtriae*, *Euphorbii*, *Euriali Morani*, *Eusebii*, *Eusthenii*, *Focae Grammatici*, *Furii Biba-*

x) Sub huius nomine Poëmation, quod *Orpheus* inscribitur, primus edidit Achilles Statius ad Svetonium de claris Rhetoribus cap. ult. Sed eruditis suspicio est Achillem ipsum id effinxisse, tametsi in Brutiis repertos et a Sertorio Quadrimano sibi communicatos affirmat. Cum Nathanis Chytraei commentariolo occurrit ad calcem Galatei, quem Italice scripsit Ioannes Casa et Chytraeus latine edidit Francof. 1575. 8. Idem poëmation cum Graeca Matthiae Bergii Metaphrasi Rittershusius inseruit suis ad Phaedri librum tertium notis.

y) De hoc Baelius in Lexico T. 5.

z) Huius versus de ambiguis sive hybridis animalibus solent etiam edi in calce Petronii cum Q. Ciceronis de mulierum lenitate et Pentadii de vita beata.

*Bibaculi*, *Gerberti*, *Germanici Caesaris*, *Hadriani Imperatoris*, a) *Hilasii*, *Iuliani*, *Iulii Flori*, *L. Annaei Senecae*, *L. Apuleji*, *Laureae Tullii*, *C. Lucilii*, *M. Annaei Lucani*, *Maximiani*, *Iulii Modesti*, *M. Pacuvii*, *M. Terentii Afri*, *M. Tullii Ciceronis*, *M. Valerii Martialis*, *Palladii*, *Pentadii Pompejani*, *Porphyrii Poëtae*, *Porcii Licinii*, *P. Ovidii Nasonis*, *P. Syri mimi*, *P. Virgilii Maronis*, *Pulicis*, *Puppii Poëtae*, *Q. Aurelii Symmachi*, *Q. Catuli*, *Q. Ennii*, *Regilani*, *Rufi Festi Avieni*, *Sex. Aurelii Propertii*, *Sulpiciae*, *Sulpicii Luperci Servasti iunioris*, *Tullii Marci*, *Valeriani*, *Val. Catonis Grammatici*, *Varronis Terentii et Atacini*, *Vitalis Mimi*, *Volcatii Sedigiti*, *Vomani* sive *Vovianii*. Carmen quod lib. III. Epigramm. exstat pag. 70. et incipit: *Vrbs cecidit de qua si* etc. longe integrius ex codice antiquo edidit Martinus Opitius c. 13. Var. Lect. *Calvus* in *Io.* laudatur a Servio in 8. Eclog. Pseudo *Cassii* Orpheus, velut repertus a Petro Victorio, in lucem datus fuit a G. Fabricio ad Horatii lib. 1. Epist. 4. et separatim prodiit 1585. 8. apud Wechelium, cum Nathanis Chytraei commentario. Laudat Cassii ingenium Horatius lib. I. Sat. 10. v. 62. et lib. I. Epist. 4. v. 3. memorat et Plinius 31, 2. Epistolam eius ad Antonium. De illo Cassio Parmensi v. Io.

a) Hadriani Imp. Epigramma in equum Borysthenem integrius et emendatius exhibet magnus Gassendus in vita Peirescii ad a. 1609. Epitaphium Sorani Ducis, e Gerardi Goldenhaurii Noviomagi historia Batavica affert Hieron. Wolfius ad Historica Svidae latine a se reddita p. 33.

*Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris*
*Inter mille viros primus fortesque Batavos*
*Hadriano potui qui iudice vasta profundi*
*Aequora Danubii cunctis tranare sub armis*
*Emissumque arcu dum pendet in aere telum*
*Ac redit, ex alia fixi fregique sagitta.*
*Quem neque Romanus potuit neque barbarus unquam*
*Non iaculo miles, non arcu vincere Parthus.*
*Hic situs, hic memori saxo mea facta sacravi.*
*Viderit anne aliquis post me mea facta sequatur,*
*Exemplo mihi sum, primus qui talia feci.*

v. Io. Conradus Dietericus in vita Augusti pag. 121. seq. *Evantii* Acrostichon in funus genitoris sui Nicolai exstat inter Eugenii carmina T. II. Opp. Sirmondi p. 886. et Tom. 12. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 347. Nomen unius hominis est *Sulpicius Lupercus Servastus*, quod commatibus in tria distraxit in priore editione typographus. Qui inter poëtas ibi memoratur Pulex, est *Pulex de Custoza* Vincentinus, qui medio saeculo XIV. claruit. Vide Menagiana T. IV. p. 432. 439. ubi epigrammatis in hermaphroditum variae metaphrases.

VII. POEMATIA *vetera* cum Epigrammatibus istis ab eodem Pithoeo collecta et emendata *b*) haec sunt: 1. *Q. Ennii c*) *Phagesiorum fragmentum* p. 215. ubi ex Scaligeri emendatione inscribitur *Hedypatheticorum*, in aliis *Hedesphageticorum*. Io. Pricaeus ad Apuleji Apologiam p. 103. titulum illius Poëmatis Enniani putat fuisse Ηδυφαγικὰ vel Ἰχθυφαγικὰ, cui adsentitur Colomesius ad Gyraldi dialogum IV. de Poëtis, licet ibi excusum est *Phagetica*, quemadmodum hic titulus scribitur apud Hieron. Columnam in Ennii fragmentis.

2. *C. Laberii Mimi Prologus* p. 225.

3. *P. Virgilii Maronis Culex ad Octavium.*

4. *Eiusdem Ciris.*

 5. *Elegia*

*b*) Quibus praefixus est asteriscus, habentur in appendice Virgilii, notis illustrata a Ios. Scaligero et Friderico Lindenbrogio. Quibus vero subiectus asteriscus est, occurrunt in eadem appendice, inter Catalecta veterum Poëtarum, habentque adscripras paginas editionis Lugd. Bat. 1595. 8. Adde, quae de hac appendice dicta sunt supra in Virgilio.

*c*) *Phagesia* vocat etiam Vossius IV, 32. Idolatr. De festo huius nominis vide Meursium in Graecia feriata. Parrhasius vero Epist. 65. titulum Ennianii poëmatis contendebat esse *Hedypathian*, nam et Archestrati Geloi *ἡδυπάθειαν* allegat Athenaeus. Salmasio etiam Ennius visus est scripsisse *ἡδυπαθητικά*. At Is. Casaubono ad Apulejum *ἐδεστὰ ἢ φαγικὰ*. De voce *ἡδυπάθεια* confer etiam Svidam in *Ἀθήναιος* et *χαρμος*,

5. *Elegia ad Valerium Messalam.*

6. *Cornelii Severi Aetna.*

7. *Incerti Moretum*, forte A. Septimii Sereni (Severi) uti ante Barthium Weitziumque coniecit Ios. Scaliger, cum Scholiis variorum passim collectis prodiit Paris. 1542. 8. Aliud eadem inscriptione *Suevii* sive *Succii* Poëma memorat Macrobius lib. 2. cap. 9. Saturnal.

8. *Valerii Catonis dirae*, etiam a Marco Zuerio Boxhornio, sed admodum iuvene, cum notis editae inter Satyricos veteres minores: quo nomine ipsi venit, praeter hasce diras et Sulpiciae *Poëtriae* Eclogam *de edicto Domitiani*, *Epistola* sive *Satyra de lite*, quam, post Henr. Stephanum *d*) et Casp. Barthium, Poëtae veteris esse credidit, cum auctorem habeat Mich. Hospitalium, celebrem illum Franciae Cancellarium, a. C. 1573. exstinctum, inter cuius Epistolas idem carmen saepius prodiit et novissime Amst. 1732. 8.

9. *C. Pedonis Albinovani Equitis Rom. Elegia de morte Drusi Neronis ad Liviam Augustam.*

10. *Eius.*

*d*) H. Stephanus Epistoliis, Dialogis brevibus, Oratiunculis et Poëmatis Graecis latinisque ex penu variorum utriusque linguae Scriptorum collectis subiecit Satyram, quam elegantissimam, hactenusque ineditam vocat, quae inscribitur *Lis.* Prodiit ille Stephani liber a. 1577. 8. Hinc eandem tanquam non contemnendum antiquitatis monumentum Adversariis suis inseruit Caspar Barthius lib. 7. cap. 17. et c. 18. notis illustravit. Boxhornii Satyrici minores lucem adspexerunt Lugd. Bat. 1633. 12. novennio post Barthii adversaria. Etiam a. 1653. eundem errorem erravit Io. Priceus p. 54. ad Apologiam Apuleji: Boxhornius vero de hoc lapsu monitus a Io. Frid. Gronovio, ita ad eum rescripsit a. 1634. p. 41. Epist. *Gaudeo indicium a te mihi factum fuci, quem Stephanus vir cetera candidissimus et doctissimus eruditis omnibus fecit. Quanquam ut libere scribam quod sentio, magis credo Hospitalium satyram illam hic aut ibi a se repertam edidisse, quam ipsummet composuisse, praesertim cum sciam ab eruditis nonnullis* (Barthium respicit, cuius veteres membranae non raro sunt libri impressi et vulgares) *in membranis lectam fuisse.* Mihi quidem nullum est dubium, quin satyra illa Hospitalium, integerrimum non minus quam summi ingenii virum habeat auctorem.

10. *Eiusdem in obitum C. Cilnii Maecenatis duas elegias.*

11. *Eiusdem Pedonis de navigatione Drusi Germanici fragmentum.*

12. *Q. Ciceronis de XII. signis Zodiaci* p. 245.

13. *P. Ovidii Nasonis Halieuticon fragmentum*, saepius etiam editum cum reliquis Ovidii scriptis.

14. *Gratii Cynegeticon*, de quo supra lib. 1.

15. *M. Annaei Lucani Catalecton de laude Calpurnii Pisonis.*

16. *C. Iulii Solini Polyhistoris Ponticon fragmentum* p. 246. quod in suis quoque ad Solinum Prolegomenis ex Mſ. Regio vetustiſſ. emendatum exhibuit Claudius Salmasius, uti supra suo loco dictum a nobis fuit.

17. *Sulpiciae Poëtriae Satyra* sive Ecloga de edicto Domitiani, quo Philosophos urbe exegit p. 247. Haec primum ex Mſ. edita est, a Thaddaeo Vgoleto in eius Ausonio, a. 1500, 4. cum Pithoei notis etiam subiecta Iuvenali, quem cum Veterum Scholiis variorumque notis edidit Corn. Schrevelius: et a Mich. Hadrianide cum Iani Dousae patris commentario exhibita ad calcem Petronii Arbitri, ut infinitas alias editiones iam omittam. Ceterum fuerunt, qui hanc Eclogam perperam dicerent esse Ausonii, forte, quod inter eius Opuscula ediderat Thaddaeus Vgoletus: quod institutum Aldus et omnes paene ceteri secuti sunt. vide Barthium XIX, 16. Adverſ. Iul. Caeſ. Scaligerum in hypercritico, et Ianum Brukhusium p. 384. ad Tibullum et 402. Prodiit etiam ex Georgii Merulae recensione Argentorat. 1509. 4. cum Geórgii et Tiphernatis et aliorum carminibus: denique cum aliorum et suis notis edidit inter Poëtas minores *P. Burmann.* T. II. p. 408.

18. *Q. Sereni Sammonici de Medicina carmen.*

19. *M. Aurelii Olympii Nemesiani e) Carthaginiensis Poëtae Cynegeticon.*

20. *Eiusdem Nemesiani Eclogae Bucolicae IV.*

21. *T. Calpurnii Siculi ad Nemesianum Bucolicae Eclogae VII.*

22. *P. Optatiani f) Porphyrii ad Constantinum Imp. vicennalia celebrantem V. C. 326. et huius ad Porphyrium Epistola*, cum laboriosissimo eiusdem *ad Constantium panegyrico*, versibus scripto, quos difficilibus nugis per me lector accenseat, i. e. per Acrostichides et similes lusus. Eo carmine, quod exul scripserat, perfecit, ut ab exilio revocaretur, auctore Hieronymo in Chron. Christianus fuit, etsi quidam, propter familiares Poëtis, quibus passim utitur, Ethnicismos, hoc negaverunt. Vide Tillemontium T. 4. Hist. Imperator. p. 607. Beda de arte metrica: *Repeviuntur quaedam et in insigni illo volumine Porphyrii Poëtae, quo ad Constantinum Augustum misso, meruit de exilio liberari. Quae quia pagana erant, nos tangere non libuit.* Carmen nonum quidem satis demonstrat, Porphyrium hunc a Christi sacris alienum minime fuisse. Nam hoc carmine litterarum artificium non modo Monogramma primarum duarum litterarum nominis Christi refert, quali usus est in labaris suis Constantinus M. sed praeterea hosce versus:

*Omnipotens genitor, tuque o divisio mixta,*
*Filius atque Pater et Sanctus Spiritus unum,*
*Faveas votis.*

Hoc

e) De Sereno, Nemesiano et Calpurnio dictum est supra suo loco.

f) Longe diversus hic Porphyrius a Porphyrio Philosopho et hoste Christiani nominis. Hinc Baronium qui eos confudit, castigat Ios. Scaliger ad Eusebium p. 250. et Lucas Holstenius c. 4. de vita et scriptis Porphyrii. Porro Baronius ipse hunc errorem suum retractat ad a. C. 325.

Hoc carmen primum a Pithoeo editum, ex Marci Velseri editione, qui illud e Pauli fratris Codice recensuit, separatim lucem vidit Augustae Vindel. 1595. fol. et cum eiusdem Velseri, item Daumii notis subiectum est Operibus Velseri a Christophoro Arnoldo, Norib. 1682. f. *Epigrammata* eius commemorantur a Fulgentio 2. Mythol. et de continentia Virgiliana. In *Aram Pythiam* eius extat Encyclopaedia s. Commentarius *Petri Liceti*, Genuensis, Patav. 1630. 4. Etiam nonnulla, quae inter Petroniana leguntur, huic Porphyrio viri docti tribuunt. Ionsius III, 15. de script. Historiae Philosophicae p. 290. scribit, huius Porphyrii Epigrammata plurima Graeca citari lib. V. Anthologiae. Ionsium sequitur Tillemontius p. 352. At libro V. Anthologiae p. 534. seq. occurrunt Epigrammata plurima non Porphyrii, sed *Christodori Thebani* in *Porphyrium*, Calchantis filium, factionis Venetae celebrem in ludis Circensibus agitatorem, a nostro longe diversum, cuius statuam ex aere Imperator poni CPoli in Hippodromo iusserat. Sed idem hic est, ut creditur, Optatianus, qui deinde fuit Praefectus Vrbis Romae a. 329. et 333. Vide Tillemont. T. IV. Hist. Imp. p. 352. Idem observat quoque p. 351. poëma, quod cum Epistola Constantino Porphyrius obtulit, diversum fuisse ab hoc quod habemus: similiter etiam Poëma, pro quo gratias agit, quodque laudat Imperator, *fratrem charissimum* Porphyrium appellans. At certe eiusdem fuisse generis atque artificii, declarant verba: *Vix hoc custoditum pluribus fuit, qui modis quibusdam arctis innexi litterarum, distinctionibus versuum, qui ita medium corpus propositi occulte intermeant, ut oculorum sensus interstincta colorum pigmenta delectent, hoc tenuere propositum, ut haesitantiam carmini multiplex legis observantia non repararet. Gratum igitur hoc mihi dicationis tuae munus fuit etc.* Porphyrii huius

difficiles lusus poëticos imitatus *Rabanus Maurus* in opere mirifico de laudibus Crucis, quod et separatim est editum Phorcheimii in aedibus Thomae Anselmi 1503. f. sub illustri Principe Christofero Badenn. et inter Rabani opera Tomo I. Colon. 1626. fol. nec non *Abbo g*) Floriacensis (quem ex Porphyriano Codice exemplar sibi sumsisse Aimoinus in Abbonis vita testatur) Epistola ad Othonem I. Imp. quam hoc loco adponere iuvat ex clariss. Viri Polycarpi Leyseri historia poëtarum medii aevi p. 302.

OTTO VALENS CAESAR NOSTRO TV CEDE COTVRNO
T*e felix atavis quo*T *coelo sydera lucen*T
T*e dominum sibi Saxo* T*ulit, et roma notavi*T
O*rbis et ipse capit, Sol*O *contentus alumn*O

V*irtutum titulis et* V*ir cognosceris a*S*V*
A*c domitor patriae p*A*cis sectator in aul*A
L*umen ubique micans iubar* L*ucendo velut* S*o*L
E*rgo Dei s*O*lita redd*E*ntur san*C*ta benign*E
N*ec deeri*T *virtus om*N*is, qua gr*A*tia culme*N
S*candit e*T *occulti*S — — *v*E*nia caus*iS

C*erte nos* O*mnes tibi* C*aesar ne* S*cius et nun*C
A*ustrasios quae terra m*A*net cere*A*lis opim*A
E*t foecunda secu poll*E*t satis ube*R*e gleba*E
S*ummis cara viri*S *ac saevis plena coloni*S
A *patris imperio non* A*bsit ismaelith*A
R*exit cum solers et* R*egnans induperato*R

N*unc auguste tuum po*N*am venerabile nome*N
OTTO VALENS CAESAR NOSTRO TV CEDE COTVRNO
S*olus enim regnans ab*S*ens, o caesaris haere*S
T*otus avo similis, si* T*e nova vita resigna*T
R*ex fuit ille potens* R*omanae legis amato*R
O*mne decus patriae soli*O *prognatus avit*O

Tem-

g) A. C. 1004. 13. Nov. interfectus a Vasconibus.

*Tempora pacis erant, Tali dum iure vigereT*
*Vir tantus quem sic dVxi describere versV*
*Cur ergo nAtale tuum, Cur contrAhis et nunC*
*Exulis in Bellis desErs pia deBita pompaE*
*Dum vates Bonus opto Dari miraBilis istuD*
*Expandes Opus, ipse mEum tractAbilis indE*
*Caesar ut invictis sCuto munituS et ex hoC*
*Omnibus utilior, mirO datus ante triumphO*
*Terribilis clemens tuTo diadema risiT*
*Vultus avi patrisque tVi praeclarus amictV*
*Rursus uterque fuit diRo sub tempore VictoR*
*Nunc unum vivens digNum cum patre vocameN*
OTTO VALENS CAESAR NOSTRO TV CEDE COTVRNO

23. *Phoenix*, *Elegia incerti auctoris*, carmen, Erasmo *h*) iudice, non inconcinnum per Musas, neque fastidiendum, quod Firmiano Lactantio tribuunt Xystus Betulejus, Aubertus Miraeus, et qui notis atque emendationibus illustravit Nic. Heinsius, et antiquissimum Mstum exemplum Reginae Sveciae Christinae, testatur Nic. Heinsius in literis ad Sirmondum T. 4. Opp. Sirmondi p. 726. Nonnulla huius carminis illustravit Nic. Agardus, tunc admodum iuvenis, Hafniae 1647. 4. Petrus Lambecius Tom. 2. Commentariorum de Bibl. Vindobonensi Var. Lect. ex Mss. Caesareo edidit, suspicaturque, a Lactantio iuvene, adhuc a Christi sacris alieno fuisse compositum. Ethnici hominis esse videtur etiam Iacobo Thomasio libro de Stoica Mundi exustione p. 106. et Michaeli Thomasio ad Lactantium. *Venantio Fortunato* adscribere maluerunt Casp. Barthius, Sam. Bochartus et alii: at Iac. Sirmondus notis ad Theodulfum p. 302. *Theodulfo Aurelianensi*. Mihi verisimillima videtur Petri Lambecii opinio.



*h*) In Proverbio, *Phoenice rarior*.

24. *Marcelli viri illustris ex Magistro officiorum Theodosii Sen. Aug. in librum Marcelli de Medicina carmen:* quod nonnulli *Vindiciano* cuidam tribuunt, sub cuius nomine saepe memorat Barthius. de eo v. Burmannus in nota prima ad hoc carmen, inter Poëtas minores ab ipso cum notis aliorum et suis editum, T. II. pag. 389. Subiici solet libro iam dicto Marcelli Empirici.

25. *Rufi Avieni descriptio orbis terrae, ex Dionysio Periegete* expressa latinis versibus hexametris.

26. *Eiusdem Avieni orae maritimae descriptio* Iambis.

27. *Avieni ad Theodosium* (Macrobium forte, ut supra notavi) *Aesopicae Fabulae XLII.* scriptae hexametris et pentametris versibus.

28. *Licentii* i) *ad Augustinum praeceptorem carmen, quo eum ad edendos de Musica libros hortatur.* Occurrit in Epistola Augustini XL. quae vigesima sexta est in T. 2. novae edit. quam Parisiis curavit Thomas Blampinus cum aliis Benedictinis congregat S. Mauri. Porro falluntur Gyraldus, Vossius, Borrichius, Bailletus, Brietius, qui Hipponensem fuisse affirmant Licentium, cum fuerit Tagastius, civis Augustini. Plura de hoc vide sis apud Aegid. Menagium cap. 98. Anti-Bailleti.

29. Ru-

i) Hunc Licentium loquentem inducit S. Augustinus libris de Ordine, et Christianum fuisse docet lib. 1. cap. 8. poëticaeque admirabiliter deditum lib. 1. cap. 2. et 3. qui Pyrami et Thisbes, et alios huiusmodi amores carmine cantasset c. 5. et 8. Academicae defensor Philosophiae c. 4. De eodem lib. 2. contra Academicos cap. 3. *quam totam fabulam, nam subito Aesopus factus sum, Licentius tibi* (alloquitur Romanianum, Licentii parentem) *carmine suavius indicabit. poëta est enim paene perfectus.* Cap. 4. ait, Augustinus, tractatione librorum Virgilii, quos Licentio interpretatus fuerat, illum ita fuisse inflammatum in poëticum studium, ut reprimendus aliquantum videretur. Adde lib. 3. c. 1. et 4.

29. *Rutilii Claudii Numantiani Gallii V. C. P. P. ad Venerium Rufum itineraria duo.* De his supra suo loco.

30. *Prisciani periegesis*, ex Dionysio Alexandrino versibus hexametris latinis expressa.

31. *De ponderibus et mensuris libellus*, hexametro itidem carmine, cum Celso et Sereno Samonico saepius editus, quem nonnulli *Remno Favino*, plerique Q. *Rhemnio Fannio Palaemoni*, quidam et *Prisciano*, tribuunt. Barthius quidem modo huic, modo illi, Advers. I, 15. coll. XXI, 6. Recusus cum *Eliae Vineti* notis Parisiis 1565. 8. et T. XI. thesauri Antiquitatum Romanarum Graeviani p. 1693. seq. cum notis *Rob. Constantini* exstat ad calcem Celsi ac Sereni, Lugd. 1566. 8. et cum notis aliorum et suis *P. Burmannus* inter Poëtas minores T. II. p. 396. edidit.

32. Incerti Auctoris *de defectu* lunae, sive *de astronomia* fragmentum, quod incipit *Tu forte in luco laetus vaga carmina gignis.* Subiicitur in Mss. Astrologiae Isidori, et *Fulgentium* auctorem praefert titulus ex coniectura minus verisimili. *Varronis* forte *Atacini* esse coniiciebat Pithoeus, et Petrus Danielis apud Turnebum XIX, 3. Adversar. Sed vide, quae contra disputat Salmasius p. 1131. ad Solinum edit. Paris.

33. *Coelii Firmiani Symposii aenigmata centum.* Ea sed et, una cum *Iosephi Castalionis* notis, Phaedro Io. Meursii et variorum aenigmatum *k*) veterum Graecorum latinorumque collectioni iuncta prodiere Lugd. Bat. 1610. 8. His non addita esse a Pithoeo *Aldhel-*

*k*) Veterum aenigmatum, scirporum, griphorum, logogriphorum varia exempla collegit Athanasius Kircherus T. 2. Oedipi Aegypt. parte 1. p. 27. seq. Vide etiam, si lubet, quae de aenigmatis praeclare Vossius lib. 4. Instit. Orator. c. 11. themate 3.

*Aldhelmi l*) aenigmata, dolet Reinesius Adverſ. LVIII, 1. Primus reperit *Io. Nobletus* Sec. XV. primus edidit *Ioach. Perionius* Pariſ. 1538. f. ut alii tradunt 1533. Alia facta eſt editio a *Ioach. Camerario* in Elem. Rhet. quorundam horum aenigmatum, ſed e Cod. Mſ. nam et auctorem facit *Sumphorium*, et diſcrepant valde ab ed. Perionii. Porro edita ſunt in Reuſneri Aenigmatographia, et a *Nic. Cauſino* Hieroglyphicis Horapollinis, ſed ex ed. Camerarii. Sed omnium novam editionem dedit *P. Pithoeus*, e Mſ. in Collectione hac, quam recenſemus. Huic proximus fuit *Ioſ. Caſtalio* Anconitanus, qui e Mſ. caſtigavit ediditque Rom. a. 1581; quae editio repetita eſt ibid. 1597. 12. additis Scholiis ſuis. Hanc editionem repetiit ad calcem Phaedri ſui *Conr. Rittershuſius* Lugd. Bat. 1598. 8. repetita eſt etiam Duaci 1604. 8. Tum *Chriſtianus Iunkerus* Phaedro ſuo ſubiunxit Lipſ. 1700. 12. item *Io. Georg. Walchius* Lipſ. 1713. 12. Sed hae duae pueris deſtinatae fuere editiones: at viris doctis ea, quae ab *Chr. Aug. Heumanno* curata eſt, Hanoverae 1722. 8. ſub hoc titulo: *L. Caecilii Firmiani Lactantii* Sympoſium, ſ. C. Epigrammata triſticha, aenigmatica, *quae vero ſuo auctori reddidit, ope Codd. Mſſ. repurgavit, ſuisque et Caſtalionis, Barthii, Frid. Beſſ lii, aliorumque notis illuſtravit C. A. H.* notae et ad criticam rationem comparatae ſunt, et ad intelligendi facultatem. Sympoſii aenigmata cum Phaedri et Gabriae fabulis Germanico carmine reddere conatus eſt Ienae a. 1712. I. G. A. cui ſub nomine Melandri deliteſcere placuit. *Sympoſii* meminit Aldhelmus Scotus *m*) qui a. C. 709. obiit, in prologo

*l*) Aenigmatum Aldhelmi verſus mille, una cum aliis poëmatis vulgavit Martinus Delrio Mogunt. 1601. 8 recuſa T. 13. Bibliothecae Patrum edit. Lugdunenſ. p. 27. ſeq.

*m*) Aldhelmi nomen puto etiam reſtituendum Anonymo Mellicenſi de ſcriptoribus Eccleſ. c. 72. ubi editum eſt: *Achelmus Epiſcopus nonnulla edidit ſcripta quae appellantur anigmata.* Aldhelmi poëtica

logo secundo aenigmatum, *Symposius poëta metricae artis peritia praeditus occultas aenigmatum propositiones exili materia sumtas ludibundis apicibus legitur cecinisse, et singulas quasque propositionum formulas tribus versibus terminasse.* Sigebertus Gemblacensis de scriptoribus Eccles. cap. 132. *Aldhelmus Episcopus imitatus Symposium, qui per prosopoeiam qualitates singularum rerum exprimens scripsit librum aenigmatum metrice.* Symposius ipse in limine aenigmatum, ea in Saturnalibus lusisse se non diffitetur.

*Haec quoque Symposius de carmine lusit inepto,*
*Sic tu Sexte doces, sic te deliro magistro*
*Annua Saturni dum tempora festa redirent* etc.

*Symposii* poëtae nomen praeferunt diserte Codices Msti, quos evolverunt Franciscus Basvelus et Ioseph. Castalio. Inter epigrammata vetera P. Pithoei lib. 1. huic Symposio etiam ex fide manu exarati Codicis tribuitur carmen de livore, quod incipit: *livor tabificum malis venenum;* nec non alterum de fortuna, *O fortuna potens ac nimium levis.* Neque alioqui Symposii nomen inauditum esse constat veteri memoria. Nam fuit et *Symposius* quidam *Seleuciensis* in Isauria Episcopus, qui interfuit Concilio CPol. a. C. 381. nec non *Symposius Episcopus Hispanus* in Synodo Caesaraugustana a. 380. et Toletana a. 400. condemnator Priscillianistarum, cum quibus antea ipse fecerat. Non potui igitur a me impetrare, ut cum viro clarissimo Christoph. Augusto Heumanno Symposii poëtae nomen confictum esse mihi

ea opuscula edidit Martinus Delrio Mogunt. 1601. 12. in quibus post monosticha paraenetica 199. incerti scriptoris, sequuntur cum prologo duplici Aldhelmi aenigmata hexametra tetrasticha XX. pentasticha XIV. hexasticha XIII. septenis comprehensa versibus XIX. octonis X. novenis XI. denis et pluribus XIII. Recusa sunt haec, et alia Aldhelmi T. 13. Bibl. Patrum edit. Lugdun. Loca nonnulla illustrantur emendanturque in Reinesii ad Daumium Epistolis p. 344. seq. De Aldhelmo ipso vide Acta Sanctorum ad 25. Maii Tom. VI. p. 77. seqq.

mihi persuaderem, aut crederem, aenigmata haec nihil aliud esse, quam Lactantii Symposium, quod ab adolescentulo scriptum Hieronymus c. 80. de scriptoribus Eccles. testatur. Neque Symposium Lactantii hexametris versibus scriptum fuisse tradit Hieronymus, sed ὁδοιπορικὸν, nec satis aptum titulum aenigmatis hisce putem esse symposium sive convivium, nec simplicem levemque coniecturam tot argumentis ac testibus opposuerim, licet illam novitate sua placuisse video praestantissimis Diarii Bremensis *n*) nec non Berolinensis *o*) auctoribus. Symposii aenigmata non invenusta sunt, ut recte Vossius p. 86. de poëtis; itaque libenter illa videbo a laudato Heumanno in nova quam parat eorum editione illustrata: quamquam Gyraldus haud magni ea fecisse videtur, vel potius ea integra ne evolvisse quidem. Nam in libello, quo aenigmata veterum exponit, Symposii nusquam meminit, tantum sub extremum libelli *p*) aenigma explicans Alexidis poëtae, *sed enim*, inquit, *his diebus recitavit mihi amicus meus aenigma tribus hexametris de somno, quod et hic tibi ut adscribam dignum visum est* (ex Symposio, aenigma XCVII.)

*Sponte mea veniens varias ostendo figuras,*
*Fingo metus vanos nullo discrimine veri;*
*Sed me nemo videt nisi qui sua lumina claudit.*

*Recitavit et alia, quae frigidiuscula cum essent, sunt visa indigna relatu.* Miror itaque quod Vossius de Symposio subiungit: *Sed praeter ea quae excusa habemus, supersunt alia satis frigida, aliqua etiam obscoena: quae idcirco omissa. Et propter ista sic Lilius scripserit,*

*n*) Bibl. Philologico Theolog. Bremens. Tom. 3. p. 379.

*o*) Bibl. Germanique a. 1720. T. 2. p. 152. Et est certe elegans et speciosa coniectura, inprimis ex eo, quod in conviviis genus oblectationis fuit in aenigmatibus proponendis et solvendis. *E.*

*p*) T. 2. Opp. p. 635.

*pserit, qui conspexerat opus integrum.* Ex auctione librorum Keilmanniana nactus sum Symphosii (quem Symposium editor appellat) aenigmata XLVII. edita a *Francisco Basvelo* Basileae 1563. 8. In hac editione ut multa vitiose, ita quaedam rectius leguntur quam in recentioribus. Sic statim in praeludio ad Sextum magis mihi probatur versu octavo.

*Tum verbosa cohors studio sermonis* ineptum
*Nescio quas passim magno de nomine nugas*
*Est meditata diu.*

In aliis editionibus est *studio sermonis inepti.* Sed frigidius est, studio sermonis inepti nescio quae meditari. At facilius intelligitur, studio sermonis, hominem verbosum multa ineptum, hoc est inepte, meditari. In eodem praeludio:

*Ponere diverse vel solvere quisque vicissim.*

Ita rectius, ni fallor, quam quod in aliis editionibus *quaeque vicissim.* Sed haud dubie melius versu praeludii ultimo:

*Da veniam lector, quod non sapit ebria Musa.*

Pro quo Iosephus Castalio dedit: *quid non capit ebria Musa.*

Aenigmate primo vers. 2. *diversa et munera fungor* non est contemnendum pro illo vulgato *diverso et munere fungor.*

Aenigmate 2. *Dulcis Amica dei, ripis vicina profundis.*

4. *Virtutes magnas de viribus afferro parvis.*
*Pando domus clausas, iterum recludo patentes* etc.
6. *Est domus in alto, sedes est semper in imo.*
14. *Nondum natus eram, nec eram genitricis in alvo.*
18. *Sed mihi consilium de coelo nascitur ipso.*
19. *Raucisonans ego sum* etc.

22. *Pro-*

22. *Provida sum vitae, duro non pigra labori* etc.
*Nec gero multa simul, sed congero magna vicissim.*
23. *Sed cito submovear falso conterrita vento.*
24. — *non certo nomine dictus.*
27. deest.
28. *Vix mihi dat nomen primo de tempore noctis* etc.
*Sed redeo in tenebris nec — movebo diebus.*
31. *Sed prius est fatum lethi quam lucis origo.*
*Sic solos manes ipsos mihi duco parentes.*
35. *Custodi pecoris tremula respondeo voce.*
37. *Conf. si generis generi non apta propago.*
42. *In terra nascor* etc.
47. Deest et eiiciendus utique videtur versus:
*Cum mihi peccandi meritum natura negavit.*

48. Non. *Myrrham* sed *Succinum*, tituli loco inscribit. Versus ultimus legitur sic:

*Laetus honor fundi tristis sed magna doloris.*

Ad calcem subiicitur nescio cuius scriptoris aenigma plumae scriptoriae:

*Sum carnea, ut quae nata sum de carnibus*
*Nutrita carne, a carne demptae sed statim*
*Nec forma carnis nec mihi est substantia.*
*Pars sum tamen carnis cum incipio crescere.*
*Perfecta sic et vera res sum postea.*
*Bonum et malum patro, a meipso nil valens.*
*Mox ut mihi cultro rescinditur caput,*
*Evelliturque lingua, comparata sum*
*Ad imbibendum mox liquorem, quo meum*
*Rostrum irrigatum praeter omnem tum moram*
*Ostendit an laetum sit, ira an percitum.*
*Nunc reddo concordes Duces et Principes,*
*Nunc inter illos excito discordiam.*
*Iam grata, mox ingrata dico amantibus.*
*Amore iam languentibus spem suggero.*

Pugna.

*Pugno, gravesque saepe rixas concito,*
*Pacem fero, sciuntur nova per me undique.*
*In me licet non ulla sit malignitas,*
*Tamen malorum causa sum fere omnium.*
*Nunc ergo dic, quae sim, coniector optime.*

*Ioannis Nobleti*, qui saeculo XV. fuit, centiloquium aenigmatum memorat Trithemius de Script. Eccles. c. 783. *Egeberti* aenigmata rusticana Sigebertus c. 146. de script. Eccles. *Tathwini* Archi-Episc. Cantiorum, qui a. C. 734. obiit, aenigmata laudantur a Io. Balaeo: *Tulli* nescio cuius aenigmata hexasticha a Labbeo p. 63. Bibl. Mss. De Graecis aenigmatum scriptoribus Basilio Megalomite, Georgio Aphye, Euthymio et Michaele Psello dixi Volum X. Biblioth. Graecae pag. 539. Editionem *Aenigmatum Aldhemi* Basil. 1557. Lipenio in Bibl. Philosophica memoratam non vidi. Moguntina autem Delrionis a. 1601. non in 8. est, sed in 12. secuta Antverpiensem a. 1600. De caeteris Aldhelmi poëmatiis, ineditis maximam partem, consulendus Polycarpus Leyserus in historia poëtarum medii aevi, pag. 199—203. Lipsiae in Bibl. Amplissimi Senatus exstant Mss. Aldhelmi poëtae *aenigmata*, *versus in laudem Solis*, *quaestiones aenigmatum Rhetoricae artis*, *Epigrammata ex libro Ovidii Nasonis de somnio, quod viderat.* Idem *eiusdem ex libro Metamorphoseon Actaeon in cervum, et alia carmina.* Liber de laude virginitatis, versibus scriptus hexametris, lucem vidit Daventriae per Iac. Fabrum, diversum a Stapulensi, 1512. 4.

34. *Elegia Cornelii Galli* nomine in Italia ab Aldo Manutio Pauli F. vulgata, quae incipit; *Non fuit Arsacidum* etc. nec genuina Pithoeo videtur.

35. *Eiusdem Galli Epigrammata tria.*

36. *Maximiani Etrusci Poëtae Elegiae VI.* falso eiusdem Cornelii Galli nomine saepius editae, uti dictum est supra.

37. *Incerti Scriptoris versus in laudem Solis.* Incipiunt: *Dum mundum natura potens terramque dicaret.*

38. *Pasiphaes fabula q)* metris omnis generis eorum, quae ap. Horatium reperiuntur, ab antiquo Poëta composita. Hanc illustrat Dousa III, 8. praecidaneor. ad Petron. Occurrit apud Rufinum de metris.

39. *Severi* Rhetoris carmen Bucolicum genere Choriambico, quod vulgo ex insulsi alicuius Grammaticastri glossemate inscribunt, *de mortibus boum.* Primus repererat Vinetus, a quo acceptum Pithoeus cum Vet. Galliae Theologorum opusculis vulgavit Paris 1586. 8. Ab eo tempore insertum Bibliothecis Patrum, sub inscriptione *Severi Sancti Rhetoris et Poëtae Christiani.* Neque vero Auctor est *Caecilius Severus* vel *Severus Sulpicius*, sed *Severus Sanctus Endelechius* Aquitanicus, Paulini r) familiaris, de quo plura vide apud Christianum Daumium in Epistolis ad Reinesium pag. 23. 24. Idem est, de quo in Codice Msf. Vaticano Apuleji: *Ego Salhistius legi et emendavi Romae feliciter Olybrio et Probino Coss.* (a. C. 395.) *in foro Martis controversiam declamans Oratori Endelechio.* Vide Sirmondum ad Sidonii lib. IV. Epist. 8. T. 1. Opp. p. 940. Carmen Endelechii, in quo mentio *luis mortis boum atque hominum*, de qua v. Ambrosium hom. 10. in Lucam. cf. Baron. ad a. C. 376. separatim editum, et notis illustratum est a *Io. Weitzio* et *Wolfg. Sebero* Francof. 1612. 8. et cum eorundem notis, et *Iac. Gronovii* (ut videtur) praefatione Lugd. Bat. 1715. 8. Denique cum selectis *Weitzii*, *Seberique*, et novis suis vulgavit eruditus vir *Gerhardus Outhovius* ad calcem libri de iudiciis Iehovae, quem edidit Groningae 1721. 8.

40. *Vespae*

q) Hoc Poëmation primus edidit Cruquius. *Rufini* V. C. nomen tanquam auctoris illi praefigitur in edit. Petronii, quam curatam habemus a Goldasto.

r) Is ep. 9. ad Sulpicium ait, se scripsisse monitu eius Panegyricum Theodosio Imperatori.

40. *Vespae s) Iudicium Coci et pistoris* de primatu inter se contendentium, *iudice Vulcano*. Incipit: *Ternenae varias iunctae quae traditis artes*.

Agmen Poëmatum a Pithoeo collectorum claudit 41. *Domitii Marsi in Cicuta de Bavio curatore Octastichon*. Denique post castigationes notasque suas Pithoeus subiunxit praetermissa quaedam e Beda, et aliis.

VIII. DIONYSII CATONIS *Disticha t) de moribus ad filium, in quatuor libros* distincta, *quibus parvulos olim initiari solitos* testatur Io. Sarisberiensis lib. 7. Policratici c. 9. *ut virtutis instructio, et usus teneris ebibitus animis non facile aboleretur*. Laudat etiam Isidorus in glossis, voce *officiperdae*, Hincmarus Remens. Tom. 2. p. 476. et Gaufredus in poëtria nova: *Ethicus unde Cato*, nemo sine crimine vivit. Qua aetate scripta sint, tam est incertum, quam constat elegantia, utilia, et Valentiniani Imp. temporibus antiquiora esse, inferiora autem aetate Lucani Poëtae. Iam enim laudantur a Vindiciano Medico in Epistola ad Valentinianum Imp. Vicissim in limine libri secundi horum distichorum legendus commendatur, praeter Virgilium, Macrum, et Nasonem, etiam Lucanus. Hinc Catoni u) vel Censorio, vel Vticensi, nemo nisi temere adscripserit. nam quod a Gellio lib. XI. cap. 2. laudatur *M. Catonis Carmen de moribus*, ab illis distichis plane fuit diversum, ut ex iis, quae inde adfert



s) Vespam versificatorem non illepidum laudat Barthius LI, 7. 10. et 13. Advers. ubi loca quaedam illius illustrat.

t) Alii horum distichorum auctorem faciunt nescio quem *Octavianum*, *Tulliumve* ad fidem Christianam conversum, vel *Ioannem Clothomium*, quorum nominum haud magna apud me est auctoritas. Vide Io. Saubertum libro de sacrificiis c. 1. et Casp. Sagittarium in vita Catonis p. 106. sq. quae opiniones unde natae sint, item unde *Clothomii* nomen natum. vid. disputantem Cannegieterum Disp. post commemoranda cap. 4. ubi et c. 2. varias eruditorum de auctore opiniones memorat.

u) Vignol. Marvillius Tom. 1. Misc. Historico litterar. p. 56.

fert idem Gellius, apparet: de quo Boxhornius proprium libellum scripsit a. 1635. Neque validis argumentis nituntur, qui *Senecae* vindicant. *Ausonii x*) autem esse nequeunt, cum Ethnicus *y*) ista scripserit, Ausonius vero Christi sacris fuerit initiatus. *Octavianum*, nescio quem, auctorem facit Goldastus notis ad paraeneticos veteres p. 104. et alibi. Gerh. Io. Vossii coniectura est, *Catonis* nomen Distichis praefixum esse ab argumento, quod tractant, non ab auctore, cuius non minus nomen, quam aetas nos fugiat. Confer Aug. Buchnerum part. 3. Orat. 5. et 6. in quo licet exemplo uti, quod sic Martinus Ravaltus a. 1536. latine et Gallice edidit Catonem Principum, cuius meminit Franciscus a Cruce Bibl. Gall. p. 316. Sic sententiae monostichae Marbodei Redonensis p. 1634. Opp. inscribuntur: *Proverbia Catonis Philosophi.* Cl. Cannegieterus in Diss. de qua mox, c. 18. probabiliter disputat, eum Constantini seculo priorem vixisse, et non Christianum fuisse capp. superioribus, quibus contra Boxhornii argumenta pro Christianismo auctoris disputat.

Antiquissima, quod quidem sciam, editio est Augustana a. 1475. sub titulo: *Catonis Magni Ethica*, commentario morali instructa a *Philippino de Pergamo*, qui Sec. XIV. extremo vixit. Exemplum eius fuit nuper

x) Ausonio tribuunt Io. Baptista Pius in praef. ad Euripidem Guil. Canterus, Popma, et aliis, quos refellit Scaliger II, 32. lectionum Ausonian. Sub Ausonii nomine prodierunt etiam Rostoch. 1572. 8.

y) Qui Christiani esse scriptoris arbitrantur, (ut Bonifacius XV. 8. Hist. ludicrae,) eos toto errare coelo, vere pronunciavit Ios. Scaliger in Lect. Ausonianis, et Gerh. Vossius notis ad Vellejum Paterculum, quorum iste animadversiones etiam in Catonis Disticha promisit. Argumentum autem, quo Boxhornius in Quaest. XIV. Romana p. 78. illa Scriptori Christiano vindicare contendit, quod nempe caede victimarum sacra facere Deo vetant, nimis lubricum est; cum idem Pythagoricis quoque, et innumeris aliis visum fuerit Ethnicis. At homo Christianus non scripsisset: *Thure Deum placa.* Et: *Stultitia est, morte alterius sperare salutem.*

nuper apud Schwarzium Altorfinum. Altera est et ipsa Augustana a. 1485. Sequitur Argentinensis a. 1487. cum Comm. *Rob. de Evromodio:* Norib. 1494. Veneta 1495. Lugd. 1497. item cum *Philippini* Comm. Prodiere et inter auctores octo morales Lugd. 1507. fol. et 1520. 4. Prodiisse et Lipsiae 1517. 4. reperi, et quidem cum Erasmi Scholiis: sed id verum esse non potest, cum praefatio Erasmi scripta sit Lovanii 1523. Sed cum illis Scholiis post prodiere Colon. ap. Eucharium 1528. Paris. 1552. e vetustissimo exemplo correcta cum Planudis versione Antw. 1568. cum Ausonio, *Pulmanni* Scholiis ornata. Neapoli Nem. 1598. cum versione Italica: Tremoniae per *Arn. Westhovium* 1592. cum praef. et lemmatibus Io. Sturmii: Florentiae a. 1604. cum *Io. Mariae Ferratii* Comm. item eodem a. Franequerae, cum Planudis versione et Erasmi Scholiis. *Petri Scriverii* editio, serio, ut ait, castigata est ad calcem ed. Amst. 1644. Sed his edd. omnibus praestat, quam cum Graecis Metaphrasibus Maximi Planudis, Ios. Scaligeri, Matthaei Zuberi z) et Io. Mylii, Germanica a)

 vero

z) Haec Graeca Zuberi Metaphrasis exstat quoque in editione Hanoviensi a. 1619. 8. in qua praeterea adiuncta sunt disticha itidem moralia perquam elegantia Michaelis Verini Minoricensis Hispani abstinentissimi iuvenis, quae lucem viderant Moguntiae a. 1536. 8. Lugd. 1547. etc. Vide de hoc Verino Vossium lib. 2. de arte Grammatica c. ult. et Colomesium Bibl. selectae p. 164. Pocciantus p. 166. de Scriptor. Florent. docet Florentinum fuisse. Eius disticha moralia viderunt lucem primum Florentiae a. 1487. quo ipso ille diem obiit. Zuberum acriter perstringit Reinesius Episc. ad Nesteros p. 36.

a) Ante Opitium, cuius Metaphrasis prodiit Vratislav. 1628. 8. Germanicis rhythmis reddiderat Abraham Morterius a Wissenburg. Francof. 1590. 8. Post Opitium Germanicis versibus Melch. Ditericus Procopius in collectione vernacula selectorum carminum Moralium p. 73. Francof. et Lipsiae 1720. 8. Gallicis versibus transtulit Maturinus Corderius, qui dicavit Rob. Stephano et Loisellus: item Petrus Grosnerius Paris. 1543. *Les mots dorés du sage Caton.* Pibracius quoque in tetrastichis suis Gallice editis Catonis huius legit vestigia. Benedicti Burg Archidiaconi Colchestriensis *Anglica* ex Gallico Metaphrasis excusa Westmonasterii 1483. fol. memoratur a Michaele Maet-

veró Martini Opitii, curis secundis adornavit *Christianus Daumius*, qui Opitii etiam notis suas addidit, plurimorumque veterum ac recentiorum testimonia de hoc opusculo praefixit, Cygneae 1672. 8. Idem *Daumius incerti Veteris Poëtae Monosticha* a Pithoeo lib. I. Epigrammatum veterum vulgata, et disticha selectiora *ex Salutari*, medii barbariae aevi Poëmate, et *S. Columbani* Abbatis *carmina* ex Goldasti editione subiecit cum suis notis. Inter illa Columbani (quae Sirmondus etiam Eugenio Toletano subiecit, et Patricius Flamingus Ord. Minor. Lovanii vulgavit) p. 230. edit. Daumii Monosticha occurrunt, quae Aldhelmo a quibusdam, ab aliis rectius tribuuntur *Alcuino Flacco.* Praeterea ut id obiter moneam, Iacobus Vsserius in Epistolis Hibernicis Paris. 1666. 4. p. 4. seq. edidit *Epistolam eiusdem Columbani et carmen Rhythmicum* quod incipit: *Mundus iste transit et quotidie decrescit.* Vide et Io. Mabillonium T. I. Musei Italici p. 216. seq. Nunc vero princeps est editio ab *Ottone Arnzenio* curata Traj. ad Rhen. a. 1735. 8. quae praeter ipsius notas habet etiam Erasmi, Scaligeri, Opitii, Barthii, Daumii, Wachii, Metaphrasin Graecam Planudis, Scaligeri, Zuberi et Mylii, item Diss. Boxhornii et Cannegieteri Rescripta Boxhornio de Catone, in qua de auctore multa disseruntur contra Boxhornium et alios, Catonis versus plures contra B. reprehensiones defenduntur, et multa vel emendantur vel illustrantur. Voluit ipse edere haec disticha; sed eum laborem post Arnzenio detulit cum omni apparatu librorum suorum.

IX. FRAGMENTA *quaedam* VETERUM POETARUM, ab aliis praeterita, vel minus emendate edita.

Maettario in annalibus typographiae p. 172. Nescio, diversa ab hac sit, quam in Codice membranaceo Ms. servasse accepi Ioannem Morum Episcopum Eliensem.

ta, una cum opusculis suis, sive Antiquitatum e sacris profanarum specimine vulgavit *Theodorus ab Almeloveen*, Amst. 1686. Vbi habes quaedam *Accii*, *Aelii*, *Afranii*, *Attae*, *Caecilii*, *Licinii Calvi*, *Cornuti*, *Domitii*, *Ennii*, *Hostii*, *Laberii*, *Laevii* sive *Laelii*, *Livii Andronici*, *Aemilii Macri*, *Mariani* sive *Marini*, *Mummii*, *Naevii* atque *Novii*, *Pacuvii*, *Pomponii*, *Porcii*, *Suecii* sive *Suevii*, *Titinnii*, *Valgii*, *Vari* et *Volcatii*.

*Naevius* bello Punico primo stipendia fecit: deinde propter dicacitatem a triumviris coniectus in vincula, cum ex iis per tribunos plebis esset liberatus; (v. Dousam p. 145. explanationum Plautinar.) scripsit carmen de bello illo versibus Saturniis, continente volumine, quod C. Octavius Lampadio in 7. libros divisit. Sveton. de Grammaticis cap. 2. Confer Merulam ad Ennii fragmenta. *Tragoedias* eius, *Alcestidem* laudat Varro, Non. *Danaen*. Non. *Hesionam* Gell. *Iphigeniam* id. *Leonta* id. *Lycurgum* Non. Prisc. *Protesilaodamiam* iid. *Sirenam* Non. *Comoedias Acontizomenon* Charis. *Agidonem* Varro. *Agitatoriam* Charis. Fest. *Agrypnuntas* Non. *Apellam* Prisc. *Ariolam* Non. Prisc. *Assitogialam* Non. *Aulularium* id. *Carbonariam* Prisc. *Clastidium* Varro. *Colacem* Terent. Non. *Corollariam* Charis. *Cosmetriam* Varro, Diomed. *Dementes* Diomed. *Demetrium* Varro. *Diobolariam* Fulgent. *Equum Troianum* Macrob. *Erulariam* Non. *Figulum* Charis. *Fretum* Varro. *Glaucomam* Prisc. *Gymnasticon* Non. *Ithyphallum* Gell. *Lampadionem* Varro. *Ludum* Cic. *Lupum* Fest. *Pacevum* Non. *Pellicem* id. *Personatam* Fest. *Philemporon* Fulgent. *Proiectum* Diomed. *Quadrigeminos* Non. *Romulum* Varro. *Sanniones* Non. *Stalegmum* Donatus in Terent. *Stigmatiam* Varro. *Tarentillam* Charis. Fest. *Testiculariam* Prisc. *Tribacelum* Donat. in Terent. *Tunicularium* Fest. Scripsit et *Saty-*

*ram*, Fest. item Epicum carmen *Iliada*, vel *Iliada Cypriam*, Charis. Prisc. Lusit et *Erotopaegnion*, si Nonio fides, nisi *Laevii* potius sit, perinde ut *Alcestis* et *Protesilaodamia*. De illius Erotopaegnii auctore confer etiam Scaligerum II, 27. lectionum Ausonianarum, et Salmasium p. 942. ad Solinum.

*Novius* centum et quinquaginta annis Naevio iunior, Sullanae dictaturae vicinus in scena viguit. Eum laudant Grammatici: in *Agricola* Non. *Andromacha* Servius I. Georg. *Asinio* Non. *Bubulco cerdone* id. *Bucula* id. *Decuma fullonis* id. *Decumis* id. *Depaticis* id. *Duobus Dossennis* Fest. *Dotata* Non. *Equuleo* Prisc. *Eurysace* Non. *Exodio* id. *Ficitoribus* id. *Filonico* id. *Fullonibus* vel *fullonibus feriatis* Tertull. de pall. Non. *Gallinaria* Non. *Geminis* Non. Prisc. *Hetaera* id. *Ligartaca* Gell. *Lignaria* Gell. Prisc. *Macco* Non. *Macco copone* id. *Macco exule* id. *Malevolis* id. *Maevia Medica* id. *Militibus Pometinensibus* id. *Mortis et vitae iudicio* id. *Optione* id. *Pappo praeterito* id. *Parco* Gell. Non. *Paullo* Non. *Paedio* s. παιδίῳ id. *Phoenissis* Fest. *Pico* id. *Praecone posteriore* Non. *Pullis escam* vel *Pullis* id. *Quaestione* id. *Surdo* Fest. *Tabellariae* Non. *Togularia* Fest. *Triperdita* Non. *Vindemiatoribus* id. *Virgine praegnante* id. *Zona* id. Haec Christophorus Wase exercitatione secunda stricturarum Nonianarum Oxon. 1685. 4. Sed in hoc Wasiano Catalogo vitiosa sunt quaedam nomina, quaedam et omissa. v. Catalogum fabularum, quas Nonius Marcell. memorat, in Ind. ed. Merceri: in quo et ipso *Nonius* vitiose est pro *Novius*, ut est semper in textu Noniano.

Idem *Almeloveenius* EPIGRAMMATA *et* POEMATA VETERA, (150.) ad exemplum P. Pithoei, ex scriptis post Pithoeum vulgatis, Reinesii, Sponii, Salma-

b) Acta Erud. 1694. p. 343.

Salmasii, Barthii, aliorumque collegit, et inter Amoenitates Theologico Philologicas vulgavit ibid. 1694. 8. Hac ratione se levaturum quodammodo credidit iacturam, quam passi sumus perditis collectionibus *Iusti Lipsii*, qui lib. 2. cap. 18. Elector. affirmat, se adolescentem fragmenta veterum scriptorum collegisse distincta classe quadruplici, Oratorum, Historicorum, Poëtarum, Miscellorum: sed furto ablata ab *ἀφίλῳ* quodam *φίλῳ*; unde animum in illo opere pergendi postea abiecerit, maxime postquam intellexerit, Ianum Dousam eundem laborem serio elaborare. Sed vir bonus Almelovenius, ut in aliis institutis, non multum praestitit. *Flavius Ptolemaeus c)* quoque corpus veterum Epigrammatum editurum se professus est, et *Ianus Dousa Pater*, *Hieronymus Columna*, et *Paulus Merula d)* fragmenta Poëtarum collecta et annotationibus illustrata in scriniis habuerunt. De *Nicol. Peirescii* studio in veteribus Epigrammatibus colligendis plane singulari memorat Guil. Cambdenus Epistola 137. A *Zacharia Pistorio* collecta veterum poëtarum fragmenta fuere in Biblioth. Petri Francii V.C. Praeterea *Caspar Barthius* non tantum testatus est, se vetera Epigrammata, nec pauca numero, nec vilia pondere habere, quibus Pithoeana collectio locupletior fieri possit, tam ex lapidibus priscis, quam ex codicibus cascis Adverſ. XV, 1. et XXXVI, 11. Sed et lib. XLIV, 19. corpus vastum omnium Poëtarum latinorum in lucem emittere promisit cum notis et accuratioribus de vita Poëtarum Dissertationibus. His addes denique *Claudium Salmasium, e)* qui in notis ad Hist. Augustam meminit collectionis veteris latinorum Epigrammatum, quam manu exaratam acceperit a *Ioanne Lacurnaeo*.

 Eadem

c) Vide Flavii Observationes cap. 95. T. I. Lampadis Artium Gruterianae.

d) Almeloveenius in praef.

e) Colomes. Bibliotheca selecta pag. 191.

Eadem est, quam apud Salmasium vidisse se testatur Boxhornius p. 30. Epist. *Antonium Augustinum* Episcopum Ilerdensem fragmenta latinorum Poëtarum perquam diligenter congessisse, scribit Fulvius Vrsinus in Virgilio cum Graecis scriptoribus collato p. 7. et 73. 91. Etiam Ianus Broukhusius ad Tibull. p. 381. a *Davide Hogstratano* V. C. exspectare nos brevi iussit fragmenta veterum Poëtarum, *Iani Dousae* et aliorum virorum doctorum egregiis observationibus illustrata. Mittimus alios.

Sed nuper hanc Spartam ornandam suscepit *Petr. Burmannus* Secundus, edito primum 1747. Prodromo quodam Anthol. Epigr. lat. edendae, deinde ipsius Amst. 1749. *Tomo primo* sub hoc titulo: *Anthologia vet. lat. Epigrammatum et poëmatum, s. Catalecta Poëtarum latinorum in Libros sex digesta, ex marmoribus et monumentis Inscriptionum vetustis et Mss. Codd. eruta, primum a Ios. Scaligero, Petr. Pithoeo, Fr. Lindenbrogio, Almelovenio aliisque colligi coepta: nunc autem ingenti ineditorum accessione locupletata, concinniorem in ordinem disposita, et nonnullis virorum doctorum notis excerptis illustrata, cura Petr. Burmanni secundi*, qui perpetuas Adnotationes adiecit. Hic tomus continet libros tres: reliquos Tomus secundus exhibet, qui a. 1773. prodiit, cum Mantissa Adnotationum ad Tomum primum. Accessere duae Epistolae *Maiansii* ad ipsum de inscriptionibus metricis, quae in diversis Hispaniae locis vel extiterunt olim, vel nunc adhuc extant, subiectis quibusdam Epigrammatibus, a *Ios. Finestresio* ICto Barcinonensi missis Maiansio: item Epistola *Io. Schraderi* V. C. in qua sunt coniecturae et correctiones in Epitaphia Tomi secundi. Hoc opus omnes alios huius generis libros obscurat, atque inutiles reddit, tum quod unum habet omnia, tum notas eruditissimas: cuius etiam praefatio de toto hoc genere collectionum legenda est.

X. ER-

X. ERRORES VENEREI sive PETRONII ARBITRI APPENDIX, Varia Erotica, aliaque poëmata et Epigrammata incertorum auctorum complectens, quae a *P. Pithoeo* editioni Petronii Patissonianae a. 1587. primum subiecta, deinde iuxta edit. Lugdun. Frellonianam et *Simonis Abbes Gabbemae* a *Mich. Hadrianide* exhibita ad calcem Petronii, quem cum variorum animadversionibus elegantissime excudi curavit Amstelod. a. 1687. 8. Insunt haec:

*Priapeia*, sive *diversorum Poëtarum in Priapum lusus*, Epigrammata obscoena LXXXVII. cum integris Ios. Scaligeri, Casp. Scioppii *f*) et Frid. Lindenbrogii commentariis, aliorumque notis. Dictum de hac συναγωγῇ supra in *Virgilii Catalectis*.

*Pervigilium Veneris* sive carmen trochaicum *de vere*, quod variorum notis illustratum Meursius parte 2. exerc. Critic. p. 143. Catullo; Ios. Scaliger Q. Catulo Vrbicario, cuius apud Iuvenalem mentio; Senecae Floro tribuit Barthius ad Claudian. p. 147. edit. primae et XVI, 6. Adversar. aliisque in locis; Lipsius Augustei aevi Poëtae, Salmasius et Menagius Poëtae mediae aetatis Solino supparis, alii *Luxurio*, *g*) qui Carthagine vixit

*f*) Scioppius ab inimicis reprehensus propter obscoenas impuritates, quibus commentarium suum repleverat, affirmavit, auctorem eius esse non se, sed Goldastum, qui sub suo, Scioppii, nomine illum vulgasset. Credat hoc, qui volet, Oporino Grubino, sive ipsi Scioppio in Amphotidibus Scioppianis p. 102. seq.

*g*) Salmasius ad Hist. Augustam profert huius Luxurii Epigramma hactenus ineditum:

*Quo festinus abis gula impellente sacerdos?*

Plura eius Epigrammata inedita apud P. Scriverium vidisse se testatur Nic. Heinsius ad Claudianum p. 262. qui Luxorium vocat. *Luxurii*, Poëtae veteris Christiani nonnulla etiam mecum communicavit Nobiliss. Christophorus Woltereck, Glückstadiensis. Vide itidem, quae Almelovenius Poëmatis veteribus inseruit p. 10. sqq. et auctor Ephemeridum Lipsiensium, editarum Germanice a. 1710. pag. 1010. seq. nec non quae ad Claudiani Idyllium de Apono p. 852. Nicol. Heinsius, ex epigrammatis Luxorii ineditis, quae apud Petrum Scriverium vidit, illud

vixit sub Trasimundo Vandalorum Rege. Idem carmen tum ex Lipsii recensione lib. 1. cap. 5. elect. cum eius notis, tum auctius ex Msto Claudii Salmasii exhibetur a *Petro Scriverio* in collectione variorum opusculorum, quae *Baudii amores h)* inscripsit, Lugd. Bat. 1638. 8. additis notis P. Pithoei, Iani Dousae F. Io. Weitzii, Salmasii et Scriverii; in cuius postremis animadversionibus carmina nonnulla *Flori i)* et aliorum ex membranis Salmasii inseruntur. Paulus quoque Colomesius ad Gyraldi dialogos de Poëtis pag. 507. Iosephi Scaligeri observationes in Pervigilium Veneris nactum se testatus est ex apographo Sarravii. Sed illarum editionem acerbus eximii viri obitus intercepit. Idem carmen emendatum cum notis subiicitur poëmatis *Io. Ludovici Praschii*, Norib. 1666. 12. Cum commentario *Andreae Rivini* prodiit separatim Lips. 1645. 4. et cum Scriverii et aliorum notis ac Rivini commentario Hagae 1712. 8. addito Cupidine crucifixo Ausonii. Gallicam Metaphrasin memorat Io. Clericus Tom. 24. Bibl. Select. p. 225. Alia recentior *Nic. Stephani Sanadonis*, S. I. cum notis, (quales eiusdem viri docti exstant in Horatium) Paris. 1728. forma minore, *traduction d'une ancienne hymne sur les fêtes de Venus.* Latinis e regione positis. De Pervigilii vocabulo quo sacrum noctur-

illud de aquis calidis Cernensibus integrum proferens: tum quae in tomo tertio thesauri novi Antiquitatum Romanarum Sallengriani p. 165. et 234. seq. illustris Cuperus in diss. de elephantis in nummis. Caeterum in Msto Codice Salmasii inter pervigilium Veneris atque Luxorii huius poëmatia intersunt paginae 48. in fol. Vide Menagiana Tom. 3. p. 14. et 81. nec non Tom. 4. p. 310. edit. Amstelod.

h) Baudii amores ex una eademque editione in titulo iam Hagam, iam Lugdunum Batavorum, iam Amstelodamum referre videas.

i) Flori Poëtae, qui sub Hadriano vixit, mentio apud Spartianum. Hunc Salmasius eundem esse existimabat cum L. Annaeo Floro, cuius breviarium Historiae Romanae habemus. Fuit et saeculo IV. post natum Christum quidam Flori nomine Diaconus Lugdunensis, cuius versus edidit Mabillonius Tom. 1. Analect. pag. 388. seq.

nocturnum innuitur, vide Petronium Burmanni p. 72. Addam et hoc, quod Pervigilium Veneris et Ausonii Cupidinem crucifixum Anglico translatum carmine dedit Thomas Stanlejus Lond. 1651.

*Florida* sive *Flori Poëtae de qualitate vitae* versus trochaici, qui itidem cum Lipsii, Pithoei et Scriverii notis inter Baudii amores occurrunt.

Epigrammata *Valerii Aeditui*, *Porcii Licinii*, *Q. Catuli*, *C. Caesaris Octaviani Augusti*, *C. Cilnii Maecenatis*, *Gallieni k) Imp.*, *L. Pomponii*, *Asinii Galli*, *P. Virgilii Maronis*, *C. Plinii*, *L. Apuleji*, *Petronii Afranii*, *Alcimi*, *Claudii Claudiani*, *V. C. Licinii Calvi*, *Regiani*, *Sentii Augurini et incertorum.*

*Rufini V. C. Pasiphaae fabula ex omnibus metris Horatianis*, cum notis Gabbemae.

*L. Apuleji* ἀνεχόμενος ex Menandro, cum Scioppii, Gabbemae, aliorumque notis. Hoc Poëmation primus una cum aliis veterum aliquot eiusdem fere argumenti Epigrammatis vulgavit Claudius Binetus, de quo mox: postea in praecidaneis suis ad Petronium illustravit Ianus Dousa Pater lib. 3. cap. 7. Habes illud etiam in variis Apuleji editionibus uti Wowerii, Colvii, Elmenhorstii; et ad calcem Priapeorum cum Scioppii notis. In libro, quem Baudii amores inscribi diximus, notis P. Scriverii illustratum legitur, qui vel suppositititium vel infimae aetatis esse censet. Tanquam genuinum Apuleji, in testimonium citat Hugo Grotius ad Iacobi IV, 2. Elmenhorstio visum est, recentioris Itali foetum esse. Gabbema vero et Hadrianides exhibent iambos non minus lascivos Iacobi Durantii Caselii, quibus illis Apulejanis contradicit. Extant in eius variis lectionibus lib. 2. c. ult.

*Ausonii*

k) Vide Eustathii Swertii Analecta lib. 1. c. 10.

*Auſonii cento nuptialis* e Virgilianis verſibus conſarcinatus ad Paulum, et eiuſdem *Cupido cruci affixus* ad Gregorium Filium, quae utraque inter Auſonii ſcripta ſaepius vulgata et in Baudii amoribus cum Mariangeli Acurſii, Eliae Vineti, Io. Brodaei, Ioſ. Scaligeri, Cl. Salmaſii et Scriverii notis, tum in calce Petronii a Mich. Hadrianide, Gabbemae, Pontani, aliorumque animadverſionibus illuſtrata exhibentur. Locum in Auſonii Cupidine cruci affixo illuſtratum videre licet in Memoriis Trevoltinis a. 1714. pag. 469. et a. 1717. p. 1181. 1189.

Eiuſdem *Auſonii Roſae, Elegia.*

*De Priapiſmo* ſive *propudioſa libidine Cleopatrae* l) *Reginae eiuſque remediis Epiſtola Heraclii Imperatoris* ad Sophoclem Philoſophum, pro expoſitione libri ſcripti tabulis aeneis, inventique ad caput Cleopatrae Reginae in ſuo ſepulchro.

*Sophoclis Sophiſtae* ad Heraclium. *C. Antonii Coſ.* ad Q. Soranum de incontinentia libidinis Cleopatrae Reginae. *Q. Sorani* ad Antonium Coſ. de modo medendi ardorem eiuſdem Cleopatrae. *Cleopatrae* ad Q. Soranum. *Q. Sorani* ad Cleopatram de medendo ardore libidinis. Has ſex Epiſtolas commentitias ex Bibl. Goldaſti primus Patavii ediderat, et Priapeis a ſe illuſtratis ſubiecerat Caſp. Scioppius.

Denique appendicem hanc Petronii claudit Tobiae Gutberlethi carmen trochaicum, quod a Gabbema inſcribitur, *per anguſta ad auguſta.*

Ceterum huius Collectionis baſis eſt alia antiquior *Claudii Bineti* Bellovacenſis edita Pictavi 1579. è libro

Mſto

l) Auctor Scholiorum ad tetrabiblon Ptolemaei lib. 3. p. 88. Πολλαῖς τῶν γυναικῶν γίνεται συναίϑησις τῆς συλλήψεως, κλονουμένης τῆς μήτρας καὶ εἰς αὐτὴν συνερχομένης καὶ ἀναρπαζούσης τὸ ἐν τοῖς ἔξω μέρεσι σπέρμα, εἰς τὸ κύκλον καὶ εἰς τὸ βάϑος, καϑὸ Κλεοπάτρα φησί.

Msto Bibliothecae Bellovacensis, et alia Iac. Cuiacii facta, addidis plurimis aliis, quae Florentiae et Romae in Bibliotheca Vaticana repererat, ut in praefatione tractat, et subinde in notis: eaque editio profuit Dousae et aliis in his epigrammatis corrigendis. v. Burmannum Sec. V. Cel. in praefatione Authol. p. XXXIV. cui huius collectionis, nunquam nobis visae, notitiam debemus.

XI. CORPUS OMNIUM VETERUM POETARUM LATINORUM secundum seriem temporum digestum et quinque libris distinctum, praefixa uniuscuiusque Poëtae vita, Genev. 1611. 4. 2. voluminibus, quibus continentur: Fragmenta m) *Livii Andronici* et *Q. Ennii*. *M. Accii Plauti* Comoediae XX. Fragmenta *Cn. Naevii*, *Q. Novii*, *M. Pacuvii*, *Statii Caecilii*, *L. Accii*, *Pub. Terentii* Comoediae VI. Fragmenta *C. Lucilii*, *Sex. Turpilii*, *Cn. Matii*, *L. Afranii*, *Q. Trabeae et Cic. Licinii Imbricis*. Hactenus liber primus. *T. Lucretii Cari* de rerum natura libri sex, Fragmenta *L. Pomponii Attellanarum Poëtae*, *Decii Laberii*, *Q. Catuli*, *et Attae*, *Pub. Syri*, *Porcii Licinii et C. Valerii Aeditui*. *C. Valerii Catulli* Poëmatum et Epigrammatum liber ad Cornelium Nepotem. Fragmenta *Corn. Licinii Calvi*, *C. Helvii Cinnae*, *M. Furii Bibaculi*, *Pub. Terentii Varronis Atacini*, *C. Ticidae*, *Furii Antiatis*, *et Laureae Tullii*. Hactenus secundus liber. *P. Virgilii Maronis Bucolica*, *Georgica et Aeneis* praemissa Virgilii vita a *Donato* scripta, variisque de Virgilio testimoniis. *Q. Horatii*

m) Norit Lector, fragmenta in hoc corpore petita esse ex collectione Rob. et Henrici Stephanorum, quam paulo ante recensuimus. Deinde non pauca poëmata praetermissa, uti Gratii Cynegeticon; Germanici Aratea, Phaedri fabulas, Rutilii Itinerarium, Avieni et Prisciani Periegesin etc. ut minora poëmatia, Epigrammata et fragmenta complura, et Poëtas innumeros Christianos, et sequioris aevi, omittam.

*ratii Flacci* Odarum libri IV. Epodon liber, qui clauditur carmine feculari pro imperii Romani incolumitate: libri duo Satyrarum. Epiſtolarum libri totidem, et de arte Poëtica liber ad Piſones. *Fragmenta pauca T. Valgii. Albii Tibulli* Elegiarum libri IV. Libellus elegiarum ſub nomine *Cn. Cornelii Galli*, et carmen Lyricum, quod incipit, *Lydia bella puella candida. Sex. Aurelii Propertii* Elegiarum libri IV. Fragmenta pauca *L. Varii. P. Ovidii Naſonis* Libri VI. Faſtorum. Triſtium libri V. De Ponto libri IV. Ibis ex edit. Andreae Naugerii. Conſolatio ad Liviam de morte Druſi. Epiſtolae XIV. Heroidum. Amorum libri III. de arte amandi, totidem: libri II. de remedio amoris. Fragmentum de medicamine faciei. Nux. Somnium, Epigrammata duo, fragmentum Halievticon. Pulex. Philomela. Metamorphoſeon libri XV. Fragmenta pauca *Domitii Marſi, C. Germanici Auguſti. Caeſii Baſſi et Aemilii Macri. L. Annaei Senecae* Tragoediae X. Fragmentum *C. Aſinii Galli. A. Perſii Flacci* Satyrae VI. Fragmenta *Corn. Severi*, qui Poëta ſub Auguſto floruit, et male a quibuſdam confunditur cum Caſſio Severo Oratore. *M. Annaei Lucani* Pharſaliae libri X. ſubiecta Io. Sulpicii Veruliani appendice, et querela de interitu Poëtae, opere nondum perfecto. Eiuſd. *Lucani* Poëmation ad Calpurnium Piſonem, *Ovidio* falſo adſcriptum, Adr. Iunii beneficio auctori ſuo redditum et emendatum, Lib. VI. cap. 1. Animadverſ. Fragmenta exigua *Cn. Getulici*, et *C. Pedonis Albinovani*. Hactenus liber tertius, quo volumen prius clauditur, *P. Statii Papinii* Silvarum libri V. Thebaidos libri XII. Achilleidos libri II. *Silii Italici* de bello Punico ſecundo libri XVII. *C. Valerii Flacci* Argonauticon libri VIII. *D. Iun. Iuvenalis* Satyrarum libri V. *M. Valerii Martialis* Epigrammata in Amphitheatrum Caeſaris, Epigrammatum libri XIV. Fragmenta

menta *Auli Sereni*. *Rufi Festi Avieni* fabulae 42. *Alphii Aviti* fragmentum. *Alcimi Aviti* Archiepiscopi Viennensis poëmatum sacrorum libri V. quorum 1. est de Origine mundi 2. peccato protoplastorum 3. de sententia Dei in peccatores 4. de diluvio mundi 5. de transitu Israelitarum per mare rubrum. Eiusdem de consolatoria castitatis laude ad Fuscinam sororem. Fragmenta pauca *Septimii Afri*. *T. Calpurnii Siculi Eclogae VII.* ad Nemesianum Carthaginensem. *M. Aurelii Olympii Nemesiani Cynegeticon et Eclogae IV.* Hactenus liber IV. Cl. *Claudiani* de raptu Proserpinae libri III. In Rufinum libri II. In Eutropium libri totidem. De bello Gildonico liber, alius de bello Getico, in tertium, quartum et sextum consulatum Honorii, et in Mallii Theodori Consulatum panegyricum. Libri III. de laudibus Stiliconis. De Probini et Olybrii fratrum Consulatu panegyricum. In nuptias Honorii Imp. et Mariae, Laus Serenae uxoris Stiliconis, aliaque minora carmina et Epigrammata. *D. Magni Ausonii Burdegalensis* Epigrammata 141. Ephemeris, Parentalia, commemoratio Professorum Burdegalensium, Epitaphia Heroum, qui bello Troiano interfuerunt et aliorum quorundam, Epigrammata de XII. Caesaribus, Ordo nobilium Vrbium, Ludus VII. Sapientum, Idyllia XX. Eclogarum et Epistolarum XXIV. liber. *Damasi* Episcopi Romani elegiae de Paulo Apostolo, Agnete Martyre, Apostolo Andrea, Agatha Martyre, de Felice, de nomine Iesu, de Christo, de ascensione Christi, et de cognomentis Salvatoris. *Iuvenci* Historiae Evangelicae libri IV. *Aurelii Prudentii Clementis* Psychomachia, liber Cathemerinon, Peristephanon, Apotheosis, Hamartigenia, contra Symmachum liber, et Enchiridion historiarum Vet. et Novi Testamenti. *Pontii Paulini carmen* de Io. Baptista, et III. Epistolae. *Venantii Honorii Clementiani Fortunati libri IV.*

poëmatum: 1. de partu virginis, 2. de Christi Iesu beneficiis, 3. de vita hominum, 4. de certaminibus et miraculis piorum. *C. Sollii Sidonii Apollinaris*, quae inter eius Epistolas carmine scripta occurrunt, et Panegyrici, Epithalamia, aliaque poëmatia et Epigrammata. *Mauri Terentiani* de literis, syllabis, pedibus et metris carmen, in quo liber quintus atque adeo tota haec collectio desinit.

CHORVS Poëtarum lustratus et illustratus, sive idem corpus poëtarum latinorum emaculatum et in duos choros sacrorum profanorumque digestum, cum notis prodiit Lugduni 1616. 4. curante *Alexandro Ficheto* n) Iesuita, qui nomen suum tum dissimulatum prodidit in arcana studiorum omnium methodo p. 223. Haec editio, obscoenos versus expungit, caeterum auctior priore est, adiectis poëtis *Manilio*, *Columella*, *Boethio*, *Sereno Sammonico*, *Rhemnio*, *Mario Victore*, *S. Paulino*, *Sedulio*, *Aratore*, *Prospero* Aquitanico, *Ennodio*, Idylliis *Cypriani*, *Lactantii*, *Hilarii*, *Dracontii*, fragmentisque *Senecae* et *Petronii*: et adiuncto museo sive indice duplici Rhetorico et Poëtico in omnes Poëtas, Kalendario item veteri Pontificio et rustico Romanorum cum Ficheti notis p. 1171-1208. Exstat et tertia corporis Poëtarum Latinorum editio a. 1627. primae anni 1611. vestigiis insistens.

Denique auctius longe et e melioribus editionibus expressum 2. Volum. in fol. typis nitidis, Lond. 1713. apud I. Nicholson, B. Tooke et I. Tonson, cum indice poëtico Farnabiano descriptionum, imaginum, rerumque dedit Clarissimus Vir *Michael Maettarius*, atque

n) Dominicus de Colonia hist. literaria de Lyon Tom. 2. p. 708. *Le P. Fichet en purgeant le* Corpus Poëtarum, *semble avoir porté la delicatesse un peu trop loin. On en pourra juger par ce seul traité Catulle dans son* Passer *commence ainsi:* Lugere o Veneres Cupidinesque! *le Pere lui fait dire:* Lugete alia tuum chori frequentes.

atque Sereniss. Subaudiae Duci, Francisco Eugenio dedicavit hoc titulo: *Opera et fragmenta veterum Poëtarum Latinorum, Profanorum et Ecclesiasticorum.*

*Luc. Accius* p. 1487.
*Caietanus Lucilius* 1496.
*Sex. Turpilius* 1507.
*Cn. Matius* 1509.
*Lu. Afranius* 1510.
*Quint. Trabeas* 1514.
*C. Licinius Imbrex* 1514.
*Quint. Novius* 1514.
*Lu. Pomponius* 1515.
*Dec. Laberius* 1517.
*Quint. Catulus* 1519.
*Quint. Atta* 1520.
*Pub. Syrus* 1520.
*Por. Licinius* 1523.
*Val. Aedituus* 1524.
*C. Licinius Calvus* 1524.
*C. Helvius Cinna* 1524.
*M. Furius Bibaculus* 1525.
*P. Ter. Varro Atacinus* 1525.
*C. Ticida* 1525.
*Furius Antias* 1526.
*Laur. Tullius* 1526.
*T. Valgius* 1526.
*Lu. Varius* 1527.
*Dom. Marsus* 1527.
*Caes. Bassus* 1527.
*Aem. Macer* 1528.
*C. Rabirius* 1528.
*C. Asin. Gallus* 1528.
*Cornelius Severus* 1528. et 1583.
*Pomponius Secundus* 1529.
*Cn. Getulicus* 1529.
*Sex. Haena* 1529.
*C. Pedo Albinovanus* 1530. et 1589.
*Volc. Sedigitus* 1530.
*Sentius Augur.* 1530.
*Aul. Serenus* 1530.
*Septimius Afer* 1531.
*M. Ter. Varro* 1531.
*Titinius* 1541.
*Suevius* 1542.
*Albinus* 1542.
*Alphius Avitus* 1543.
*Ilius* 1543.
*C. Granius* 1543.
*Memor,* al. Memmius 1543.
*(C.) Iulius (Caesar Strabo)* 1543.
*Sempronius Gracchus* 1543.
*Varius* 1543.
*Cil. Maecenas* 1543.
*P. Pomponius Secundus* 1543.
*Rutilius Geminus* 1543.
*Incerti Tragici* 1543.
*M. Tullius Cicero* 1545. et 1548.
*Germanicus Caesar* 1547. et 1563.
*Seneca Philosophus* 1566.
*Petronius Arbiter* 1567.
*Petronius Venusianus* 1573.
*Petronius Antigenides* 1573.
*Petronius Hilarius* 1574.
*Petronius Levita* 1574.
*Alcimus* 1574.

*Euge-*

Poëtae Ecclesiastici.



Ad calcem subiiciuntur omissi.



# CAPVT II.

DE

# HISTORICORVM FRAGMENTIS ET COLLECTIONIBVS.

I. *Fragmenta Historicorum collecta ab Ant. Augustino et Fulvio Vrsino, ab Antonio Riccobono et Ausonio Popma.* II. *Corpus Historiae Romanae scriptorum.* III. *Scriptores a Sylburgio iunctim editi.* IV. *a Grutero, Blancardo et aliis.* V. *a Dionysio Gothofredo.* VI. *Onufrio Panvinio.* VII. *Collectiones quibus titulus Resp. Romana.*

I. FRAGMENTA HISTORICORVM ab *Antonio Augustino* collecta et a Fulvio Vrsino emendata, cum Vrsini ad Sallustium, Caesarem, Livium, Vellejum, Tacitum, Svetonium et reliquos Historiae Augustae scriptores observationibus, edita sunt Antverpiae a. 1595. 8. Insunt fragmenta *Q. Fabii Pictoris*, et *Fabii Maximi Serviliani* p. 3. 8. *C. Licinii Macri* p. 12. *Sempronii Asellionis* p. 14. *L. Coelii Antipatri* p. 20. *Q. Claudii Quadrigarii* p. 28. *Clodii Licinii* sive *Claudii*, qui C. Acilii annales Romanos ex Graeco latine vertit, p. 29. *L. Cincii Alimenti* p. 30. *Cn. Gellii* p. 33. ubi et *L. Calpurnii Pisonis* et Poëtarum M. Pisonis et L. Pisonis mentio. Fragmenta *L. Cassii Heminae* p. 41. *L. Cornelii Sisennae* p. 54. *Sisennae* fragmenta *Christophorus* postea *Colerus* inseruit notis ad Sallustium. Eadem pluribus locis emendat *Elias Putschius* in Variis Lect. Mss. L. I. cap. 2. quaedam etiam illustrat Ianus Guilelmius Verisimil. III, 10.

Sed

Sed et *Antonius Riccobonus* ad calcem libri de Historia collegit fragmenta *M. Porcii Catonis Censorini, Q. Claudii Quadrigarii, L. Sisenae, C. Crispi Sallustii, M. Varronis, Fabii Pictoris, Pisonis Frugi, C. Fannii, L. Coelii Antipatri, Sempronii Asellionis, C. Licinii Macri, Valerii Antiatis, L. Cassii Heminae, Q. Aelii Tuberonis, C. Oppii, Cornelii Nepotis, P. Nigidii, M. Valerii Messalae, Fenestellae, Atteji Capitonis, Masurii Sabini, Tuditani, Cn. Gellii, L. Cornelii Syllae, L. Cincii Alimenti, Iulii Hygini et Sammonici Sereni.* Venet. 1568. 8. Basil. 1579. 8. Annalium *Fannianorum* compendium scripserat *Brutus.* Vide Cic. XII, 5. ad Atticum. De hoc *Fannio* dissertationem edidit Altorfii 1691. Dan. Guil. Mollerus, in qua et alios Fannios refert post Glandorpium in Onomastico. Exstat et eiusdem Molleri de *Q. Fabio Pictore* diss. ibid. 1689. in qua §. 13. recte post Vossium observat, Sigonium ad Livii lib. XXII. non scribere, se historiam Q. Fabii (ut verba Sigonii accepit Pighius) sed Appiani Hannibalica legisse apud Lud. Beccatellum.

*Ausonius* post *Popma* fragmenta Historicorum a. 1620. 8. collegit. Nomina illorum sunt: *Q. Fabius Pictor, Q. Fabius Servilianus, L. Cincius Alimentus, C. Acilius, C. Fannius,* (de quo Baelium consules in Lexico,) *Vennonius Scribonius Libo, M. Porcius Cato, A. Posthumius Albinus, Cn. Gellius, Sex. Gellius, L. Calpurnius Piso Frugi, Lutatius, L. Coelius Antipater, Q. Aelius Tubero, P. Rutilius Rufus, P. Sempronius Asellio, Clodius Licinius, L. Licinius Macer, L. Cassius Hemina, Claudius Quadrigarius, Q. Valerius Antias, Cn. Aufidius, L. Cornelius Sisenna, M. Terentius Varro, Q. Hortensius Ortalus,* (de hoc quoque, ubi voles, Baelium consules) *T. Pomponius Atticus, Cornelius Nepos, L. Fenestella, Tanusius Geminus,*

*minus*, *Domitius*, *Cn. Egnatius Verinus*, et *M. Octavius*. Haec collectio *fragmentorum historicorum* subiicitur sine notis editioni Sallustii Amstelodamensi 1661. 12. sed Cantabrigensi 1710. 4. cum notis *Popmae*, novisque *Iosephi Wassii* curis, item *Cortianae* ex edit. Wassiana, et *Havercampianae*.

II. CORPVS HISTORIAE ROMANAE SCRIPTORVM LATINORVM VETERVM primus edidit *Henr. Stephanus* 1568. 3. Voll. 8. admistis tamen et graecis, *Dione* et *Herodiano*. Insunt post *Sigonii* Fastos Consulares, et eius in hos Commentarium, *Velleius*, *Svetonius*, *Scriptores VI. Hist. Aug.*, *Pomponius Laetus*, (de quo mox) *Egnatii* Lib. III. de Caesaribus, *Ammianus* et *Eutropius*. Aliud prodiit Genev. 1609. f. 2. volum. et ibid. 1653. In *volumine primo* post *Barth. Marliani* de Origine urbis Romae diatribam, et annotata quaedam, nescio cuius auctoris, de Graecorum Latinorumque mensuris, ponderibus et nummis, exhibentur *Livius*, Pseudo-*Messala Corvinus* de progenie Augusti, *Flori* libri VI. *Velleius Paterculus*, *Sex. Aurelius Victor* de Romanae gentis origine, de Viris illustribus, de Imperatoribus, et Scriptores Hist. Augustae, *Sexti Rufi* sive *Rufi Festi* Breviarium, *Eutropii* libri X. cum octo libris additionum *Pauli Diaconi*, *Magni Aurelii Cassiodori Chronicon*, *Jornandes* de Regnorum ac temporum Successione, *C. Iul. Caesaris* et *Hirtii* commentaria, *C. Crispi Sallustii* coniuratio Catilinae, bellum Iugurthinum, fragmenta, et Porcii Latronis oratio in L. Sergium Catilinam. Hactenus Tomus prior.

*Messalae* libellus prodierat edente *Iac. Bedroto* ad calcem Flori edit. Colon. 1540. 8. et praemissus Livio Paris. 1552. f. Exstat etiam in tomo posteriore scriptorum Hist. Aug. Iani Gruteri, et in Gothofred. Hist. ant.

Sepa-

Separatim etiam a se recensitum vulgavit *H. Meibomius* Senior Helmstadii 8. sine anni indicio. cf. Dan. Georg. Molleri diss. de M. Messala Corvino, Altdorf. 1689. p. 14. et Io. Conradum Dietericum in vita Augusti pag. 169. Spurium et inferioris aetatis esse, nunc dubitet. Deperdita Messalae, quem *exactissimi ingenii in omnes studiorum partes et latini utique sermonis exactissimum observatorem* vocat Seneca Controv. 12. scripta sunt: *liber de litera Samatoria*, *liber de Romanis familiis*, *indignatio*, *libri de auspiciis*, *orationes et declamationes.* Obiit a. V. C. 765. Plura de illo Nic. Faber ad Senecae Controvers. 12.

In *posteriore volumine* occurrunt *Suetonius*, *Tacitus*, *Spartianus*, et reliqui Histor. Augustae scriptores quinque, *Ammianus Marcellinus* et *Iustinus*. Hisce, praeter *P. Victoris* de regionibus urbis Romae libellum, accedunt nonnulla scriptorum recentium, *Pomponii Laeti*, qui vero nomine *Iulius Sanseverinus* vocabatur, Compendium Hist. Rom. ab interitu Gordiani iunioris, usque ad Iustinianum III. a) *Io. Baptistae Egnatii* de Romanis Caesaribus libri III. cum viri docti supplemento ad Rudolphum II. *Andreae Alciati* de Magistratu et civilibus militaribusque officiis Romanorum: denique nescio cuius recentioris scriptoris libellus de origine, forma et magnitudine Romae.

III. *In Historiae Romanae Scriptoribus a Friderico Sylburgio*, qui notas breves etiam addidit, in tres tomos, quorum postremus Graecos scriptores complectitur, digestis et recensitis Francof. 1588. f. praeter scripta Veterum Latina superiore collectione memorata habetur *libellus* incerti autoris *de XIV. regionibus urbis* *Romae*,

S 5

a) Hoc Compendium primum editum est Venet. 1598. 4. de Laeto ipso qui Romae eodem anno mortuus est, v. Diarium Venetum eruditorum Ital. Tom. 22. p. 366. sq.

*Romae*, qui Notitiae dignitatum imperii occidentis praemittitur a *Pancirollo*, et diversus est a Rufi Festi et P. Victoris eiusdem argumenti. Addidit etiam Sylburgius opusculum *Iulii* sive *Lucii Exsuperantii*, scriptoris antiqui, sed non satis exploratae aetatis, *de Marii*, *Lepidi et Sertorii bellis civilibus*. Vicissim omisit recentium scriptorum opuscula, excepto compendio *Iulii Pomponii Laeti*. *b*) Alios Exsuperantios vide ap. Papebrochium in Actis Sanctor. T. 7. Mai. p. 261.

*Historiae Rom. Epitomae* T. II. prodiere Florent. 1723. 8. Insunt T. 1. *Florus*, *Velleius*, *Victor*, T. 2. *Rufus Festus*, *Messala*, *Eutropius*, *Suetonius*, *Paullus Diaconus*, *Cassiodorus*, *Iornandes*, *Exsuperantius*, *Fasti Capitolini*, et *Auctor incertus*, de ponderibus et mensuris.

IV. *Historiae Augustae* Scriptorum primus Corpus dedit *Aldus* Venet. 1518. et 1519. 8. In primo volumine insunt *Suetonius*, *Victor*, *Eutropius*, *Paullus Diaconus:* in altero Nervae, Traiani, Adriani vitae e *Dione*, G. Merula interprete, *Sex Scriptores Hist. Aug.* libri *Egnatii* de Caesaribus, et annotationes in illos scriptores, *Aristidis* Or. de laudibus Romae, *Scip. Carteromacho* interprete, et Conflagratio Vesuvii e *Dione*, interprete Merula. Pars posterior repetita est a Iunta Florentiae 1519. 8.

Post

*b*) *Iulii Exsuperantii* ille libellus repertus fuit ad calcem Sallustii de bello Catilinar. et Iugurthino in Msto Petri Pithoei, unde ex Sallustii historiarum libris breviarium quoddam esse creditur, et a Iosepho Wassio et Cortio subiunctus esse Sallustio in nova editione Cantabrig. 4. Exsuperantius quidam Dertonensis Episcopus subscripsit Concilio Aquilejensi a. C. 381. Exsuperantius de Gallicia Lucensis conventus municipii Celenis, interfuit Concilio Toletano a. 400. sed hi nihil ad nostrum. At hic noster fortasse idem cum Exsuperantio, quem memorat Rutilius itinerar. lib. 1. v. 213. De S. Exuperantio Archiep. Ravennate Agnelli librum Pontificalem p. 254. seq.

Post Aldum novum Corpus tale curavit et edidit *Erasmus* Colon. 1527. f. Insunt praeter *Suetonium* et sex *Scriptores Hist. Aug. Victor, Eutropius, Paullus Diaconus, Ammianus, Pompon. Laetus, I. B. Egnatius. Historiae Augustae Scriptores latini minores a Iano Grutero* collecti, MSS. Palatinorum ope emendati et notis illustrati Hanov. 1611. fol. hi sunt: *Florus, Velleius, Suetonius, Spartianus* cum reliquis quinque, *Ammianus Marcellinus, Iulius Exsuperantius, Aurelius Victor, Paulli Diaconi* et *Landulphi Sagacis* Historiae Miscellae libri XXVI. *Iornandes* de Regnorum temporumque successione et de rebus Geticis, *Paulli Warnefridi* libri sex de rebus gestis Langobardorum, et *Sexti Rufi* breviarium. Saepius etiam iunctim excusi scriptores nonnulli minores Romanae Historiae, ut anno 1607. e Raphelengii officina *Florus, Aurelius Victor, Festi Rufi breviarium, Messalae Corvini libellus, Chronicon Cassiodori* et *Eutropius*. Similiter Lugd. Bat. 1648. 12. volumen, quod Historiae Romanae Epitome inscribitur, e museo *Nic. Blancardi*, complectitur *Florum, Velleium, Aurel. Victorem, Rufum Festum, Messalam, Eutropium cum Paullo Diacono, Chronico Cassiodori, Iornande de regnorum successione* et *Iulii Exsuperantii libello de Marii Lepidi ac Sertorii bellis civilibus*.

V. *Antiquae Historiae ex XXVII. auctoribus contextae libri IV.* opera Dionysii Gothofredi Lugd. 1591. 12 2. volum. In hac collectione reperies *Berosi* Chaldaei de antiquitatibus libros V. *Manethonis* Aegyptii supplementa ad Berosum et *Io. Annii* Viterbiensis Chronologiam Hetruscam, *Metasthenis* Persae de iudicio temporum et Annalium Persarum, *Philonis* Iudaei breviarium de temporibus, *Xenophontem* de aequivocis, *Archilochi* Epitheton de temporibus, *Myrsilum* de origine

gine Tyrrhenorum et Italiae, *Catonis* fragmenta de originibus, *Sempronii* de visitatione et chorographia Italiae, *Q. Fabii Pictoris* de aureo seculo et origine urbis Romae ac vocabulis eius, et libros duos de Romulo, Fragmentum itinerarii *Antonini Pii*, *Grimoaldi* Volturnae sive Etruriae Praefecti Excerpta quaedam de ipsa Etruria. Merito mirantur Eruditi Gothofredum haec Anniana commenta in suum antiquae historiae corpus sine censura admisisse. Porro apud eum sequitur *Messalae Corvini* libellus de progenie Augusti ad eundem Augustum, de quo ante. *Livii Epitomator*, *qui Gothofredo* videtur Augusti Imperator. temporibus scripsisse, *Flori* libri IV. Historiae Romanae, *Sexti Rufi* breviarium, *Eutropius*, *Ausonii* carmina de XII. Caesaribus, *Sextus Aurelius Victor* de viris illustribus ex veteribus libris auctus, de origine gentis Romanae, Excerpta ex libro Sexti Aurelii Victoris de vita et moribus Impp. ab Augusto usque ad Theodosium ex edit. A. Schotti, historia abbreviata de Caesaribus ab Octaviano Augusto ad consulatum decimum Constantii Augusti et Iuliani, *Cassiodori* chronica ad Theodoricum Regem, *Paulli Diaconi* de rebus gestis Romanorum libri ad Eutropii historiam additi, e *Svida* Excerpta, *Pomponii Laeti* Historiae Romanae compendium ab interitu Gordiani iunioris ad Iustinum III. e Volaterrani libro 3. et 13. Anthropologiae de vitis Imperatorum, *Ioannis Baptistae Egnatii* Romanorum Principum libri III. et denique appendix Sexti Aurelii Victoris. Notabit autem lector libros hosce ab Epitome Livii usque, nec una serie integros exhiberi, sed ita sibi invicem permixtos esse, ut ex singulis iunctim congesta appareant, quae ad unius aetatis vel Caesaris historiam pertineant.

VI. Cum

VI. Cum *Onuphrii Panvinii* Veronensis Augustiniani libris tribus commentariorum *de urbe Imperio et civitate Romana* Venetiis 1558. editi sunt *Sexti Rufi* et *P. Victoris de regionibus urbis Romae*, et *Rutilii Claudii Numantiani Itineraria duo*. In Parisiensi editione a. 1588. 8. accesserunt *Origo gentis Romanae* incerto auctore, *c*) quae incipit: *Primus in Italiam creditur venisse Saturnus*, *Sex. Iul. Frontini de aquae ductibus urbis Romae libri II. Eiusd. de coloniis*, nunc primum editus, *Legis Mamiliae*, *Rosciae*, *Allenae*, *Peducaeae capita quaedam de agris assignatis et constitutionibus limitum:* locus de coloniis *ex libro I. Velleji Paterculi:* sed et haec hypobolimaea quae Annius Viterbiensis vulgaverat: *M. Porcii Catonis Originum liber I. Q. Fabii Pictoris de aureo seculo et origine urbis Romae libri II. C. Sempronii de divisione Italiae. Myrsilii Lesbii de origine Italiae et Tyrrhenorum libri 2.* Haec quatuor postrema opuscula ab autore esse dicuntur, autoritatis licet et fidei dubiae, antiquitatis tamen non omnino contemnendae.

VII. Exstat etiam minore forma collectio duplex, quae inscribitur *Respublica Romana;* in altera occurrunt Vellejus, Florus, Aurelius Victor, Eutropius, Cassiodori Chronicon etc. in altera haec recentiorum scriptorum opuscula studio *Petri Scriverii* collecta exhibentur: *Andreae Dominici Flocci* ad Brandem Cardinalem Placentinum (qui creatus erat a. C. 1411.) de potestatibus Romanorum libri II. qui antea falso *L. Fenestellae* nomine circumferebantur, editi primum Colon. 1539. 8. cum Scholiis *Matthiae Bredenbachii.* Primus sub Flocci nomine edidit Aegidius Witsius Brugensis

c) Eadem est, quae saepissime postea prodiit sub nomine *Aurelii Victoris*, ut dictum supra in Victore, et cum A. Schotti notis exstat etiam ad calcem Antiquitatum Rom. Dionysii Halicarnassei, in edit. Wecheliana et Lipsiensi.

ſis a. 1561. 8. Flocco iampridem vindicaverat Flavius Blondus in Hetruria, Gyraldus dialogo IV. de poëtis, qui legerat Epiſtolam Flocci ad Cardinalem, quam in edd. omiſſam dolet *Simon Leevius*, in libro de origine et progreſſu Iuris Civilis Rom. in quo et hic libellus ſub *Feneſtellae* nomine eſt cum notis. Is Feneſtellae quidem eſſe putat, ſed interpolatum a Flocco e Plinio et Gellio. *Pomponii Laeti* de Magiſtratibus et Sacerdotibus Romanis ad Pantagathum libri II. *Raph. Volaterrani* de eodem argumento ex comment. Vrbanor. lib. 29. *Andr. Alciati* liber de Magiſtratibus et officiis Rom. *Petri Nannii* de comitiis Rom. ex lib. X. c. ult. Miſc. *Iuſti Lipſii* commentariolus de Magiſtratibus Vet. Pop. Rom. *Iani Guilelmi* et *Georgii Vauchopii* de eodem argumento, denique *Appendix* de Romae ſtatu hodierno et Pontificis auctoritate ac reditibus, ex variis autoribus collecta.

Libris quatuor Antiquitatum Romanarum *Philippi Caroli* Francof. 1670. 12. excuſis ſubiiciuntur iidem Pſeudo Feneſtellae libri II. de poteſtatibus ſive Magiſtratibus Romanorum, Pomponii Laeti, Raphaelis Volaterrani et Henr. Bebelii de Romanorum Magiſtratibus et Sacerdotibus libelli et Valerius Probus de interpretandis literis antiquis Romanorum. *d*)

Nuperrima Collectio ſcriptorum latinorum veterum Hiſtoriae Romanae facta eſt Heidelbergae, tribus tomis a. 1743-48. in f. curante *Bennone Caſpare Hauriſio*. Scriptores ipſi non ordine iuſto digeſti ſunt. Nam tomus primus cum habeat *Livium*, alter cum *Meſſala, Corvino, Floro, Vellejo, Victore, S. Rufo*, et *Eutropio*, habet *Paullum Diac. Caſſiodorum, Iornandem, Scr. Hiſt. Aug. Ammianum* etc. tertio ſequuntur *Suetonius*

*d*) Hic in ed. Fabric. additus eſt Catalogus libellorum ceterorum, qui ſunt in illo Levii (*van Leewen*) collectione: ſed, quia ad Ius Romanum pertinent omnes, omiſimus.

*tonius*, *Tacitus*, *Iulius Caesar* etc. cum quibusdam recentioribus, *Laeto*, *Egnatio*, *Alciato*. Ceterum et notae plures accessere et numi, et aliae antiquarum rerum figurae.

De *Historicis Latinis* praeclarum opus *Gerhardi Ioannis Vossii* a. 1627. primum in lucem editum et auctius a. 1651. Lugduni Bat. atque inde iterum in Germania Francof. 1677. in 4. ac denique inter eius opera tomo quarto Amst. 1703. fol. recusum, extat. In illud notae et animadversiones *Christophori Sandii* prodierunt Amst. 1677. 12. *Ioannis* vero *Hallervordi* Regiomontani spicilegium Ien. 1672. Vtraque recusa Hamb. 1709. 8. cum Bernardi a Mallincrot centuriis circiter quinque Paralipomenon de historicis Graecis, et Lud. Nogarolae diatriba de Viris illustribus genere Italis, qui Graece scripserunt. Ab eo tempore praeclara ad Vossii librum tertium de historicis Latinis, natione Italis, (a Petrarcha usque) animadversa et paralipomena, auctore nobilissimo atque eruditissimo viro *Apostolo Zeno*, inserta sunt Diario Veneto eruditorum Italiae, tomo nono et sequentibus, quae ex Italico idiomate verti Latine et separato volumine edi ex usu studiosorum erat. Prodiere separatim sub *Disputationum Vossianarum* titulo, sed italice, Venet. 1753. 4. voll. duobus: suntque plenae egregiis observationibus et lectu dignissimae. *Petri Criniti* de historicis Latinis ineditum librum memorat Vossius p. 673. *Ludovici Iacobi a S. Carolo* paralipomena inedita de historicis Graecis et Latinis Claudius Sarravius p. 266. seq. Epist. Magis etiam dolendum *Thomae Reinesii* ad Vossium observationes non vidisse lucem, de quibus ipse in Epistolis ad Hofmannum p. 33. 311. etc. Dolendum quoque, vanam fuisse spem, quam fecit editio Amstelodamensis a. 1688. Opusculorum Mythologicorum, Physicorum et Ethicorum Thomae Galei, in qua, ad Palaephatum, promittitur Vossius de

Histo-

Historicis Graecis et Latinis duplo auctior, cum tamen in secuta a. 1703. nihil accesserit secundae a. 1651. Inter Epistolas aliorum ad Vossium, quae Vossii Epistolis subiiciuntur, duodenonagesima est *Arnoldi Buchellii*, in qua nonnullae ad libros de historicis Latinis observationes. Non contemnenda etiam, quae annotavit *Io. Fabricius* T. 2. Bibliothecae suae p. 478. 501. *Francisci Motthani Vayerii* de Historicis *e*) Graecis et Latinis liber Gallice editus Paris. 1646. 4. inter eius opera T. 1. edit. in f. 1656. et T. 3. edit. in 12. Paris. 1669. reperitur. *Martini Hankii* de Romanarum rerum scriptoribus liber I. Lips. a. 1699. 4. et liber II. a. 1675. 4. perinde ut eius liber de scriptoribus Byzantinis a. 1677. 4. diligenter et laboriose conscriptus est, fuitque illo tempore in eo genere optimum opus. *Balthasaris Bonifacii* de quadraginta Romanae historiae scriptoribus, cum *Caroli Sigonii* iudicio, et *Adriani Politi* ordine historiae Romanae legendae, ne alias editiones commemorem, prodiit Helmstadii 1624. 4. et exstat quoque cum *Petri Angeli Bargaei* libello, quo ordine scriptores historiae Romanae legendi sint. Nam *Sylvii Conradi* iudicium de Latinae historiae scriptoribus Rom. 1639. minore forma editum non vidimus. *Marquardi* vero *Freheri* *f*) Directorium historicorum, sed medii potissimum aevi, utilissimum, ex quo cognoscere licet, ubi praecipui Chronologi, Annalium scriptores et historici incipiant et ubi desinant, cum eius collectione scriptorum Germanicorum prodiit Francof. 1624. 1637. f. id a pluribus post repetitum est, etiam *Struvio*, sed nude; erat enim

*e*) Historici *Graeci* de quibus disserit *Vayerius*, sunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Polybius, Diodorus Sic. Dionysius Halicarnasseus, Iosephus, Arrianus, Appianus, Dio Cassius, Herodianus, Zosimus, Procopius, Agathias. *Latini* Sallustius, Caesar, T. Livius, Vellejus Paterculus, Q. Curtius, Tacitus, Florus, Svetonius, Iustinus, et Ammianus Marcellinus.

*f*) Quae hinc sequuntur, usque ad finem capitis, huc non pertinent, nec quis ea hic quaerat. Reliqui tamen intacta.

enim breviſſimum, vix duarum plagularum: at ſeparatim cum auctario locupletiſſimo egregii viri *Io. Davidis Koeleri*, Altorf. 1720. 4. iterumque 1734. plenius, ſubiuncta Caſparis Sagittarii diſſ. de praecipuis Hiſtoriae Germanicae ſcriptoribus. Nuper vero etiam recuſum eſt cum multis acceſſionibus Goettingae 1772. 4. per *Ge. Chriſtophorum Hambergerum*, additis ſcriptoribus hiſtoricis, qui ab ſuperioribus vel ignorati aut praetermiſſi eſſent, vel tum nondum editi fuiſſent: nec termini medii aevi ſervati ſunt. *Degorei. Whear* relectiones hiemales de ratione legendi utraſque hiſtorias Civiles et Eccleſiaſticas prodiere Oxon. 1625. 1637. 1662. Cantabrig. 1680. et cum *Nic. Horſmanni* et *Edmondi Bohnii* ſupplementis Lond. 1685. 8. iterumque editae in Germania, Noriberg. 1662. 8. et noviſſime Tubingae, inſigniumque *Io. Chriſt. Neu* acceſſionum volumine duplici et tertio, mantiſſa de rerum Germanicarum ſcriptoribus locupletatae. *Io. Andreae Boſii* diſſertationibus de prudentia et eloquentia civili comparanda Ienae 1677. 4. et cum *Thom. Crenii* notis in tomo 2. methodorum Lugd. Bat. 1696. 4. addita eſt eiuſdem Boſii notitia ſcriptorum hiſtoriae univerſalis, *g*) Ien. 1698. 4. curante Georgio Schubarto; *Ioannes* item *Henricus Boeclerus* in Bibliographia hiſtorico politico Philologica a. 1677. 8. data praelis et emendatius atque cum inſignibus acceſſionibus V. C. *Ioannis Gottlieb Krauſe* recuſa Lipſiae 1715. 8. non pauca Voſſio praeterita nos docent. *Io. Iac. Battierii* ſive *Iac. Chriſtophori Iſelii* diſſert. de Hiſtoricis Latinis melioris aevi, Baſil. 1697. Hiſtorici, Chronologi et Geographi celebres literarum ordine deſcripti a *Martino Zeilero*, Vlm. 1652. 8. *Lancelotus Voiſin de la Popeliniere*, nomine ſuo praeterito, Pariſ.

g) De his etiam Edward Simſon in paraſceve ad Chronicon Catholicum, Oxon. 1652. fol.

Parif. 1599. 8. Gallice vulgavit Hiftoriam Hiftoriarum five Hiftoricorum, *l'Hiftoire des hiftoires*. Noviffime omne punctum tulit, qui notitiam delibatam Hiftoricorum omnis generis ftudiofis offert *Langlet du Fresnoi h*) in methodo difcendae hiftoriae, Gallice edita Parif. 1713. 8. recufa mox Bruxellis, et cum *Io. Burch. Menkenii* auctario ubere ac felecto, Lipfiae 1714. 8. atque Italice i) Venet. 1716. 8. et cum novis ex divite Menkenii penu additamentis, Germanice k) Lipf. 1718. 8. Poft et in Francia multo et fupra modum auctior liber editus eft Parif. 1734. 1735. 12. Vol. 9. et 1749. Supplem. Voll. 3. et nuper a. 1772. Parif. 12. Voll. 15. per quendam *Bouet*. Longum effet commemorare, qui Hiftoricos omnis gentis et recentiorum maxime temporum commemorarunt, folum indicem quidem texentes ut *Paulus Bolduanus* in Bibliotheca hiftorica, Lipfiae 1620. 4. *Stephanus Praetorius* in Catalogo hiftoricorum, Viteberg. 1597. 8. *Gabriel Bucelinus* parte 2. nuclei Hiftoriae univerfal. Auguftae Vindel. 1664. 12. *Georgius Draudius* in Bibl. claffica, et in Bibl. philofophica *Martinus Lipenius*: praeter hos vero *Philippus Glaferus* in admonitione de recte legenda hiftoria et catalogo hiftoricorum Argentor. 1629. 4. *Thomas Dempfterus* in iudicio de omnibus omnium gentium et temporum hiftoricis, Parif. fine nomine auctoris: *Io. Bodinus* ad calcem Methodi hiftor. *Antonius Poffevinus* in Bibl. felecta libro XVI. *Iacobus Gordonus* in Chronologia etc. iam commemoratus *Burchardus Gotthelf Struvius* in Bibliotheca hiftorica fecundum monarchias, regna, fecula et materias diftincta Ien. 1705. 8. *Chriftianus Gryphius* de fcriptoribus hiftoricis feculi XVII. res cuiusvis gentis Europae illuftrantibus Lipf. 1710. 8. et *Ioannes Hubnerus* Biblio-

h) Journal des Sav. 1713. T. 2. p. 207. Deutfche, Acta Eruditor. Tom 2 p. 1045. Neuer Bücher-Saal XXXVII. p. 9.

i) Giornale de' letterati d'Italia T. 27. p. 464.

k) Acta Eruditorum 1719. pag. 184.

Bibliotheca historica, scripta Germanice, cuius Centuriae octo viderunt lucem, prodiit Lips. 1515 - 1720. 12.

Specialem Bibliothecam historicam nullam neque locupletiorem sol aspexit, neque accuratiorem aut melius digestam evolverunt eruditi, quam *Gallicam* in lucem datam a *Iac. Longo* (*le Long*) presbytero sacri Oratorii francice Paris. 1719. f. De aliis, qui ante illum in eodem argumento versati fuerunt videndus ipse n. 6545. seqq. ubi etiam n. 6553. mentionem facit isagoges in historiam scriptorum Historiae Gallicae, quam dedi Hamburg. 1708. 8. in qua 1) *Andreae du Chesne* Bibliotheca Chronologica scriptorum ab originibus regni Francici ad sua usque tempora (ex edit. Paris. 1663. 12.) 2) *Christiani Gryphii* de scriptoribus seculi XVII. res Gallicas spectantibus, ex opere tunc adhuc inedito: et 3) *Hermanni Dieterici Meibomii* de Gallicae historiae periodis et scriptoribus disputatio.

Bibliothecam historicam *Hispanicam Lusitanamque*, merito aliquis adhuc desideret etiam post subsidium, quod Nic. Antonius in indice ad Bibliothecam suam Hispanam T. 2. p. 604. seqq. suppeditavit.

*Germanicam* Bibliothecam historicam, longe adhuc absumus, ut similem vel plenam aeque, vel tam bene digestam accuratamque habeamus: licet specimen quoddam pridem edidit *Mich. Hertzius* Erfurt 1679. f. et *Io. Georgius Eccardus* a. 1705. 8. *Gotfrid. Ruhlmannus* in Epistola data a. 1715. ad sereniss. Principem Schwartzburgicum suadet in singulorum Principum aulis, liberisque Rebuspubl. Bibl. scriptorum de rebus patriis studiose colligendam esse, et ipse spem Bibliothecae historicae amplissimae et pulcherrimae in lucem a se edendae fecit. Partes etiam attigerunt nonnulli, ut *Palatinam* nuper *Ge. Christ. Iohannis* de scriptoribus ad historiam Palatinam cognoscendam facientibus,

 ante

ante Dan. Parei historiam Palatinam, recusam Francof. 1717. 4. *Suevowirtebergicam*, *Ge. Conr. Pregizerus* in parte secunda Bibl. Suevowirtebergicae ad calcem patris Io. Vlrici Pregizeri Sueviae et Wirtenbergiae sacrae, Tubing. 1717. 4. p. 439. seqq. Etiam de *Silesiacae* historiae scriptoribus ineditis exstat Epistola *Gotfridi Rohni*, Vratislav. 1693. 4. et *Christ. Rungii* Miscellaneorum fasciculi tres Olsnae 1712. Brigae 1713. et Vratislav. 1714. 4. Et scriptores de rebus Silesiacis notavit *Godfridus Dewerdeck* prolegomenis ad introductionem in rem Silesiae numariam, quam Germanice vulgavit Iauravii 1711. 4. Et Bibliothecam Silesiacam exspectare iussi sumus a *Io. Casp. Eberto*, cuius specimen est in Novis literariis Hamburg. a. 1705. p. 287.

De scriptoribus rerum *Hungaricarum*, *Dav. Czwittingerus* in specimine Hungar. literatae, Frf. 1711. 4.

De *Danicarum* rerum historicis pauca sunt, quae *Io. Suaningius* attigit in prolegomenis ad Chronologiam Danicam, Hafniae 1650. fol. p. 28. seq. *Andreae* autem *Vossii*, *Claudii Lyschandri*, *D. Hectoris Godfridi Masii* et *Ottonis Sperlingii* promissae lucubrationes et affectae non viderunt lucem. Itaque primus in hoc genere operae pretium fecit Rev. Nic. Pet. Sibberen, cuius Bibl. Hist. Dano Norwegica prodiit Hamb. 1716. 8.

De *Anglicanae* historiae periodis et scriptoribus brevis exstat, sed erudita diss. *Herm. Diet. Meibomii* Helmst. 1702. 4. iustum vero opus *Guil. Nicolsoni* Bibl. historica Anglicana, tribus volum. in 8. a. 1707. primum, et deinde auctior uno volum. Lond. 1714. f. utraque edit. Anglice.

Eidem *Nicolsono* debemus Bibl. historicam *Scotiae*, the Scottish historical library Lond. 1702. 8.

*Belgicae* Biblioth. historicae loco est *Adriani Pars* index Batav. Belgico idiomate editus Lugd. B. 1701. 4.

*Polonicarum* rerum Historicos non indiligenter persecutus est Nobiliss. Vir *Sam. Ioach. Hoppius*, schediasmate

mate literario de scriptoribus historiae Polonicae, Dantisci 1707. 4. quod auctius deinde cum *Gabr. Groddeckii* et *Val. Schlieffii*, Patricii Gedanensis auctario et annotatt. praemissum est Io. Dugloffi Hist. Pol. Lipf. 1711. f.

De Historicis *Venetis*, qui auctoritate publica res sereniss. illius Reip. tradiderunt, *Apostolus Zenus* in museo Minervae Venetae (Galleria di Minerva) Tom. 1. pag. 165—168.

*Historiae naturalis* scriptorum Bibliothecam dedit qui multis et ipse curiosis et diligentibus scriptis eam locupletat quotidie, V. C. *Ioannes Iacobus Scheuchzerus*, Tiguri 1716. 8.

Scriptores *Historiae Ecclesiasticae*, qui commemoraverunt multi sunt, quos laudant *Io. Andreas Bosius* in schediasmate de comparanda notitia scriptorum Ecclesiasticorum Ien. 1673. 4. et in tomo tertio methodorum Thomae Crenii Lugd. B. 1699. 4. *Caspar Sagittarius* introductione in Historiam Ecclesiasticam Ien. 1694. 4. (quam altero tomo locupletavit Rev. D. *Ioannes Andreas Schmidius* Ien. 1718. 4.) *Thom. Ittigius* in schediasmate de auctoribus, qui de scriptoribus Eccles. egerunt Lipf. 1711. 8. cum notis V. C. *Christiani Ludovici* edito: nec non prolegomenis ad Seculi I. selecta capita, Lipf. 1709. 4. ubi recentiores Annalium et Hist. Eccles. scriptores et in praefat. ad seculum II. Lipf. 1711. ubi veteres persequitur. Vide etiam sis quos laudo praefat. ad T. V. Bibl. Graecae Hamb. 1712. 4.

Denique *Historiae litterariae* scriptorum notitia petenda ex *Philippi Labbei* Bibliotheca Bibliothecarum toties recusa, quae post bina *Antonii Teisserii* volumina Genev. 1686. et 1705. 4. novo etiam studio Viri alicuius docti suppleri ac locupletari desiderat.





# CAPVT III.

## DE

# VARIIS MONVMENTIS ANTIQVIS LATINIS.

I. *Specimina veterum scripturarum.* II. *Inscriptiones antiquae.* III. *Fasti Capitolini.* IV. *Monumentum Ancyranum.* V. *Octavii Caesaris Aug. fragmenta etc.* VI. *Monumenta varia antiqua.* VII. *Numi antiqui.* VIII. *Libri Lintei.*

Ad latinas literas pertinent etiam monumenta antiquitatis Rom. latina, de quibus adeo ad consilium huius operis dicendum videtur. Initium faciemus a literis ipsis et scripturis antiquitatum Rom. variis.

I. SPECIMINA VETERVM SCRIPTVRARVM ex codicibus Mss. per varias aetates incredibili industria collegit et tabulis LX. digessit *Ioannes Mabillonius* libro quinto operis eximii de re diplomatica, editi Paris. 1681. fol. Adde *Eduardi Bernhardi* literaturam *a*) charta maiore patente vulgatam Oxonii a. 1689. Habes etiam nonnulla huc spectantia, apud *Danielem Papebrochium* in Actis Sanctorum propylaeo ad Tom. 2. *b*) Aprilis, et in *Claudii Molineti* Historia atque

*a*) Eduardi Bernhardi literaturam illustris Vir Ezech. Spanhemius recudi curavit (non integram tamen, quod dolendum) in editione Londinensi operis sui de usu et praestantia numismatum, T. I. diss. I. p. 80. 82. et 114. Obiit Eduardus Bernhardus a. 1697. Ezechiel Ianus Spanhemius vero a. 1710. aetatis 81.

*b*) Dan. Papebrochii S. I. Tomus secundus Act. Sanctorum Aprilis

que fortuna litterarum Romanarum et variis monumentis antiquis descripta Paris. 1684. Gallice, tum in *Georgii Hickesii* doctissimo et admirandae industriae atque ingenii opere, quod linguarum veterum septentrionalium thesaurum Grammatico Criticum et Archaeologicum inscripsit Oxon. 1705. fol. in *Io. Iac. Scheuchzeri* specimine alphabetorum edito Tiguri 1730. fol. et in *Godefridi Abbatis* Chronico Gottwicensi, de quo Acta Erud. 1734. p. 97. seq. tum eadem et fere maiori Copia Benedictini in opere praestantissimo Nouveau Traité diplom. inpr. T. III. porro alii, qui e Mss. libros edidere, inprimis *Blanchinus* in Evangeliario T. IV. *Caylus* in Recueil d'Antiquitez, *Chishul* in Antiquitatibus Asiaticis, ut alios mittam.

Mabillonium quidem in assignanda diplomatum antiquitate lapsum et incertas proposuisse regulas dubiaeque fidei Archetypa, contendit *Bartholomaeus Germon* S. I. in disceptatione de veteribus Regum Francorum diplomatibus et arte secernendi antiqua diplomata vera a falsis Paris. 1703. 12. Respondit Germonio, licet praeterito adversarii nomine, Mabillonius in supplemento librorum de re diplomatica, in quo archetypa in his libris proposita ipsaeque regulae denuo confirmantur, novisque speciminibus et argumentis asseruntur et illustrantur, ibid. 1704. fol. Germonii secunda adversus Mabillonium disceptatio lucem vidit Paris. 1706. 12.

 Mabil-

Aprilis lucem vidit Antw. 1675. f. in cuius propyleo pag. XVI. seq. legitur etiam Alexandri Withelmii ad Papebrochium Epistola, qui Withelmius nonnulla de litterarum latinarum characteribus antiquis notavit ad Diptychon Leodiense, Leodii 1659. fol. quemadmodum et Henricus Noris ad Cenotaphia Pisana Venet. 1681. f. Ab Papebrochio erudito viro tradita quaedam de dignoscendis antiquis diplomatibus confutaverat Mabillonius, ita ut Papebrochius ipse agnosceret, et per litteras gratias ageret, quas deinde a Germonio ex eadem S. I. oppugnatus publici iuris Mabillonius fecit.

Mabillonii caussam interim alacriter defensitantibus triumviris eruditis *Iusto Fontanino* Foroiuliensi in Vindiciis antiquorum diplomatum Rom. 1705. 4. *Theodorico Ruinarto* in Ecclesia Parisiensi vindicata Paris. 1706. 12. et *Petro Coustant* in Vindiciis Mstorum Codicum, ibid. 1706. 8. Denique Germonius novas disceptationes a. 1707. 12. edidit, quibus Fontanino et Ruinarto respondere conatur et *Dominico Lazzarino* atque *Antonio Gatto*, qui editis Epistolis Germonium ut certissima quaeque labefactare conantem perstrinxerant. Poterunt etiam consuli, quae adversus γνησιότητα diplomatis Lindaviensis eiusque ὑπερασπιστὴν Wagnereccium disseruere Heiderus atque Conringius et alii: Emanuelis vero Schelstrateni librum, quo modum ex forma characterum sive latinorum sive graecorum vetustatem scripturae dignoscendi tradere instituerat, una cum auctore intercidisse, dolendum est. De illa controversia, quae bellum diplomaticum dici solet, praeter M. Antonium Gattum aliosque supra nominatos, consulenda *Scipionis Marantae* Messanensis expostulatio in Bartholomaeum Germonium pro antiquis diplomatibus et codicibus Mss. Messanae 1709. 8. Epistolae item octo, s. dialogi Gallice editi hoc titulo: *Histoire des contestations sur la Diplomatique, avec l'analyse de cet ouvrage, composé par le R. P. Dom Jean Mabillon.* Paris. 1708. 12. *Lazzarini Murri* toparchae responsio ad Germonium Romae a. 1705. edita et illustrissimae Principi Vallimonturrensi dicata. Defensio eiusdem a Caietano Lombardo Philosopho et Medico Neapolitano Venet. 1708. 8. Acta Eruditorum Tom. 4. supplement. pag. 354. *Germonii* de veteribus haereticis Ecclesiasticorum Codd. corruptoribus Paris. 1713. 8. et Petri Coustant Benedictini, vindiciae veterum Codicum ibid. 1715. 8. Plura dabunt Mich. Hertzius in dissert. de fide diplomatum, Simon Fridericus

ricus Hahnius *c*) in praefatione ad diploma fundationis Bergensis, differens de artis diplomaticae instauratoribus, Magdeb. 1710. 4. Io. Petrus Ludewig prolegomenis ad scriptores Bambergenses et ad tomum primum reliquiarum Mss. atque diplomatum omnis aevi, Hall. 1710. 8. v. et *Io. Bapt. Sollerii* S. I. Epistolam Ludewigio oppositam in Actis eruditis Francorum Germanice editis parte XIII. p. 37. Sed v. omnino *Baringii* Clavem Diplomaticam, in qua scriptores de diplomatibus, et ad bellum diplomaticum pertinentes diligenter commemorantur pag. 113. seqq. item Benedictinos in novo opere diplomatico. Post deperditam Schelstrateni de antiquis literarum Graecarum latinarumque characteribus lucubrationem, interim, quod ad Graecas attinet, fruimur pulcherrimo Bernhardi Montefalconii opere, quod Palaeographiam Graecam inscripsit et Paris. 1708. fol. in lucem edidit: ad cuius calcem subiuncta dissertatio erudita de priscis Graecorum ac Latinorum literis auctorem habet Nobilissimum Virum *Io. Buhierium*, Senatus Divionensis praesidem.

II. INSCRIPTIONES ANTIQVAS omnis generis inde ab instaurandarum literarum tempore multi magno labore conquisivere, atque etiam in lucem edidere; de quibus universe videnda P. Burmanni praefatio ad editionem secundam Thesauri Inscriptionum et Hesselius in praef. ad Gudii Inscr. Initium fecit maxime *Cyriacus* Anconitanus, multis ea de causa itineribus susceptis, cuius *Itinerarium* e Ms. edidit *Laur. Mehus* Flor. 1742. 8. qui de eius inscriptionibus et qui ex eius collectione profecere, videndus in praef. pag. LIX. seq. Sed inscriptionum ab eo facta collectio tandem ipsa prodiit Rom. 1749. f. quamquam et antea dudum quaedam collectio earum (sunt 200.) sed s. l. et a. prodierat.



*c*) Acta Erud. Tom. 6. supplementi p. 61.

rat. v. eundem Mehum l. c. p. LX. s. Sed praeter hunc maxime *Iocundus* Veronensis in eo genere elaboravit, v. de eo Echardi Bibl. Dominicanorum T. II. pag. 36. praeterea *Sebast. Maccius*, de cuius inedita collectione v. Mabillon Mus. Ital. T. I. p. 176. 205. s. *Andr. Alciatus*, cuius Sylloge inedita fuit in Bibl. Gustavi Schroederi Altonaviae vendita a. 1724. *Petrus Sabinus* et alii.

Sed primus Collectionis talis edendae consilium cepit *Conr. Peutingerus*, collectae ex urbe et territorio Augustae Vindel. eaque collectio in illa ipsa urbe prodiit a. 1505. f. Secutus est *Hutichius* Mogunt. 1520. f: qui ex agro fere Moguntino collegerat: *Iac. Mazochius*, qui a variis collectas inscriptiones edidit Romae 1521. f. Hunc porro *Apianus* et *Amantius*, Professores Ingolstadienses, Ingolst. 1534. f. cum Melanthonis ad Amantium epistola: in qua collectione multas spurias esse notavit Augustinus in Dial. de num. 7. etc. Dial. XI. quod vitium utique illis prioribus inprimis collectionibus fere commune est. Mittimus, qui non ex instituto, sed per occasiones in scriptis suis quasdam edidere, qui sunt multi.

Hos vero longe superavit omnes *Martinus Smetius*, adiutus ille a *Car. Clusio*. Ea collectio cum in Lipsii manus venisset, ab eo edita est Lugd. B. 1588. f. Hunc vicissim *Ianus Gruterus*, adiutus maxime a Ios. Scaligero et Velsero, Heidelb. 1603. 2 Voll. cum indicibus immenso labore a Scaligero confectis, quorum rationem plerique postea sunt secuti. Spuriae ad calcem sunt reiectae et additae *Notae*, quae dicuntur Tironis. Eius operis secunda editio facta est Lugduni in Bat. ut ante dictum 1707. ex Gudii maxime correctione, et cum pluribus notulis eiusdem et *Graevii*, etiam *Holtheni*, qui et Indices auxit, ut alia mittamus. Supplementum notarum Gudianarum e Gudiano exemplo

v. Act.

v. Act. Erud. T. V. Suppl. p. 4 — 37. Extat et exemplum Gruteriani operis plenum *Reinesii* notis in Bibl. Cizensi.

Sed ille ipse Reinesius Corpus novum Inscriptionum e variis libris, in his *Gualteri* Inscriptionibus antiquis Messanae a. 1624. 4. editis, collegit, et commentario illustravit, quod post mortem eius prodiit Lipf. 1682. f. Atque is adeo initium fecit addendarum notarum. Paullo post *Iac. Sponius* a. 1685. in *Miscell. Antiqu.* partem destinavit Inscriptionibus, quibus et notas addidit, itemque ante ediderat a. 1683. multas in Recherches curieuses de l'Antiquité. Sed maiora praestitit *Raph. Fabrettus* in Inscriptionum antiquarum explicatione edita Rom. 1699. (in nostro exemplo est 1702. f.) idque opus ad intelligendas inscriptiones omnis fere generis inprimis utile est. Is vero multas sumsit e collectione, quam fecerat *Io. Bapt. Donius* Florentinus, quaeque in Bibl. Barberiniana servabatur. Ea collectio 6000. amplius inscriptiones habebat, quae cum in manus *Gorii* nuper venisset, is delectas, h. e. quae nondum a Grutero, Fabretto aliisque, aut vitiose editae erant, proprio volumine cum notis edidit Flor. 1731. f. opere inprimis commendando iis, qui hoc genus monumentorum antiquorum bene cognoscere et tractare volunt. Similem collectionem fecerat *Marq. Gudius*, quam ille edere in animo habebat. Sed cum morte praeventus esset, iacuit illa inedita; donec tandem a *Fr. Hesselio* ederetur Leovardiae 1731. f.

Sed hi, quibus et *Ferretum* addere possis, qui *Musas lapidares* edidit Veronae 1672. f. universum genus inscriptionum complexi sunt: alii peculiaria quaedam genera edidere, de quibus mox dicemus. Ex illis autem et his omnibus Corpus novum, Gruteriana forma, facere instituerat *Scipio Maffaeus*, quod qui haberet, ceteris

teris carere posset: de quo instituto dixit ad calcem opusculi de *Siglis Graecis*. Sed id vel consilium vel promissum non habuit exitum, sive ipse victus immenso labore abiecit consilium, sive morte praeventus est. Succedere operi voluit *Lud. Ant. Muratorius*, sed et ipse abiecto consilio, edidit Supplementum Collect. superiorum Mediol. 1739. f. T. 4. Id opus multos censores severos expertum est, *Hagenbuchium* inprimis in Epp. Epigraphicis, item *Saxium*, *Leichium*, *Hultmannum*, etiam defensores. nec negari potest, multa inesse vitia, saltem ab negligentia: sed tamen et multum boni habet, ineditas multas inscriptiones, inprimis in Classe Consulari, in qua et Fastos Consulares fecit et illustravit, item Legum et SCtorum, multasque bonas notas, etc. ut id opus in magno pretio habendum sit. Eius porro supplementa dare instituit *Seb. Donatus*, quorum Tomus I. prodiit Lucae 1764. f. quod opus ubi absolutum erit, poterunt studiosi huius antiquitatis contenti esse Gruteriano, Muratoriano et Donatiano hoc opere.

His iam subiiciemus notitiam aliarum collectionum clariorum, quae aliquod genus inscriptionum complectuntur. Ex his inprimis clarae sunt, ut *Marmora Oxoniensia*, ex Arundellianis, Seldenianis et aliis collectionibus digesta, maximam partem Graeca, ceterasque non latinas mittamus, *Norisii* Pisanae, Venet. 1681. f. *Gorii* Hetruscae, Flor. 1726. 3. Voll. *Olivierii* Pisaurenses Pis. 1738. f. Veronenses *Maffei*, in Museo Veronens. 1749. f. Taurinenses 1743. f. Beneventanae *Io. de Vita* 1754. f. ad calcem Antiquit. Benev. Patavinae *Sertorii Vrsati* Patav. 1612. et in marmoribus eruditis Patav. 1669. et 1688. 4. cuius operis alterum tomum edidit nepos *Io. Antonius* Italice Patav. 1719. 4. item *Io. Salmonii* Patav. 1701. 4. *Bernardini Scardeonii* Basil. 1560. f. *Iac. Phil. Thomassini* Patav. 1649. et 1654. 4. Brixianae

*Octavii*

*Octavii Rubei* Brix. 1616. quarum auctarium dedit *Fortunatus Vinaccesius* a. 1693. 4. Huc pertinent etiam *Phil. a Turre* Monumenta veteris Antii Rom. 1699. 4. *Car. Caes. Malvasiae* marmora Felsinea Bonon. 1690. 4. Extat et parva Collectio Inscr. vett. lat. nescio cuius, ap. Mabillon. in Anal. T. IV. p. 483. seq. Huc etiam referas Octav. Falconerii Inscr. Athleticas, Rom. 1668. 4. Sunt etiam multae latinae in *Pocokii* Inscriptionibus collectis in itineribus eius editis Lond. 1752. in fol. et *Vignolii* Inscr. selectae ad calcem libri de Columnn. Antonini Pii. Tum nuper *Odericus* Rom. 1765. 4. ad calcem diss. e Bibl. Camaldulensium Syllogen Inscriptionum edidit cum notis.

Aliud genus est eorum, qui per occasiones rerum antiquarum et monumentorum aliorum edidere inscriptiones; aut etiam singulas, quae quidem aliquid haberent, quod eas insignes faceret. Ad illud genus pertinent, quae olim a Fabricio in Roma, et nuper in Libertorum Liviae Columbario repertae, et a *Blanchino* primum Veron. Romae 1727. f. deinde a *Gorio* editae sunt Flor. 1727. f. item quas *Aringhius* et *Bosius* in Roma subterranea, et *Boldettus* in opere praeclaro de Coemeteriis Christianorum Rom. edidere, *Caylus* in Recueil d' Antiquité, *Maffaeus* in historia diplomatica et Antiquitat. Galliae, ut alios mittamus: sunt enim permulti: ex hoc est *Iac. Sirmondi* explanatio inscriptionis, omnium illius antiquissimae latinae, quae *L. Scipionis Barbati* F. elogium habet (T. V. Opp. Sirm.) etiam ab *Hieronymo Aleandro* illa illustrata in comm. in tab. cum solis effigie Rom. 1616. *Mazochii* comm. in mutilum Amphitheatri Campani titulum, in quo et aliae Campanae inscriptiones illustrantur, Neapol. 1724. 8. *Matth. Aegyptii* in SCtum de Bacchanalibus, quod et *Maffaeus* in historia diplomatica illustravit.

Plures

Plures huiusmodi libellos ad aliquam inscriptionem reperies in Museo Minervae Venetae et Ephemeridibus Acad. Inscr. et B. L.

Vsus inscriptionum talium est multiplex, grammaticus, historicus, chronologicus: illi universum genus servit, his inprimis leges, SCta, inscriptiones in memoriam rerum gestarum factae; quibus adeo plurimum historiae antiquae scientia debet: in quo tamen necessarium est genuinas a spuriis discernere posse, et tenere modum observationum ex illis colligendarum; item tenere intelligentiam notarum, quae in iis occurrunt, collectae illae et explicatae a *Sertorio Vrsato*, opere proprio, Patav. sed de hac re legantur a studiosis, quae sunt scripta a nobis in Archaeol. literaria P. II. cap. 2. Voluit Gudius de hac re iustum commentarium, similem Spanhemiano de Vsu Numismatum, scribere, sed morte praeventus perficere opus non potuit: de quo v. Leibnitii Opera T. VI. p. 257. Proderit in hanc partem legisse, quae viri docti libris propriis super inscriptiones scripsere, ut *Hagenbuchius* in Epistolis Epigraphicis Tiguri 1747. 4. et *Hultmannus* in Misc. Epigraphicis, et commentarios Criticos ad historiam et chronologiam pertinentes, ut Scaligeri in Eus. *Tristani*, *Pagii*, *Tillemontii*, *Norisii* etc.

III. FASTI CAPITOLINI, sive reliquiae tabularum *d*) marmorearum Romae a. 1547. in foro e terra effossae, in ordinem redactae (erant enim fractae in partes multas) et Alex. Farnesii Cardinalis iussu et instituto in palatio Capitolino repositae, quibus Magistratuum, bellorum, triumphorum, aliarumque rerum memorabilium tempora ab anno urbis conditae 120. ad

*d*) De vetustissimo more res memoriae mandandi in saxis et columnis vide Campegium Vitringam V. C. lib. I. observationum sacrarum p. 35. seq. et qui memorantur Bibl. Graecae L. I. c. 11.

ad a. 765. indicantur, prodierunt primum eiusdem Cardinalis cura per *Barth. Marlianum* 1549. 8. ita, ut lacunae exempli authentici, quas vetustas fecerat, explerentur illae quidem, sed literis, figura et colore diversis ut discerni supplementa ab antiquis et genuinis possent. Id institutum deseruere editores sequentes, *Franciscus Robertellus* Venet. 1555. 4. et *Onufrius Panvinius*, qui vulgavit in appendice suorum fastorum Venet. 1558. f. n. 2. qui repetiti sunt Heidelb. 1588. fol. Occurrunt etiam apud Gruterum Inscr. p. CCLXXXIX. seq. atque in Tomo secundo Annalium *Stephani Vinandi Pighii*, a *Andrea Schotto* suppletorum et illustratorum, in thesauro Antiquitatum Romanarum Graeviano, volumine undecimo. Hos Fastos *sub Verrii Flacci nomine* non dubitavit edere *Onufrius*, quia Svetonius cap. 17. de illustribus Grammaticis refert, *Verrium* fastos a se ornatos et marmoreos parieti incisos publicasse. Conf. Vossium p. 104. 239. de Hist. latinis et Hankium lib. 1. de Romanarum rerum Scriptoribus p. 203. Sed res est incerta.

Ceterum hi Fasti dedere occasionem viris doctis *Fastorum Consularium* concinnandorum, atque etiam illustrandorum. Initium fecit *Car. Sigonius* cuius Fasti Consulares cum commentario prodiere primum a. 1556. f. Venetiis, aliquoties post etiam in Germania repetiti, denique in operibus Sigonii Mediolani a. 1732. f. T. I. cum notis *Ioseph. Mariae Stampae*, de quo post. Secutus est *Onufrius Panvinius* in L. V. Fastorum Rom. et Commentariis in eos, de quibus ante commemoravimus. Hunc *Marlianus*, editis Rom. 1560. f. Annalibus Consulum ad Tiberii Caes. usque aetatem: item *Hub. Golzius*, cuius Fasti magistratuum Rom. usque ad obitum Augusti, e numis, marmoribus etc. restituti Brugis Flandr. a. 1566. est post Antv. 1617. f. prodiere, addito etiam Catalogo Coss. ab Augusti morte ad Iustiniani

niani Imp. tempora: add. Pighius ante memoratus. Postea plures in his fastis constituendis, emendandis explendis laboravere, tum propriis libellis, tum in Annalibus aut Commentariis historicis, inprimis rerum Ecclesiasticarum, ut *Baronius*, *Basnagius*, *Tillemontius*, *Petavius* in Doctr. temporum, inprimisque *Ant. Pagius* in praeclarissimo Criticae Baronianae opere, cuius etiam Dissertatio Hypatica huc pertinet, edita Lugd. 1682. 4. ut Card. *Norisii* Epistola Consularis, ad hanc crisin admodum necessariae et utiles in parte Fastorum Consularium ea, quae ad Caesarum tempora pertinet. Et idem Norisius ad calcem operis de Epochis Syro-Macedonum Fastos Consulares ad a. V. usque 1100. e Mf. libro Bibl. Vindobonensis cum Dissertatione edidit. Per similes occasiones in Fastis Consularibus egregie laboravere proximis temporibus tres. Princeps *Franc. Blanchinus* Tom. II. Anastasii ab ipso editi; alter *Muratorius* in Thesauro Inscr. T. II. in classe V. consulari: qui Blanchinianos Fastos inseruit, et, ubi poterat, ex inscriptionibus vel correxit vel locupletavit, inprimis Consulibus suffectis: tertius *Ios. Maria Stampa* ad Car. Sigonii Fastos: qui, ut nunc est, primum inter Fastorum editores locum tenet, ut ii iam aliis pro basi esse possint.

Sed addendum est etiam de iis, qui separatim *Fastos Consulares* ad usus studiosorum edidere. Primum igitur *Theodorus Ianfonius Almelovenius* Amst. a. 1705. 8. edidit Fastos Consulares, eosque duplices, ut ita dicamus: primum, qui proprie dicerentur, in quibus Consulum paria secundum seriem temporis ponerentur: deinde secundum ordinem, quem nomina facerent: ut unusquisque consul, quo anno fuerit in illo magistratu, facile reperiri posset: qui est proprie index Alphabeticus consulum, utilis ille studiosis. Secutus autem est rationem Varronianam in definiendis annis urbis

urbis Romae, ut Panvinius et alii: cum Pighius aliique sequantur rationem Catonianam, quae anno uno serius initium urbis facit. Repetitus est liber Amstelod. 1740. 8. cura *Io. Ludov. Vhlii*, qui exemplo usus est, in quo Almelovenius plura correxerat, etiam addiderat: correxitque ipse inprimis perperam commemorata testimonia, addiditque appendicem Fastorum Relandinorum, in qua Fasti graeci et latini a libris Mss. et *Brencmanni* epistola de Coss. qui in Pandectis memorantur: et alia. Non tacendi etiam sunt Fasti Consulares *Petr. Relandi* ad usum studiosorum Iuris; sive in utroque Cod. Theodosiano et Iustinianeo, qui fratre *Hadr. Relandi* Vltrai. 1715. 8. editi sunt: opus egregium et bene elaboratum. Reperimus plures, qui idem institutum persequi se dicerent, Mediobarbum, Massonum, et alios: sed eos commemorasse nil prodest. Hagenbuchius etiam V. C. Epistolam Consularem se dicit meditari in epistolis epigraph.

IV. MONVMENTVM ANCYRANVM habet narrationem de rebus Augusti Imp. quam ipse a se scriptam ante Mausoleum suum in Campo martio duabus columnis lapideis statuerat. Eam inde descriptum posuerunt Ancyrani in Cappadocia in templo ipsi sacrato: ubi repertum est primum ab *Ant. Verantio (Wranz)*: e cuius apographo editum est in Leunclavii Pandectis Turcicis, et Gruteri Inscript. p. CCXXX. Proxime ab hoc describi curavit *Busbekius* in legatione Turcica a. 1553. (v. Epist. eius 1. Leg. Turc. p. 87.) e cuius apographo editum est in Aurelio Victore A. Schotti a. 1579. tum in Iani Rutgersii Variis Lect. p. 163. seq. et in variis Svetonii et Victoris editionibus, ut in Aurelio Victore Sam. Pitisci, et ad calcem Svetonii Graeviani, additis Iusti Lipsii et Isaaci Casauboni castigationibus, coniecturis et notis. Cum vero *Daniel Cossonus* post Bus-

bekium et Verantium idem monumentum denuo ipse accuratius lustrasset, nec pauca, quae Busbekium, vel eius amanuensem, fugerant observans plenius et emendatius descripsisset, post Cossoni mortem eas Schedas nactus Iacobus Gronovius, monumentum Ancyranum ex eisdem haud paulo emendatius vulgavit, et cum notis Memoriae Cossonianae subiecit Lugd. Bat. 1695. 4. Cossoni et Iac. Gronovii emendationes annotatae quoque sunt in nova Inscriptionum Gruteri editione pag. CCXX. et monumentum ipsum in Io. Guil. Baieri fil. historia monumenti Ancyrani, Ienae 1703. 4. Ab eo tempore recensitum denuo prodiit tomo secundo itineris Pauli Lucae in Graeciam et Asiam minorem Paris. et Amst. 1714. 12. et in itinere postumo *Ios. Pittonis Turnefortii* accuratius etiam Cossoniano T. 2. p. 578. seq. editionis, quae post Parisiensem prodiit Amstelod. 1718. 4. Ad extremum illud monumentum a se inspectum et cum editis exemplis collatum edidit accuratius ceteris *Ed. Chishul* Britannus, notisque eruditis instruxit in Antiquitatibus Asiaticis p. 170. seqq.

V. OCTAVII CAESARIS AVGVSTI, non magis imperio rerumque gestarum magnitudine, quam amore literarum, eruditione, ingenio et scriptis illustrissimi fragmenta, quotquot reperire potuit, collegit, et in variis suis lectionibus edidit notisque illustravit Ianus Rutgersius lib. 2. cap. 19. p. 135. seqq. Scripta *Augusti*, quorum fragmenta ista sunt, fuere *Epistolae* p. 136. *Codicilli* p. 149. *Edicta* p. 150. *Rescripta Bruto de Catone* p. 152. *Hortationes ad Philosophiam* p. 153. *Orationes funebres* ibid. *Carmina* p. 154. *Mandata de administranda Rep.* p. 157. *Commentaria ad Agrippam et Maecenatem* p. 156. *Breviarium Imperii* p. 156-166. *Rationarium Imperii e*) p. 158-168. *de Vita sua libri trede-*

e) De eo v. Lambec. Comment. Bibl. Vindob. II. p. 73. Eandem λογα-

*tredecim* p. 158. *Index rerum a se gestarum* p. 163. *Testamentum* p. 163. *Mandata de funere suo* p. 160. Descripsit et orbem terrarum, ut ex Itinerario Antonini colligunt viri docti, nec non ex Plinio, qui Augusti ordinem in partitione Italiae sequi se negat: sed non alio opere factum id videtur ab Augusto, quam in Breviario Imperii. Fescenninos versus in Pollionem composuisse constat a Svetonio, qui Pollio interrogatus, cur non responderet, *non facile est*, inquit, *in eum scribere, qui potest proscribere.* Supersunt et fescennina quaedam Augusti in Antonium, in Catalectis Poëtar. Conf. quae viri docti ad Martial. XI, 21. Praeterea cum libris XIII. de vita sua, *tragoediam f) de Aiace et Achille* memorat Svidas. Sed illam non absolvisse nec edidisse, sed delevisse ipse Augustus testis est: qui a Lucio tragoediarum scriptore interrogatus, quid ageret Aiax eius, *in spongiam*, inquit, *incubuit*, ut narrat Macrobius libro secundo Saturnal. capite 4. quo toto ioci Augusti referuntur, ut strategemata a Polyaeno VIII, 24. *Tribus Augusti voluminibus*, quae memorat Svetonius cap. 101. Dio libro 56. *quartum* adiungit, praecepta et consilia Tiberio et Reip. data, ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ. Adde Iac. Pontani Philocaliae Lib. IV. cap. 13. *Acta temporum Divi Augusti* citat Plinius lib. XIII. cap. 13. *Ad pag. 162. Rutgersii* in

 fragmen-

λογαριακὴν παλαιὰν καὶ νέαν Mstam legerat in Bibliotheca Regis Christianissimi Salmasius vid. p. 808. ad Solin. edit. Paris. notaveratque, in illa Augusto tribui, quod demum obtinuit post Constantini M. tempora sub Valentiniano. Sed frequens hic Graeculorum error est (ut notat Iac. Gothofredus Tom. 2. Cod. Theodos. p. 451. de hoc ipso scripto agens) quorumcunque Augustorum, i. e. Imperatorum instituta ad primum Augustum referre, atque inde magnas nugas super addere. Novissime Iac. Gronovius ex Schedis parentis sui novae editioni commentarii illius de sestertiis adiecit duplex rationarium, Graec. lat. unum Caes. Augusti, alterum recentius Alexii Comeni Lugd. Bat. 1691. 4. post minus accuratam locis nonnullis perpaucis editionem Monachor. Benedictinorum, cum versione Bernhardi de Montfaucon, viri doctissimi, in Analectis Graecis, Paris. 1688. 4. p. 321.

f) Male interpres *tragoedias.*

fragmentis Augusti Imp. adde hunc locum Servii ad Eclog. IX. *Baebius Macer circa horam octavam, stellam amplissimam, quasi lemniscis coronatam, ortam dicit, quam quidam ad illustrandam gloriam Caesaris iuvenis pertinere existimabant. Ipse animam Patris sui esse voluit, eique in Capitolio statuam, super caput auream stellam habentem, posuit. Inscriptum basi fuit* Καίσαρι ἡμιθέῳ. *Sed Vulcanius Aruspex in Concione dixit, cometem esse, qui significaret exitum noni saeculi et ingressum decimi; sed quod invitis Diis secreta eorum pronunciaret, statim se esse moriturum; et nondum finita oratione in ipsa concione concidit. Hoc etiam Augustus in libro secundo memoriae vitae suae complexus est.* (Et hoc fragmentum additum est collectioni Rutgersianae repetitae ab Fabricio Hamb. 1727. cum monimento Ancyrano, in libro, qui inscribitur *Imp. Caesaris Augusti Temporum notatio, genus et scriptorum fragmenta.*) Sed novam editionem Fragmentorum horum cum notis exspectare nos iussit *Vitus Maria Giovenazzius* in notis ad Livii Fragmentum nuper repertum p. XLIX. De eruditione et eloquentia Augusti operae pretium est consulere C. V. Io. Guil. Bergeri specimen Rhetorices Augustae, Viteb. 1710. 4. De legibus ab Augusto conditis Ioannem Conradum Dietericum in Augusti vita pag. 207. seq. Giessae 1666. 4.

VI. MONVMENTA VARIA ANTIQVA a *Georgio Fabricio* collecta, et in libris duobus Antiquitatum edita Basileae a. 1549. 8. apud Oporinum, ut plures posteriores editiones omittam. In libro primo sunt *Formulae testamentorum* g) *L. Cuspidii, Galli Favonii Iucundi* et *Sempronii Tucidani:* Caput ex testamento *M. Me-*

g) L. Cuspidii testamentum cum recentibus Petrarchae, Iac. Picolomini, Iovitae Rapacii, et Io. Boccaccii testamentorum formulis exhibet Aldus Manutius ad officia Ciceronis III, 10. p. 148. seq.

*M. Megonii* M. F.. Corn. Leonis: Testamenta ludicra *Sergii Polensis Parasiti* et *Grunnii h) Porcelli*, Testamentum *Q. Laelii Tiburtini*, *et Mimi. i) Libellus Aelii Hadriani Imp. Velii Fidi*, *Fl. Vespasiani*, *et decimi Secundini Formula contractus* edita ante in Italia ex Bibl. Andr. Alciati. (v. eundem Brissonium libro sexto.) *Lex aedificantium*, *et Lex dedicatae arae*: *Testamentum terminorum inter Genuenses et Viturios*: aliud item *inter Fovencularios et Ausurios*. *Decreta antiqua XXI. Elogia vetera XIII.* In libro secundo *Epitaphia antiqua varia LXXI.* versibus scripta, et *Calendarium vetus Romanum* hactenus ineditum. De *Instrumento plenariae securitatis*, quod vulgavere Brissonius et Naudaeus, dictum supra in Caesare. Ad calcem libri praeclari de Roma Georgius Fabricius Basil. 1540. 1549. et 1560. 8. subiunxit libros duos Antiquitatum,



h) Huius etsi ludicri testamenti meminit Hieron. Prooem. in Esaiam, et Apologia in Rufinum. Descriptum fuit primo Moguntiae a Io. Alexandro Brassicano, et a Georgio Fabricio: postea correctum locis aliquot ex antiquissimo exemplari invento Memmelebii in Thuringia ad Vnstrum. Edidit quoque Ottomarus Luscinius in Grunnio suo Sophista, Argentorat. 1522. 8. et Gesnerus de quadrupedibus pag. 1032. Legitur praeterea in appendice inscriptionum Gruteri p. XVIII. et in calce adagiorum Erasmi aliorumque edit. Hanov. 1617. et 1643. tum in Taubmanni commentario ad culicem Virgilii pag. 146. et Dornavii Amphitheatro sapientiae Socraticae iocoseriae T. 2. p. 48. ubi et *testamentum Sergii Polensis parasiti*. Occurrit et apud Vavassorem de ludicra dictione p. 291. et in Tenzelii dialogis vernaculis menstruis anni 1696. p. 191. Lambecius denique lib. 3. comment. de Bibl. Vindobonensi inseruit, et notis illustravit, qui p. 360. seq. minus verisimiliter suspicatur, totum esse Satyricum, eiusque autorem sub Grunnii nomine voluisse perstringere Gordianum interfectum a Philippo Arabe. cf. de hoc testamento, Salmasii specimen confutationis animadversionum Des. Heraldi p. 239. seq. et Valesium ad Ammian. XXVII, 4. p. 534. edit. Parif. 1681. Idem Lambecius T. 2. eorundem commentarior. p. 984. *Testamentum asini* ridiculum ex vetere Ms. vulgavit et T. 3. p. 349-363. impugnat, quae de Corocottae nomine scripserat Salmasius p. 238. seq. ad Solinum, edit. Traiect.

i) Plerasque horum et aliorum testamentorum veterum formulas reperiet Lector in eximio opere Barnabae Brissonii de formulis et solennibus pop. Rom. verbis libro septimo p. 674. seq. De γυναικὶ τῇ testamenti Everhardi consule Lucam Dacherium praefatione tomi XII. Spicilegii.

tum, quibus, in editione Basil. 1587. 8. liber tertius accessit, sive potius liber secundus, multum auctus ab auctore, in duos digestus, exhibetur. In *primo* libro sunt formulae testamentorum libelli, Formulae, Leges, Instrumenta, Interdicta, Decreta, Elogia. In *altero* et *tertio* Inscriptiones sepulcrales, item Anathemata, Calendaria. *L. Cuspidii testamentum*, quod perinde, ut Epitaphium Claudiani, confinxit Pomponius Laetus, est in huius Collectionis principio, exstatque et in appendice thesauri Inscript. Gruteri p. 19. Prodierat Basileae in 8. sine anni nota, L. Cuspidii testamentum, cum instrumento fines agri inter Genuenses et Viturios, statuente L. Caecilio Q. F. et Q. Mutio Q. F. Coss. et formata contractus Bebii Porcae, Sempronii testamento militari, breviario rerum L. Sicinii Dentati, Q. Fabii Max. et L. Metelli, Pompejique Magni: adiunctis quibusdam antiquis epigrammatibus et inscriptionibus. Titulus libelli est: *ex venerandis Antiquitatis reliquiis exemplum Instrumenti Romani* etc. *Testamentum* ludicrum *Grunnii Corocottae Porcelli* n. VI. ediderat Ottomarus Luscinius, Argentorati 1522. 8. ad calcem Dialogi, quem inscripsit Grunnium, in quo disserit, utrius natura ad virtutem et felicitatem propius accedat, hominis an bruti animantis. Idem ex Lambecii editione occurrit etiam in Clarissimi Almelovenii notis ad Apicium lib. VIII. c. 7. p. 236. Caput ex *testamento M. Megonii* n. 4. est in Gruteri thesauro p. CCXV. Et testamentum Grunii Porcelli in appendice p. XVIII. *Testamentum Ermentrudis matronae* ap. Mabillonium de missa gallicana p. 463. Caesarii Arelatensis testamentum in Petri Saxii Pontificio Arelatensi pag. 100. seq. Aquis sextiis 1629. 4. Formulas quasdam testamentorum sequioris aetatis s. Saeculi XIII. et XIV. vulgavit Antonius Matthaeus post A. Alciati paraenesin contra vitam monasticam Lugd. B. 1708. 8. Arnaldi de Auxio,

Cardi-

Cardinalis a. 1320. Baluzius in actis veteribus ad vitas Paparum Avenionensium pag. 279. Nic. de Freanville Cardinalis a. 1321. p. 409. Reginae de Gutto Comitissae Armaniacensis p. 462. Delphinae de castro novo p. 758. Petri de Iudicia Cardinalis p. 780. Petri Flandrini Cardinalis p. 928. et alterum falsatum p. 933. 934. Guil. de Chanaco Cardinalis p. 952. Petri de Croso p. 1008. et 1015. Anglici Episcopi Albanensis p. 1021. Guil. Cardinalis de Agrifolio p. 1071. Petri de S. Martiale, Archiepisc. Tolosani p. 1076. Ioannis de Murolio Cardinalis p. 1092. S. Domnuli Cenomanensis T. 3. Act. Sanctor. Maii XV. 611. seq.

VII. Latinis literis etiam prosunt NVMI VETERES ROM. unde et in Bibliotheca Latina locum habere debent libri, qui eorum notitiam, intelligentiam et usus ad literarum, inprimis latinarum, studia tradunt. Et hos usus quidem ipsos egregie demonstravit *Ezech. Spanhemius* in immortali opere de usu et praest. numismatum, Diss. inprimis secunda, in qua de grammaticis rebus quaedam traduntur, decima et seqq. quae ut totum opus ad compendium redactae sunt ad usus iuvenum a duobus, *Froelichio* sub nomine ficto *Debiel*, qui tamen historicas modo res persecutus est, Viennae Austr. a. 1733. 8. deinde *Hanthaler* in Exercitationibus de Numis pro tironibus Noriberg. 1735. 4. qui liber tamen et ad institutiones rei numariae referri potest.

Initium numorum edendorum factum in Germania per *Io. Hutichium* in Vitis Caesarum a. 1525. et iterum 1534. in quo exemplo numi consulares accessere, quem deinde in aliis generibus plures secuti sunt. Primus operae pretium fecit *Hub. Golzius* in Thesauro rei antiquario et aliis libris numariis a. 1575. seqq. qui deinde in unum Corpus redacti prodiere Antverp. 1608. et 1620. f. Voll. 5.

Post eum certatim viri docti numos protulere vel varii generis, vel unius, eosque commentariis illustravere, vel per occasiones varias, in operibus historicis, vel commentariis in scriptores veteres, inprimis latinos, quos magno numero ad temporum seriem enumerat *Anselmus Bandurius* in Bibliotheca Numaria, ad calcem operis de numis Impp. Occid. inde a tempore Traiani Decii, repetita et aucta *I. A. Fabricii* cura Hamb. 1759. Sed ille subsistit in anno huius seculi septimo: post quem multi alii huius generis libri prodiere.

Ad nostram rationem pertinent, qui de numis Romanis Commentarios dedere, vel *Caesareis*, vel *Consularibus* vel *Vrbicis* et *Colonicis*. E primo genere sunt *Mediobarbus*, cuius opus primum prodiit Mediol. 1683. f. iterum auctius et correctius ibid. 1730. f. per *Argelatum*: *Valens* cuius Paris. 1697. f. *Bandurius*, Paris. 1718. fol. Voll. 2. *Morellius* Amst. a. 1752. f. Voll. 3. Hoc genus etiam illustrat *Tristanus* in Comm. in hist. Impp. Paris. 1644. f. Voll. 3. In altero genere sunt *Patinus* Paris. 1663. f. *Valens* Amst. 1703. f. Voll. 2. et *Morellius*, cuius opus ab *Havercampo* editum est Amst. 1734. f. Voll. 2. In tertio idem *Valens* Paris. 1697. f. *Harduinus*, cuius tamen opus est sine figuris, pertinetque, ut illud, etiam ad Graecas, Paris. 1689. 4. in operibus selectis, et nuper *Peregrinus* (*Pellerin*) Paris. 1763. 4. T. III. quorum primus ad numos Europaearum urbium pertinet, ut secundus ad Africanarum.

Sed multi latini numi etiam editi et illustrati sunt ab iis, qui Musea numaria descripsere: ex quo genere et *Liebii* Gotha numaria, Museum reginae Christinae ab Havercampo editum 1742. S. Genovefae a Cl. *Molineto* Paris. 1690. Florentinum a Gorio Flor. 1740. f. Voll. 3. Bodlejanum a *Fr. Wise* Oxon. 1750. f. opus egre-

egregium et ad intelligendam rem numariam utilissimum: cui addemus *Haymii* Thesaurum Britannicum a. 1720. latine factum Vindob. 1762. 64. 4. Voll. 2. cum appendicibus duabus. Item ab aliis, qui libros numarios non certi generis edidere, quos h. l. commemorari nil attinet. Vnum *Io. Iac. Gesnerum* commemorabimus, qui universa illa genera uno opere complexus est Tiguri 1738. f. Multos etiam latinos numos e vario genere rariori edidit et explicavit *Peregrinus* (*Pellerin*) in eximiis operibus numariis nuper editis Parisiis, in pr. in Miscellaneis numariis et Supplementis.

Sed huius generis studiosis proderit legisse aliquem, qui in universum de re numaria et eius scientiae comparandae modo scripsere: ex quo genere sunt *Savotus*, *Patinus*, *Rinkius*, nostras in Tr. de cognitione rei numariae, valde laudatus Bandurio in Bibl. num. p. 77. *Iobertus*, etiam latine factus a *Iunkero*, sed inprimis editio facta a *Bimardo*, cum eius notis egregiis Paris. 1739. 12. Voll. 2. denique *Th. Mangeart* in Introd. ad cognitionem rei num. francice edita Paris. 1663. f. opere copioso et erudito. Adde *Barthelemius* Essai d'une Palaeographie numismatique in Comm. Acad. Inscr. et literar. b. Tom. 24. cuius summam exhibet Mangeart pag. 3. sqq. item inprimis *Augustini* Dialog. de Antiquitat. Rom. et Hisp. in numis, latine factos a *Schotto* Antverp. 1617. fol. opus utilissimum tractaturis numos latinos.

Locum etiam dabimus eodem, ut numis, modo et genere, in Bibliotheca hac latina, GEMMIS SCALPTIS: sed eam ipsam ob caussam valde angustum: nam ad intelligendam quidem linguam latinam nihil prosunt, nisi quoad iuvant intelligentiam eorum loco-

rum apud Latinos, in quibus talium operum mentio est: quod tamen ipsum magis ad antiquitates illustrandas pertinet: propter quam caussam si esset de iis h. l. dicendum, de omni genere antiquitatum latinarum, et operum antiquorum dicendum esset. Ceterum si quis desideret super et hoc et ceteris generibus cognoscere, quae tractaturo scriptores latinos prodesse possint, adeat ille nostram Archaeologiam literariam c. 5. et seqq. nam profecto saepe doctissimi viri, inscitia istorum operum atque artium ipsarum lapsi sunt, quod tamen et iis ipsis saepe accidit vicissim inscitia latinitatis, qui ista opera tractavere scribendo.

VIII. EX LIBRIS PONTIFICVM LINTEIS *excerpta* commemorat Is. Vossius ad Catullum. Pro Reliquiis *ex tabulis marmoreis actorum k) urbis diurnorum* habent Reinesius et Dodwellus, qui ex apographo Vossiano edidit, et notis suis uberioribus illustrata praelectionibus Cambdenianis subiecit, non illa tantum exhibens, quae Pighius, Reinesius et in altera Svetonii editione Cl. Graevius vulgaverant, sed alteram quoque partem hactenus ineditam. Dodwelli praelectiones Cambdenianae lucem adspexere Oxon. 1692. 8. Sed Acta diurna et fastos, horumque apographa, libros linteos, et Annales maximos, inter se confundi a Dodwello, probe notavit Clariss. Burmannus ad Svetonium. Annales quidem a diurnis actis perspicue distinguit Tacitus Annal. XIII, 31. *Fasti* sola nomina Magistratuum, *Annales* etiam res gestas maioris momenti, *diurna* res etiam leviores ac quotidianas complectebantur.

k) De hisce actis vide Lipsium ad Taciti lib. V. Annal. Fuere et *Acta Senatus, Acta Caesarum, Acta publica populi Romani etc.* de quibus idem Lipsius et Dodwell. praelect. Cambden. p. 390. seq. *Acta belli et brevia* sive *breviaria* de quibus Stewechius ad Veget. lib. 2. cap. 19.

bantur. *Linteos libros* Magistratuum (ex publicis tabulis eburneis Magistratuum) descriptos ab Annalibus Pontificum distinguit Livius IV, 7. et 20. et in aede Monetae servatos, atque a Q. Tuberone et Licinio Macro subinde laudatos testatur. Meminit iterum IV, 13. Alius est de quo X, 38. *Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum.* Lintei libri in quibus Acta imperatorum consignata erant, memorantur in Vopisci Aureliano c. 1. et 8. De *fragmentis* his, quae velut *ex libris linteis Pontificum* magni faciunt viri docti, ita scribit Marcus Velserus Epist. 50. ad Camerarium p. 840. *Rittershusii iudicium de linteis Pontificum libris exspectabimus. Ego plane tecum sentio, haec fragmenta neque coloris neque succi esse pro aetate, quam affectant.* Adde pag. 851. Pighius quaedam illorum vulgaverat in Annalibus, et Reinesius pag. 340. Inscript. Ex Actis Senatus a. V. C. 585. specimen apud Graevium notis in Svetonii Caesarem p. 778. seq. Sed omnino commentitia et spuria esse illa fragmenta docet Wesselingius in Probabilibus c. 19. cuius dictis adde disputata in Excursu nostro (I. A. E.) primo ad Svetonium.



CAPVT



# CAPVT IV.

## DE COLLECTIONIBVS GRAMMATICORVM LATINORVM.

### SECTIO I.

Sub initia inventae typographiae, cum undique libri e latibulis ſuis protraherentur veteres, ut per novae artis formulas in manus multorum venirent, etiam Grammatici plures libri reperti ſunt, Volaterranus Lib. IV. extr. narrat, plures repertos in monaſterio Bobienſi 1494. Eos igitur, maiores quidem illos, ut Feſtum, Priſcianum et alios ſeparatim edidere, ut qui iuſta volumina implerent: minores autem plures in idem volumen compegêre, ſed tamen interdum et maiores. Ex hoc genere notavimus nos quidem exempla haec.

Venetiis ſ. a. editi a *Nic. Ienſono*, quam editionem non vidimus. Inſunt iidem, qui in editione Veneta 1500.

A. 1483. Brixiae una prodiere *Nonius*, *Feſtus* et *Varro*, ſed ita, ut ſinguli ſeparatim haberi poſſent. nam unicuique in calce addita eſt nota loci et temporis.

A. 1500. Venetiis Grammatici veteres prodiere *Phocas*, *Priſcianus*, *Caper*, *Donatus*, *Sergius* et alii in fol. e Ienſoni exemplo.

A. 1504. *A. Ianus Parrhaſius* dedit Collectionem Grammaticorum, fere ad rem poëticam pertinentium, Mediol. f. Inſunt hi: 1. *Probi* Inſtitutum Artium. 2. *Marii*

2. *Marii Victorini* de Quantitate syllabarum. 3. *Donati* prima ars. 4. *Servius* ad Aquilinum, de naturis ultimarum. 5. *Sergius* in artem Donati primam. 6. *Attili Fortunatiani* ars. 7. *Donatiani* de metris Horatianis fragmentum. (in titulo operis error est: nam *Atilii* libello tribuitur nomen de metris Horatianis, et sequenti: eiusdem generis fragmentum.) 8. Item *Caesii Bassi.* 9. *Terentianus* et 10. *Beda.*

Hic Parrhasius etiam alios detexit, ut patet e Collectione anni 1509. facta Vicentiae in fol. In qua insunt 1. *Probi* instituta artium. 2. Eiusdem *Catholica Corn. Frontonis* de nominum verborumque differentiis. 3. *Phocas* de flatili nota et de adspiratione libellus. Qui libri omnes a *Parrhasio* tunc primum editi sunt. Praemissa est etiam Probi libris Parrhasii praefatio ad Senatum Vicetinum, et altera Frontoni ad Fratrem. E prima discimus illorum librorum codicem veterrimum repertum a *Georgio Merula*, qui post huius mortem in Parrhasii manus venerit.

A. 1510. Mediolani in fol. prodiit Collectio, quae habet *Nonium Marcellum*, *Festum Pompejum* et *Varronem*, per *Io. Baptistam Pium*, qui hos scriptores, valde ante corruptos vehementer, accurate a se correctos dicit.

A. 1515. Mediolani Corpus Grammaticorum prodiisse reperi, de Consilio Iani Parrhasii pristino; nam tum iam abierat Mediolano Vicentiam (a. 1502.) in eo esse *Diomedem*, *Phocam*, *Priscianum*, *Asperum*, *Donatum*, *Probum*. Haec est editio, in qua, ut Gesnerus in Bibl. tradit, *Charisii* opus sub *Donatiani* nomine edidit. Sed erravit forte et confudit cum hac alteram Mediolanensem a. 1504. in qua aliquid est sub *Donatiani* nomine. Opus hoc non vidimus, ut iudicare possimus.

A. 1516.

A. 1516. Parisiis ex officina Ascensii prodiit Corpus Grammaticorum duodecim per *Theodorum Bellovacum.* Sunt autem hi: 1. *Diomedis* libri III. 2. *Rhemnii Palaemonis* ars secunda. 3. *Asperi* iunioris ars. 4. *Aelii Donati* editio prior et posterior, item de barbarismo, vitiis et tropis. 5. *Servius Honoratus* in secundam Donati editionem. 6. in eandem *Sergius.* 7. *Phocas* de nomine et verbo, item de aspiratione. 8. *Caper* de orthographia et latinitate. 9. *Agroetius* de orthographia et proprietate. 10. *Probi* institutiones artium: eiusdem Catholica. 11. *Cornelius Fronto* de differentiis vocum. 12. Grammaticus alter de punctis et accentibus.

A. 1519. Venetiis prodiit Grammaticorum Collectio, in qua *Diomedes*, *Probus*, *Fronto*, *Phocas*, *Max. Victorinus*, *Priscianus*, *Caper*, *Agroetius* et alii. Memoratur et alia Venetiis 1522. fol. quam non vidimus. Videtur saltem esse repetitio prioris.

A. 1527. 8. prodiit alia talis Collectio Basileae: in qua sunt 1. *Rhemnii Palaemonis* Summa Grammatices. 2. *Terentius Maurus* de orthographia. 3. *Aelius Donatus* de barbarismo, pedibus, tonis. 4. *Servius* in Donatum et de Syllabarum quantitate. 5. *Marius Victorinus* de enunciatione literarum, orthographia et metris Comicis. 6. *Q. Papinii Praetextati* breve fragmentum de orthographia. 7. *Cornelius Fronto* de differentiis verborum.

*Io. Caesarius* tres Grammaticos, *Asperum* iun. *Aelium Donatum* et *Phocam* edidit Lips. 1527. 8. deinde hos ipsos iterum et tertio recognitos et scholiis illustratos Friburgi in Brisgovia 1533. 8.

A. 1569. *Georg. Fabricius* Lipsiae 8. edidit Grammaticorum veterum libellos de proprietatibus et differentiis sermonis latini, quae collectio repetita est a filio

filio eius *Io. Fabricio* Lipſ. 1610. 8. quae et ſubiecta eſt Iſidori Origg. a *Bonav. Vulcanio* et Gothofr. auct. L. L. Ante Fabricium talem collectionem, ſed minus plenam, dederat *Henr. Loſſius* Francof. 1569. 8.

Ex officina Sanct-Andreana 1589. 8. prodiit Corpuſculum Grammaticorum, in quo inſunt: *Fulgentii* Expoſitio continentiae Virgil. *Iunius Philargyrius* in Bucol. et Georg. Virgilii, *Velius Longus* et *Caſſiodorus* de orthographia.

Sed hae Collectiones parvae ſunt. Poſthaec, pluribus talibus libris paullatim inventis, maiores factae ſunt. In quibus ampliſſimae ſunt duae, altera ſub titulo Auctorum Linguae latinae, altera ſub Grammaticorum Latinorum. In his quae inſunt, h. l. recenſebimus.

## SECTIO II.

### DE AVCTORIBVS LATINAE LINGVAE A DIONYSIO GOTHOFREDO EDITIS.

AVCTORES LATINAE LINGVAE in unum redacti corpus, adiectis notis Dionyſii Gothofredi, Genev. 1595. 1602. 1622. 4. Inſunt in hac Collectione haec:

1. *M. Terentii Varronis* quaecunque ſuperſunt ex libris XXIV. de lingua latina. Ea pridem collegerat *Marcus Vertranius Maurus*, cumque notis ſuis et Varronis vita ediderat Lugd. 1563. 8. De Antonii Auguſtini emendationibus, Ioſ. Scaligeri coniectaneis et Adriani Turnebi notis ad hos libros dictum ſupra c. de Varrone.

Etiam

Etiam a *Casp. Scioppio* recensiti prodiere Ingolstadii a. 1605. 8. ut omittam editiones in opere Perotti, quod Cornu copiae inscribitur, Florentinam item et Basileensem cum castigationibus *Mich. Bentini*, et Pseudo-Catonis Originum libro, 1536. 8. Codicem Varronis Mſ. Vossianum laudat Io. Frid. Gronovius lib. 1, observationum p. 12. et alibi.

2. *M. Verrii Flacci*, *a*). sub August. Imperatore Grammatici celeberrimi, *fragmenta*.

3. *Sexti Pompeji b*) *Festi*, qui sub Christianis Imperatoribus, ut par est credere, floruit, Verriique Flacci libros *c*) contraxit, certe scripsit post Martialem, quem commemorat in *Vespa*. Nam argumentum, quo Vossius probare conatur, Festum iis temporibus scripsisse, quibus sacra crux in honore habita est, quia nempe in voce, supparus, *ad nunc supparos*, inquit, *appellamus vela linea in crucem expansa* etc. non adeo certum esse videtur, quoniam labari usus etiam sub

*a*) De *Verrio* v. Sveton. c. 17. de Grammaticis. Scripserat varia, ut *libros rerum memoria dignarum*, *de obscuris Catonis*, *Saturnum*, *Epistolas*, *Carmina* etc. Denique *de verborum significatione* opus, quod Festus in Epitomen redegit. De *Fastis* eius dictum capite superiore §. 1.

*b*) Sextus Pompejus Festus a Paulo Diacono, *Pompejus Festus* bis, semel *Iulius Festus* a Macrobio appellatur lib. 3. Saturnal. *Festum Pompejum* laudat quoque Charisius lib. 2. p. 196. *Festi Postumi*, ut aequalis sui mentio apud Gellium lib. 19. c. 13. Noct. Attic. Confer Barthii Adversar. II, 3. Sub Pompeji nomine commemoratur Theodulfo Aurelian. Carm. IV, 17. *et modo Pompejum*, *modo te, Donate, legebam.*

*c*) Festus in profanum, postquam Verrii sententiam memorasset; *cuius opinionem*, inquit, *neque in hoc neque in aliis compluribus refutare necesse est*, *cum propositum habeam ex tanto librorum eius numero intermortua iam et sepulta verba atque ipso saepe confitente, nullius usus*, *aut auctoritatis*, *praeterire*, *et reliqua quam brevissime redigere in libros admodum paucos*, *ea autem*, *a quibus dissentio*, *et aperte et breviter*, *ut sciero*, *scripta in his libris meis invenientur*, *qui inscribuntur* PRISCORVM VERBORVM CVM EXEMPLIS. Quod opus Festi diversum fuisse notat Scaliger et A. Dacerius (contra Antonii Augustini sententiam) ab eo, cuius reliquias habemus et quod *de verborum significatione* inscriptum fuisse, e Macrobio constat. Adde Festum ipsum in *Tatium*. Ceterum in praesenti quoque Verrius a Festo passim reprehenditur.

sub Impp. Ethnicis fuit, vide Lambec. III. pag. 378. e Tertullianus ipse, cuius locum profert ad Festi verb Dacerius, sub Ethnico Imp. scripsit.

Festi loca quaedam emendat Io. Meursius p. 103. sq Critici Arnobiani, et Piccartus in periculis Criticis. Lipsiae in Bibl. Amplissimi Senatus exstat Ms. *Pompeji Festi de interpretatione linguae latinae;* et in extremo: *Finis Pompeji Festi, quem Pomponius correxit:* Codex non antiquus et parum distincte exaratus, tamen continet quaedam, quae in editis frustra quaeras, ut monet auctor Ephemeridum literariarum Lipsiensium a. 1710. p. 1014. Paulum non raro verba Festi interpolata ad aevi sui consuetudinem traxisse, observat Goldastus in notis ad Eginhardum de vita Caroli M. p. 173. ubi, laudato Pauli Stephani Codice probo et antiquo, id in notis ad Festum demonstraturum se promisit. Vide et quae monet Ioannes Seldenus curis secundis ad sectionem 3. de decimis, ad calcem Io. Clerici in Pentateuchum pag. 638. et D. Io. Diecmannus in specimen notarum ad glossarium latino-theotiscum Rabani Mauri p. 58. seq. Sibrandus Siccama apud Struvium fasc. VI. pag. 18. *in Festum quoque quaedam meditatus sum, sed de perfectione despero, nisi me latior otii et quietis aura afflaverit.*

Prodiit Festus primum Mediolani 1471. f. cuius editionis exemplum fuit in Bibliotheca Cl. du Boze. A qua editione proxima est facta Venet. 1472. f. per Nic. Ienson Gallicum, atque iterum ibidem 1474. fol. per Ioannem de Colonia. Porro Romae 1475. fol. apud Henr. Reynhar. Reperi etiam notatam editionem sine loco et anno. Hinc Parmae 1480. fol. et Brixiae 1483. fol. per Boninum de Boninis de Ragusia, atque eodem anno Venetiis f. per Octavianum Scotum Modoetiensem, cum Nonio et Varrone de lingua Latina. In Catalogo Bibliothecae Barberinae perperam traditur

Festus cum notis Vulcanii legi in eius thesauro utriusque linguae edito Lugd. B. 1600. f. nam in illo tantum pag. 754 — 758. inter alia Grammaticorum scripta breve legitur excerptum e Festo de verborum differentiis.

Huius inquam Festi *Fragmenta a Fulvio Vrsino edita et schedae a Pomponio Laeto relictae; Eiusdem librorum XX. d) de Verborum Veterum significatione reliquiae* cum *Pauli Diaconi* ex iisdem Epitoma, coniunctae et in unum corpus digestae sunt ab Aldo Manutio, Achille Mafeo, denique ab Antonio Augustino, praemissa etiam *Pauli Epistola ad Carolum M. Imp.* Illa Pauli Epitoma primum saepius prodierat, tum alibi, tum ad calcem Cornucopiae Nicolai Perotti. Melior, ordinatior et locupletior *Antonii Augustini*, Episcopi Ilerdensis, editio cum animadversionibus prodiit Venetiis 1560. 8. in qua ea, quae Pauli sunt et quae Festi, posita in margine nota distinguuntur, et Verrii Flacci fragmenta praemittuntur. Hanc Augustinianam editionem repeti iussit et castigatt. doctissimis illustravit *Ios. Scaliger e)* Paris. 1575. 8. subiectis etiam seorsim notis, quae in Veneta editione antea prodierant. Ab eo tempore *Fulvius Vrsinus* Fragmenta ipsa Festi, qualia Manil. Rallus, homo Graecus, sed latinis literis excultus, et Pomponius Laetus habuerant, et a Rallo acceperat Politianus, (v. c. 73. Misc.) a Pomponio Laeto Io. Bapt. Pius (v. annot. posterior. c. 16.) ex Farnesii Cardinalis Bibl. publicavit, et cum notis suis edidit Romae 1581. 8. *f*) Scaligeri et Vrsini editiones iunxerunt et utriusque notas adiecerunt Heidelbergenses 1583. 8. Denique luculentam emendatam

*d*) Divisionem quae in vulgaris libris occurrit, qua singuli libri singulas continent litteras, Aldi esse non Festi notavit Dacerius in praef. Quae vero Macrobius e libro tertio decimo Iulii Festi profert III, 1. Saturnal. ea hodie leguntur in libro Festi duodecimo divisionis Aldinae.

*e*) Non Iulius Caesar Scaliger, ut legas in quaesitis Oratoriis Bohuslai Balbini p. 119.

*f*) Yvo Villiomarus sive Iosephus Scaliger in locos controversos

datam et elegantem Festi editionem debemus *Andreae Dacerio*, qui in usum Delphini illustratum edidit Paris. 1681. 4. De prioribus autem hoc fert iudicium: *Pauca eorum praestitit Antonius Augustinus, quae praestare potuisset. In multis divinus Scaliger: Sed dum ingenio suo nimis indulget, saepe nubes captat, et nil minus quam Festum interpretatur. Fulvius Vrsinus reliquis felicior, utiliorem operam navavit, sed sic etiam Festum non tam emendatum quam emendandum et emendari facilem tradidit.* Dacerii editio recusa, curante Io. Clerico V. C. Amst. ap. Huguetanos 1699. 4. adiectis notis integris, quae singulis paginis substernuntur, Ios. Scaligeri, Fulvii Vrsini et Ant. Augustini, una cum fragmentis et schedis atque indice novo. Codicem vetustum Festi habere se testatus est Polydorus Virgilius in sylloge proverbiorum. Illustrandum novo studio Festum a pluribus iam annis in se susceperat vir doctiss. *Henr. Cannegieterus:* sed, ut ex Actis Erud. 1732. p. 52. patet, illud consilium, nescio, qua de caussa, abiecit.

# INDEX AVCTORVM OMNIVM, QVI A FESTO CITANTVR, ITEM CARMINVM, FOEDERVM LEGVM ET ALIORVM MONVMENTORVM.

Prior numerus paginam editionis Dacerianae; posterior paginae versum indicat.





*fos Roberti Titii* p. 7. *Annon Sex. Pompejus Festus indignis modis acceptus esse visus est, quod ab homine Gallo illustratus magno studiorum favore exceptus est. Itaque Romae editus cum iisdem castigationibus alius nunc esse censetur propterea quod prioris editoris nomen dissimulatum est, quanquam eadem plane editio est paucis admodum iisque leviter immutatis, ita tamen ut tam levi mutatione non magis latere possit industria prioris editoris etc.*

Apol-

*Quin-*

*Vale-*

4. *Nonii Marcelli*, Peripatetici g) Tiburienſis compendioſa doctrina ad filium ſive *de varia ſignificatione verborum* liber, diſtinctus in capita undeviginti. Marcellum Marcelli F. Grammaticum Narbonenſem memorat Auſonius Epigr. 19. qui utrum cum *Nonio Marcello* quicquam commune habeat, docti viderint. Illum Peripateticum dici mirum, quanquam et alios Peripate-

g) Ita vulgo legitur in editt. quibuſdam. Forte *Grammatici* reponendum pro *Peripatetici*. Pro *Tiburienſi* alii ſcribunt *Tiburticenſem*. Ex cap. 12. de doctorum indagine locum affert Priſcianus libro VI. qui ibi hodieque exſtat in voce *ſtricturae*. Ceterum auctorum, quos citat Nonius, vix quiſquam eſt multo iunior Apulejo. Bene autem obſervat Iſ. Voſſius p. 212. ad Catullum; ſolenne eſſe eruditis, multis in locis ſaepe non intellectis inſultare huic Grammatico, optime ſi quiſquam promerito de lingua latina. Idem p. 56. meminit ſuarum obſervationum ad hunc ſcriptorem.

ripateticos quosdam libenter ad Grammaticam demisisse se constat. *Scriptor est variae et antiquae lectionis, ut nemo alius exstet aeque locuples. Depromsisse poterat*, ut observat doctissimus Vir, Christoph. Wase, *ex Tiburte Bibliotheca, a Gellio bis memorata, ut quae in Herculis templo fuerit, atque sub id tempus libris compluribus instructa (ut appareat Lipsii coniectura minime vana, Hadriano Caesari eo secessu gaudenti illud tribuentis) appellatur enim Tiburticensis.* In vocum tamen interpretationibus saepe delirare, notat post alios Muretus in Var. Lect. tum alibi, tum IV, 13. Ludolphus Kusterus diatriba de verbo *cerno* p. 81. 91.

Prodiit Nonius primum a. 1471. f. sine indice loci et typographi, tum Venet. 1476. fol. per Nicolaum Ienson, et Parmae 1480. f. cum Varrone, deinde Brixiae 1484. f. nec non Mediolani 1500. f. cum Festo et Varrone, et Paris. 1519. f. et Venet. 1483. f. et 1496. nec non Herbipoli sine anni nota per Georg. Laurentium in fol. et Brixiae 1483. fol. quam editionem memorat Mich. Maettarius pag. 174. Annal. typograph. et cum Festo ac Varrone Venet. 1496. f. tum saepius ad calcem Perotti Cornu copiae Venet. 1492. et apud Aldum *h*) 1514. Tusculani 1522. Basil. 1518. etiam 1526. eidem Perotto subiectus cum castigationibus Mich. Bentini. Primus eximiam prae ceteris Nonio operam praestitit *Adrianus Iunius*, Antv. 1565. 8. cuius editionem manu Iosephi Scaligeri collatam cum duobus Mstis, et a capite ad calcem pluribus eiusdem castigationibus et annotatis refertam, cum in manus meas incidisset, (F.) intuli in Bibliothecam Venerandi D. Io. Friderici Mayeri, quae pluri-

*h*) In editione Perotti cornu copiae Aldina 1513. f. Nonii compendia tertiam fere partem non ante impressam habent, additam opera Iocundi Veronensis, qui in Gallia Nonium cum antiquis contulit exemplaribus. Adiunctus praeterea longus de generibus tractatus.

pluribus eiusmodi abundabat cimeliis: unde post in Bibliothecam I. G. Bergeri, ex hac in Mermannianam venit. Editio Nonii Parisiensis a. 1583. 8. Iunium fere sequitur, sed in calce exhibet notas ad Nonium ex variis doctorum scriptis undecunque congestas, cum indice accuratiore auctorum a Nonio commemoratorum. Denique post Dionys. Gothofredum optimam et emendatissimam Nonii editionem cum notis selectissimis, etsi suppresso nomine suo, dedit doctissimus et elegantissimus *Iosias Mercerus* Paris. 1614. 8. Petrum quoque Scriverium novam Nonii editionem parasse didici ex ineditis Gothofredi Iungermanni et Scriverii ipsius ad Eliam Putschium litteris. Francisci Guieti notas ad Nonium ipsius manuscriptas habere se retulit Menagius in Menagianis p. 301. Idem in Originibus Gallicis, vocabulo *As*, laudat editionem Nonii Sedanensem *i*) quam non vidi. Et fortasse Parisiensem Merceri intelligit: sane locus, quem commemorat, eadem pagina editionis Parisiensis exstat. Philippus Pareus in litteris ad Tossanum scriptis 24. Ian. 1643. testatus fuit, habere se Nonium cum Mſ. Palatino collatum sedulo, ac nova prorsus methodo recensitum, editurumque, si vita superesset. Nonium a Pomponio Laeto castigatum disces ex Diario Veneto eruditorum Italiae T. 22. p. 395. *Thesaurum mendorum* vocat Nonium Ianus Guilelmius II, 21. Verisimilium, quo in libro complura Nonii loca emendavit. Conferendae etiam *Christoph. Wase* stricturae et animadversiones Nonianae, quarum tres sectiones sive Exercitationes evolvi editas Oxon. 1685. 4. Adr. Iunius VI, 8. seq. Animadvers. et p. 410. seq. Epist. Io. Meursius in Critico Arnobiano VI, 11. et III, 2. etc.

Nonium

*i*) Parisiensem editionem a. 1614. fortasse Sedanenses recuderunt, vel eidem editioni (ut interdum fit) in diversis exemplis duarum diversarum urbium nomina inscripta sunt, nam Sedanensis quoque ut audio annum 1614. 8. prae se fert. Notarum se auctorem prodit Iosias Mercerus pag. 87. *quod moniti in Aristaenetum.*

Nonius cum Ms. Palatino collatus a Philippo Pareo, fuit in Bibliotheca Marquardi Gudii.

# INDEX AVCTORVM QVI LAVDANTVR A NONIO.

*Ad paginas editionis Paris. 1614. 8.*

174

412,

257,

396,

94, 2. 103, 8. 124, 8. 159, 27. 181, 5. 184, 10. 199, 4. 298, 8. 307, 6. 341, 23. 420, 31. 424, 25. 446, 5. 481, 27. 515, 15. IV, 73, 8. 95, 30. 173, 15. 190, 23. 192, 26. 199, 33. 209, 17. 218, 20. 230, 13. 231, 14. 241, 30. 247, 11. 252, 8. 319, 15. 413, 15. V, 13, 7. 10, 12. 18. 74, 17. 80, 30. 134, 8. 221, 18. 225, 20. 227, 24. 234, 3. 415, 31, 450, 9. 457, 15. 487, 3. 504, 8. 506, 15. VI, 14, 7. 136, 14. 157, 33. 181, 27. 203, 28. 205, 25. 227, 26. 394, 17. 19. 425, 5. 482, 24. 487, 4. 18. 495, 17. 506, 11. 12.

*Masurius Sabinus* lib. XVII. 168, 23.

*Matius* 106, 25. 167, 17. supra *Crassus.*

*Memmius* 194, 32.

*Menander* 120, 16.

*Naevius* 110, 17. 120, 16. 200, 24. 205, 27. 207, 20. 214, 9. 306, 7. Carmine 361, 16. Carmine belli Poenici 197, 15. belli Poenici libro II. 335, 3. 474, 6. III, 76. 5. 116, 30. IV, 90, 28. 97, 18. 183, 15. 468, 27. VI, 211, 4. 267, 18. 325, 6. 515, 10. 33. VII, 474, 16. Agrypnuntibus 65, 5. 150, 22. Assitogiola 155, 25. Danae 124, 13. 138, 15. 186, 22. 262, 24. 291, 5. 366, 4. 459, 25. 469, 33. 473, 31. 504, 2. 518, 2. Erotopaegnion 133, 8. Laevii potius. Erularia 151, 2. Gymnastico 136, 7. 159, 6. 224, 25. 279, 33. 392, 24. 421, 25. 486, 32. Iphigenia 370, 25. an Ennii? Lycurgo 6, 16. 9, 23. 14, 22. 73, 17. 84, 32. 109, 25. 124, 27. 29. 159, 7. 191, 18. 33. 192, 30. 213, 10. 225, 2. 259, 6. 322, 33. 334, 31. 476, 9. 481, 29. 485, 6. 487, 9. 540, 6. 547, 29. 548, 27. Paoebo 552, 17. Pellico 223, 21. Protesilaodamia 116, 7. 209, 30. Livii potius. Pullis 72, 22. 139, 24. 513, 21. Quadrigeminis 153, 21. Sannionibus 218, 30.

*Nigidius* 35, 33. 51, 20. 53, 24. 100, 6. 441, 15. Comment. Grammatic. 21, 21. 40, 24. lib. IX, 127, 10, X, 437.

491,

*Turpi-*

Socra-

351,

ἀῤῥενότητος 131, 36. Vae victis, περὶ φιλονεικίας 82, 17. 156, 13. 492, 8. 500, 9. Vinalibus, περὶ ἀφροδισίων 8, 2. Virgula divina 7, 15. 47, 14. 223, 31. 264, 26. 332, 10. 336, 8. 27. 478, 10. 529, 10. 537, 11. 538, 27. 550, 12.

*Virgilius* 49, 14. 53, 19. 80. 23. 103, 13. 191, 14. 192, 29. 196, 21. 23. 198, 23. 199, 6. 200, 13. 204, 27. 211, 25. 220, 9. 222, 7. 224, 2. 225, 18. 229, 7. 231, 9. 11. 247, 14. 268, 17. 274, 9. 297, 14. 307, 24. 314, 14. 335, 7. 376, 21. 23. 24. 377, 4. 397, 26. 405, 5. 421, 22. 427, 18. 432, 23. 439, 12. 440, 19. 442, 23. 24. 27. 446, 25. 26. 455, 30. 526, 18. 33. 528, 5. 536, 22. 545, 18. 556, 27. Culice 211, 26. Bucolicis 58, 30. 169, 4. 198, 8. 199, 31. 200, 3. 206, 5. 210, 7. 211, 25. 28. 215, 20. 219, 3. 223, 26. 239, 12. 246, 20. 247, 27. 250, 15. 251, 14. 252, 7. 254, 27. 255, 4. 265, 2. 5. 17. 276, 4. 277, 10. 20. 278, 29. 279, 7. 280, 13. 284, 5. 288, 16. 289, 7. 11. 293, 27. 310, 18. 311, 6. 14. 312, 19. 30. 313, 27. 33. 326, 24. 25. 331, 20. 25. 32. 332, 18. 26. 335, 12. 13. 336, 51. 338, 3. 5. 343, 14. 346, 30. 347, 6. 348, 17. 349, 11. 353, 2. 357, 31. 360, 30. 366, 25. 373, 19. 377, 20. 380, 23. 381, 17. 382, 24. 387, 15. 388, 26. 389, 11. 13. 390, 6. 392, 3. 399, 21. 400, 3. 403, 2. 406, 7. 409, 11. 15. 420, 23. 446, 6. 449, 17. 453, 11. 461, 14. 464, 29. 465, 9. 471, 29. 499, 28. 524, 14. 15. 527, 18. 545, 8. 32. 547, 28. 548, 23. 549, 14. 19. Georgicis 230, 6. 271, 33. Georgicorum libri singuli, et Aeneidos, *locis quam plurimis.*

5. *Fabii Planciadis Fulgentii de prisco sermone ad* Chalcidium. Hoc opusculum una cum Nonio emendatum edidere Adr. Iunius et Ios. Mercerus, ut alias editiones *k*) iam

*k*) Vide si placet supra in Hygino et Chalcidio.

iam omittam. Phil. Labbeus T. I. Biblioth. novae Mſſ. p. 668. huic libello praefixam Epiſtolam vulgavit ex codice, ni fallor, Vaticano, quam cum brevis ſit, hic apponam. *Fabii Planciadis Fulgentii incipiunt Expoſitiones* (Vulcanii Codex addit, *Virgilii Expoſitio*) *Sermonum antiquorum cum teſtimoniis. Ne te tuarum praeceptionum ſerie, Domine, quicquam curtaſſe inobedientia putaretur, libellum, quem de abſtruſis ſermonibus parare iuſſiſti, in quantum memoriae entheca ſubrogare potuit, abſolutum tribuimus, non tam phaleratis ſermonum ſtudentes ſpumis, quam rerum manifeſtationibus dantes operam dilucidandis.* Neſcio, quare hoc epiſtolium, in aliis editionibus obvium, omiſerint Dionyſius Gothofredus et Hadrianus Iunius.

6. *Iſidori* Hiſpalenſis *l*) Epiſcopi *Originum* ſive *Etymologiarum libri XX.* prodierunt ſeorſim Auguſt. Vind. 1472. fol. Venetiis 1483. Baſil. 1489. f. Pariſ. 1509. 1520. etc. Deinde iuncti Marciano Capellae et ſcriptis veterum de differentiis et proprietate ſermonis latini, una cum ſcholiis Bonav. Vulcanii Baſil. 1577. f. Denique inter Iſidori opera Pariſ. 1580. fol. per *Margarinum de la Bigne*, et Madrit. 1599. ac denique accuratius Pariſ. 1601. cum notis variis cura *Io. Griali*, opera *Iacobi Breulii*, Monachi S. Germani a Pratis, ſed et cum iiſdem notis Colon. 1617. f. Notas Griali minime ambitioſas, ſed doctiſſimas vocat Barthius ad Britonem p. 344. Operae pretium eſſet recudi ſubſtratis per ſingulas paginas eruditis *Io. Griali*, Hiſpani, notis, in quibus egregia lux illi ſcriptori ex Petri Ciacconii, quem Chaconem vocat, Antonii Auguſtini, Bonav. Vulca-

*l*) In Bibl. Renati Moreau fuit Codex Iſidori Originum quibus additae erant *tres Epiſtolae Iſidori ad Braulionem et Braulionis ad Iſidorum*, quae in editis deſideratur. Vide Labbei Bibl. nov. Mſſ p. 217. qui p. 277. etiam refert *libros duos Synonymorum* Iſidori iunioris exſtare in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi Codice 513.

Vulcanii et aliorum virorum doctorum et ipsius Griali obſervationibus. Idem Grialus paſſim notat, Iſidorum inſiſtere veſtigiis ſcriptorum, ſuperſtitum hodie Solini, Servii, Sergii, Lactantii, aliorumque, quos de nomine non laudat. De Iſidori Hiſp. Originibus ita Lucas Tudenſis in eius vita T. I. Act. Sanctor. April. pag. 333. *In hoc libro in trivii eruditione Iſidorum praeditum cernes eloquentia; hic in quadrivii inveſtigatione perfectum admireris in Matheſeos diſciplina: hic corporis ſalutem tueri ac reſtaurare docendo theoricum practicumque reperies: hic Methodicam, Empiricam, Logicamque m) diſcernendo Apollinem, Aeſculapium et Hippocratem noviſſime n) perpendes: hic Phoronei, Triſmegiſti, Solonis et Pompilii inſtituta retractando, iuris invenies peritiſſimum: hic iura, leges edictis et decretis inſerendo inſtruxiſſe putabis Iuſtinianum: hic Ephemerides, epactas, idus et Kalendaria, annales et hiſtorias diſtinguendo Pherecydem et Ioſephum ebibiſſe probabis: hic chronicam proſequendo Euſebium, Hieronymum et Oroſium lectitaſſe clamabis.* Omitto caetera, quibus ipſi Salomoni Iſidorum non modo aequat ſed praefert. In eadem Vita p. 346. exſtat Braulionis ad Iſidorum Epiſtola, qua librum Etymologiarum ſibi ab eo mitti expetit.

# CASPARIS BARTHII INDEX SCRIPTORVM IN ISIDORI ORIGINIBVS LAVDATORVM.

*Achateſius* o) *Mileſius* lib. I. cap. 38.

*Actius* VIII, 7.

*Aegyptii* picturam excogitarunt umbra hominis lin. circumductam XIX, 16.



m) Logica ſive rationalis ſecta Medicorum. Vide Celſi praef.

n) Lege *noviſſe.*

o) Lege *Hecataeus.*

p) Lege *Rutilius Rufus* de vita Scipionis.

## IN EIVSDEM ISIDORI LIBRIS PRIMO ET TERTIO DIFFERENTIARVM, q) SIVE DE PROPRIETATE SERMONIS LATINI CITANTVR.



Cato

q) Liber primus ex Agroetio magnam partem expressus. Tertius primum lucem vidit in editione Madritensi a. 1599. In MSS. Codd.

7. *Grammaticorum Veterum, Cornelii Frontonis, Nonii Marcelli, Agroecii, Aelii Donati, Aruntii t*) *Celsi, Fl. Sosipatri Charisii, Q. Asconii Pediani, Marii Servii Honorati, Sex. Pompeji Festi, Q. Terentii u*) *Scauri et Agellii de differentiis et proprietate Latini sermonis Excerpta*, Eadem cum Isidori Originibus edita esse iam dictum a Bonav. Vulcanio. Partem quoque subiecit Ausonius Popma libro suo de verborum differentiis Lugd. Bat. 1606. 8. ut alias editiones omittam. Prodiere et Venet. 1511. 1522. Francof. 1566. per Lucam Lossium, et ex *Ge. Fabricii* recensione 1565. et 1569. v. Sect. I, etc. Libri quoque tres de differentiis



Codd. hos libros longe alios legi notat Barthius, idque se ostendisse specimine quod edidit XXXII, 1. et XXXIX, 6. et 14. Advers.

*r*) Add. Barthii Adv. p. 1783.

*s*) Helius Melissus ex Gellii XVIII, 6. adde Barthii Adversaria p. 1465.

*t*) Aruntius iste Celsus, Grammaticus olim clarus Virgilium et Terentium Scholiis interpretatus est, sed quae non tulere aetatem.

*u*) Scauri magnum olim nomen inter Grammaticos: unde Ausonio Staphilius dicitur, *Grammaticus ad Scaurum atque Probum*, in Professoribus Burdigalensibus.

et proprietatibus verborum, Isidoro Hispan. auctore, in postremis eius editionibus exstant, quem ex Agroecio pleraque repetisse notat Goldastus ad Valerium de bona disciplina p. 54. Hoc opus e Codice Petri Danielis parum emendate editum a *Margarino de la Bigne* inter opera Isidori Paris. 1580. ut notat Barth. Adv. XXXII, 6. XXXIX, 14. accuratius edidere Petr. Pantinus et Rolandus Vicelius Madriti 1599. et inde alii Opp. Isidori editores. Exstant et verborum Latini sermonis differentiae collectae et editae a *Daniele Achrelio*, Aboae 1692. 8. pag. 59. *Vocum aliquot apud Terentium Explicatio*, e veteribus membranis ab eodem Vulcanio primum edita p. 550. Occurrit etiam in calce Terentii editionis Lindenbrogianae p. 583.

8. *Calendarium vetus Romanum*, quod in marmore incisum Romae repertum est in aedibus *Maffaeorum*, etiam *Colotianum* appellari solitum, a Dionys. Gothofredo exhibetur cum Pauli Manutii Patris expositione et diatriba de ratione veterum dierum, prout in antiquis quibusdam Ovidii editionibus post libros Fastorum legitur. Idem Calendarium exstat in *Iac. Mazochii* inscriptionibus urbis Romae anno 1521. et in Gruteri inscriptionibus pag. CXXXIII. atque in Guil. Fleetwoodi Sylloge p. 54. seq. praeterea in Fabricii Roma P. II. pag. 167. itemque e Codice Io. Cuspiniani in *Phil. Guadelindi* Fastis Ovid. Vien. 1513. de quo v. Velseri Ep. 29. et 31. ad Ios. Scaligerum. Reperitur porro in fronte Anaptyxeos Fastorum Ovidianorum, auctore Carolo Neapoli: et una cum Petri Ciacconii notis Antverp. 1574. excusis: in Ios. Scaligeri lib. IV. de emendatione temporum p. 232. qui Hemerologium, ab Augustino emendatum, appellat: et apud Seldenum III, 15. de iure Nat. et gentium, in Rosini Antiqq. Rom. IV, 2. T. VIII. Thes. Graeviani Ant. Rom. denique ante Io.

Bapti-

Baptistae Belli diatribam de Pharsalici conflictus mense et die, recusam cum praefatione V. C. Leonh. Schurtzfleischii Viteberg. 1705. 4. Ceterum huic Calendario, quod ad Ovidianos Fastos illustrandos adhibetur, nihil fidem habet barbarumque iudicat Pontedera V. C. in Enarr. et Emend. Antiqu. Rom. et Gr. pag. 398. Sed scriptores de hoc argumento vide in Menologio meo sive libello de mensibus, quem edidi Hamb. 1712. 8. quibus alii addi possent. Sed non est necesse.

Aliud Calendarium Romanum Amiterni effossum est, quod cum minutis notis in lucem dedit *Purpurinus a Faventia*, Secretarius Coelestinorum Ordinis S. Benedicti, Neapoli 1680. 4. aliud item sex mensium ex antiquis fastorum Ovidii membranis est in editione Heinsiana ac Cnippingiana, et in Graevii Thes. Antiqu. Rom. pag. 89. qui in praefat. loca quaedam illius e Ms. castigat.

Calendarium Constantii *x*) temporibus circa a. C. 354. compositum, et Valentino cuidam dicatum a *Furio Dionysio Philocalo*, vulgatum est a *Io. Georg. Herwarto*, et ante Anaptyxin fastorum Ovidianorum Caroli Neapolis, atque in Vranologio Petaviano pag. 67. praeterea ad calcem libri quarti commentariorum Lambecianorum de Bibl. Vindob. additis e Ms. Codice Vindobonensi iconibus mensium in aes incisis, quibus tetrasticha Ausonii in menses ex asse respondent. Lambecii editionem cum eiusdem notis et iisdem antiquis iconibus nitide descriptis aere, recudi curavit laudatus Graevius Tomo VIII. Hoc idem Calendarium, sed mutilum, et iconibus destitutum, ex Rosweidi schedis a Bollando *y*) acceptum edidit *Aegidius Bucherius* pag.

*x*) Al. Constantini a. C. 325.

*y*) Ex Laterculo Ptolemaei Silvii ad Eucherium Episcop. a. C. 448. mensem Ianuarium et ex aliis mensibus excerpta quaedam dat Bollandus praef. ad Tom. I. Act. Stor. Ianuar. p. XLIV.

pag. 275. seq. in Comm. in Victorini aliorumque Canones Paschales. *Rosweidus* idem descripserat e Codice Fabricii Peirescii, et de eo illustrando cogitabat. v. Gassendum in Peirescii Vita ad a. 1617. et 1620. Ceterum id Calendarium valde suspectum est Ponteder ae l. c. p. 399. ut alterum de quo mox.

Calendarium *Rusticum* Colotianum sive Farnesianum, cum aliorum duorum Calendariorum veterum fragmentis vulgavit notisque illustravit *Fulvius Vrsinus* Rom. 1587. 8. et cum eius notis Graevius T. VIII. Thes. A. R. inseruit: at sine notis dedit Car. Neapolis in limine Anaptyxeos fastorum Ovidii et Gruterus in inscript. p. CXXXVII. CXXXVIII. Sed hoc Calendarium esse nullius pretii et barbarae originis docet *Pontedera* V. C. in Antiquitat. Gr. et Lat. Enarrationibus et Emendationibus Epist. 46. p. 393.

Calendarium *Vetus Romanum*, compositum sub Valente Imp. et cum commentario *Hieron. Aleandri* editum. v. et apud Fletwodum pag. 60. Adde Calendarium Demsteri in paralipom. ad Antiqu. R. Rosini: Calendarium *Petavii*, cum ortu occasuque stellarum ex Ovidii Fastis, Columella XI, 2. et Plinii XVIII, 26. 30. *Gassendi* Calendarium Romanum compendiose expositum T. 5. Opp. Sibrandi Tetardi Siccamae praecidanea in fastos Calendares Romanorum, qui liber Campis 1599. 4. editus occurrit in T. VIII. Thes. Graeviani una cum Demsteri, Petavii et Gassendi Calendariis, Petrique Violae, Lilii Gyraldi, Hadr. Iunii et aliorum eruditorum virorum de hoc argumento commentationibus. *Francisci Blondelli* Historia Calendarii Romani Gallice prodiit Paris. 1682. 12. qui Romuli Calendarium exhibet p. 41. Numae Pompilii p. 47. Calendarium Iulianum p. 65. Ecclesiasticum vetus p. 139. Gregorianum denique p. 259.

9. De

9. *De nominibus impositivis ex Constantini Censura* fragmentum, quod *Tito Probo* tribui notat Dionysius Gothofredus. Idem enim est, quod in quibusdam *Valerii Maximi* editionibus pro libri decimi Epitome occurrit. Adiectus est *Caroli Sigonii* recentioris, sed longe doctissimi scriptoris, *libellus de nominibus Romanorum.*

10. *Valerii Probi* z) Berytii Grammatici *de notis Romanorum interpretandis* libellus. Hunc primus, quantum scio edidit *Io. Bonardus* Presbyter Veronensis Venet. 1501. 4. adiunctis aliis quibusdam, quae huc nil attinent. Sed post Gothofredum ex Mss. longe auctiorem vulgavit notisque illustravit *Henricus Ernstius* Sorae 1674. 4. in cuius editione plurima Probo adiecta reperiuntur, sed quae a genuinis Ernstius asterisco distinxit. Idem Probi libellus sine illis additamentis saepius editus est, ut Oppenheimii a. 1510. 4. cum Pomponii Laeti de Magistratibus, Sacerdotiis, et Legibus Romanis, praemissa Iac. Symphelingii praefatione ad Theodor. Gresemundum. Occurrit etiam in Codice Theodos. Iac. Cuiacii, in fronte inscriptionum a Iacobo Mazochio collectarum, in parte tertia topographiae et Antiquit. Rom. Boissardi et aliorum, Francof. 1627. f. in Antiquitatibus Romanis Philippi Caroli et in luculento Claudi Dausquei opere de Orthographia latini sermonis, quod prodiit Tornaci 1632. f. Paris. 1677. fol. T. I. p. 165.

Hic

z) Sertorius Vrsatus existimavit hunc scriptorem fuisse Christianum, aut certe Christianorum monumenta perlustrasse. Et Dausquejus in Animadvers. ad hunc libellum pag. 191. contendit notas hasce Probi diversas esse a Commentario, quem Gellius XVII, 9. ait satis curiose a Probo factum, de occulta litterarum significatione Epistolarum Iulii Caesaris. De notis ταχυγράφων, quae σημεῖα ἐν βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα, appellat Plutarchus. vide, si placet, supra in Seneca.

Hic Probus sub Nerone ad Domitiani usque tempora vixit. vide Norisium ad Cenotaphia Pisana p. 464. ubi notat, Epigramma Martialis ab hoc Grammatico laudari (in Grammaticis Putschii p. 1463.) et Gellium testari III, 1. et 15. XIII, 13. et 19. se cum quibusdam locutum, qui Valerium Probum disserentem audierant. In libro de notis sub litera I legas etiam, *in foro Traiani.* Sed cum in litera S etiam scribatur *Sev. Severus Augustus, Armenius, Parthicus*, utrumque ei libro ab alia manu additum fuit, vel alium plane auctorem libellus habuit. Vita eius est apud Svetonium in libello de Grammaticis, in fine.

11. *Notae Iuris a Magnone collectae* inscriptaeque Carolo M. Imp. Harum notarum usum ad cavendas fraudes et rixas pridem aboleverat Iustinianus C. de vet. iure enucl. l. 1. §. 13. Ita loco σημείων γράμμασι λιτοῖς uti iussit Basilius Imp. teste Cedreno. Confer Francisci Hotomanni notas iuris.

*Petri Diaconi de notis literarum more Romano liber* ad Conradum Imp. Rom.

*De notis ponderum et mensurarum* sive *de minutiis ex Demetrio Alabaldo.*

*Incerti auctoris antiqui de notis literarum singularium et dictionum contractius scriptarum.*

Haec scripta de notis, excepto Magnonis, sed contra addito Bedae libro, de quo mox, primum nitide edita sunt Venetiis in aedibus Ioan. Tacuini a. 1525. 4. In fine addita sunt varia, de legibus iuris Pontif. XII. tabb. etc. ritibus Rom. item Inscriptiones plures. Praeter Gothofredum et Eliam Putschium iunctim cum observationibus edidit *Frider. Lindenbrogius* Lugd. Bat. 1599. 8. Ceterum locus de notis veterum a multis recentioribus illustratus est. Qui volent eum cognoscere, ut

ut monumenta antiqua inſcriptionum, numorum etc. intelligere poſſint, adeant *Aldum Manutium* in veterum notarum explanatione, qui libellus etiam a Gothofredo additus eſt, *Barthol. Amantium* et *Petrum Apianum* in abbreviationibus vetuſtorum monumentorum, *Torellum Sarainam* Veronenſem de interpretatione litterarum antiquarum, Veron. 1540. Indices Gruterianis inſcriptionibus ſubiectos, *Wolfg. Lazium* de ratione legendi litteras abbreviatas in monumentis, *Io. Evelinum* tractat. Anglico de Numiſmatis p. 190. ſq. *Caſp. Hamelarium* in notis numiſmatum integre repraeſentatis, *Hubertum Goltzium* de notis ſingularibus et implexis in numiſmatibus et faſtis, in theſauro rei antiquariae, Antv. 1618. f. *Io. Prettenium* de notis atque ſigillis antiquorum, Citzae 1660. 12. et, qui inſtar omnium eſt *Sertorii Vrſati* nobilis Patavini commentarium de notis Romanorum, quo nihil eſt in hoc genere locupletius, et quo notae, quotquot reperiri potuerunt collectae litterario ordine digeſtae et explicatae una cum Vrſati obſervationibus exhibentur Patavii 1672. fol. et Tomo undecimo theſauri Antiquitatum Romanarum Ioannis Georgii Graevii, qui in praefat. nonnulla in hoc Vrſati commentario caſtigat, plurimaque notare ſe potuiſſe teſtatur, quae reſervaverit tomo inſcriptionum, ſatis ut ait ponderoſo, quem ibidem in lucem editurum ſe recipit vir praeſtantiſſimus. Sed plura monet, omninoque quid in opere Vrſati deſiderandum ſit, docet *Maffei* in libro de ſiglis Graecorum p. 10. Epitome operis Vrſati edita eſt, Hagae Com. 1636. 12. Exſtat et talis in calce Marmorum Oxonienſium, Oxonii 1676. f. Vſus eſt Vrſatus ineditis laboribus Comitis *Iacobi Zabarellae, Octaviique Ferrarii* et *Io. Rhodii* notis Iulii Caeſaris et Auguſti. Etiam de ſiglis veterum ſingularem librum edidit *Io. Nicolai*, antiquitatum in Academia Tubingenſi Profeſſor Lugd. B.

1703.

1703. 4. Sed omnium diligentiam in hoc genere fortasse vicisset *Christophorus Wolterck* Gluckstadiensis, qui Vrsati operi, in alterum tantum aucto, Graecas quoque siglas (longe, quam dedit Io. Valens ad calcem numismatum Graecorum, maiori numero, addere volebat, si ei absolvere opus contigisset.

12. Denique sequitur *Bedae Venerabilis Presbyteri brevis tractatus de computo sive loquela per gestum digitorum*, qui in novissima operum Bedae editibne Coloniensi a. 1688. legitur T. 1. p. 127. cum Glossis Brideferti Ramesiensis, sed admodum ieiunis, Scholiisque Io. Noviomagi. In Corpusculo libellorum de notis, (de quo supra n. 10.) exhibetur figura arcus, in cuius sigmate, s. curvatura exhibentur Siglae merae: in medio figura mulieris attollentis manum dextram, digitis flexis partem et erectis, adscriptumque est: In arcu Romae Sibylla sculpi fecit has literas; quae postea per Bedam declaratae sunt. Libellum hunc primus, e Cod. scripto Bibl. S. Emerani Ratisponensi, cum figuris edidit *Io. Aventinus* Ratisp. 1532. paullo post *Elias Vinetus* etiam doctis notis illustravit Paris. 1565. 8. hinc Graevius cum iisdem notis inseruit tomo undecimo thesauri Antiqu. Rom. p. 1699. In non paucis ab usu veterum recedere observat Barthius II, 12. Advers. Addi potest ad hoc argumentum cognoscendum Rabani Abbatis Fuldensis liber de computo, quem edidit Steph. Baluzius T. I. Miscellaneorum p. 10. seq. et Nic. Smyrnaei numerorum notatio per gestum digitorum, quam Graece et Latine cum Beda de indigitatione Parisiis 1614. 8. vulgavit Frid. Morellus, post Morellum Petrus Possinus Rom. 1673. fol. ad calcem catenae Patrum Graecorum in Marcum et Spicilegii sui Evangelici, qui putabat, se primum hunc libellum edere, ex Carol. de Montchal Bibliotheca: idem Possinus notas, nescio cuius, et figuras, σχηματισμῶν χειρολογιστικῶν in aes incisas addi-

addidit p. 449. seqq. Ex Graeco illo libro Nic. Smyrnaei Bedam videri transtulisse, quae de hoc argumento scripsit, notatum Salmasio est in Epistolis p. 101. Ex eodem libro, tabella in aes incisa, a. 1544. Paris. figuras digitorum expressas vulgavit *Io. Bogardus*. Liber eiusdem argumenti Graece scriptus a Nicol. Smyrnaeo ἔκφρασιν τȣ̃ δακτυλικȣ̃ μέτρȣ, Possini spicilegio Evangelico et Alex. Mori Notis ad Novum foedus atque Ramiresii Pentecontarcho, additus est Hamb. 1712. 8.

Plura de hoc more per digitos sive δακτύλων κάμψεις, ut Alciphron Epistola 26. loquitur, computandi vide ap. Erasmum in Scholiis ad Hieron. I. in Iovinian. Pierium libro 28. Hieroglyph. Wowerium cap. 7. Polymathiae, Antonium Nebrissensem c. 16. quinquagenae, (qui huc etiam trahit Prov. III, 16. parum vero similiter;) Francisci Sanctii paradoxa p. 75. seqq. Gyraldum Dialogismo 2. Colvium ad Apuleji apologiam, Gruterum lib. I. c. 8. suspicion. Grangaetim aliosque ad Sat. 10. Iuvenalis, Pareum elect. Plautin. pag. 89. seqq. le Moyne notis ad varia sacra p. 805. seqq, et Petrum Bungum Bergomatem in Mysteriis numerorum p. 473. seq. Meminit et Xiphilinus in M. Antonio p. 266. et Svidas in Ἀρβαζάκιος. Dio Chrysostomus. IV. de regno p. 74. ἀεὶ κινῶν τȣ̀ς δακτύλȣς, ἤτοι τὴν αὐτȣ̃ λογιζόμενος ȣ̓σίαν, ἢ τῶν ἄλλων τινός. Huc pertinet etiam quodammodo loquela per digitos, de qua vide Isidorum Hisp. lib. I. Orig. c. 25. et Dan. Guil. Molleri dissertationes tres de manuloquio, pediloquio et oculiloquio Altorf. 1702. Io. Ludov. de la Cerda, Adversar. sacr. c. LII. Quintilianum Burmanni p. 111. 1024. Martianum Capellam lib. 7, p 236. Hugonem Menardum ad Sacramentarium S. Gregorii M. p. 51. et Barthium p. 177. ad Claudianum et 1116. Caussinum de eloquentia IX, 8. Harduinum ad Plinii XXXIV, 7. Scipionem

Gentilem ad Apuleji apológiam p. 429. seq. G. G. Leibnitium in collectaneis etymologicis II. p. 384. seq. ubi de signis, quibus usi pro loquela Cistercienses in Abbatia Loccumensi; Io. Bonifacium in arte loquendi per signa, *l' arti de' cenni*, Vicentiae 1616. etc.

13. In calce huius collectionis Gothofredinae post indices comparet etiam *Liber Glossarum*, ex variis Glossariis, quae sub *Isidori Hisp.* a) nomine circumferuntur. Editus fuerat cum aliorum glossariis. Exstat et ad calcem operum Isidori. Multas harum Glossarum emendant et illustrant Cerda cap. 141. adversar. sacr. Turnebus et Barthius in Adversar. Reinesius in Var. Lect. Meursius in exercitatt. Criticis, Gebhardus in crepundiis, Matthias Martinius in Lexico, in Etymologico Vossius, Cangius in glossario, et alii passim. Novissime glossarium Isidori a Io. Georgio Graevio emendatum, eiusque notis, et Cl. Almeloveenii collectaneis illustratum lucem adspexit ad calcem Lexici praeclari Etymologici, quod iam semel iterumque in lucem prodierat auctore Matthia Martinio, G. Io. Vossii praeceptore Traiecti ad Rhen. 1697. f. cuius editionis exemplaria quaedam praeferunt in titulo Amst. 1701. f. addita Io. Clerici Etymologica dissertatione.

*Excerpta Pithoeana ex veteribus Glossis.*

*Excerpta differentiarum a Iacobo Bongarsio legato Regio communicata*, incipiunt: *de proprietate sermonum vel rerum.*

Praeter

a) Isaacus Vossius Epistola ad Nic. Heinsium data a. 1638. T. 3. Sylloges Burmannianae pag. 558. *Mitto* Isidori *glossas, altera parte auctiores, quas e Bibliotheca Guilielmi Noomsii τῦ μακαρίτυ accepi. Aliud quoque addidi glossarium, quod videtur esse* MACRI *cuiusdam, mihi sane ignoti. Disquires ipse, quid bonae frugis inde possit teneri. Multa sane cum* Papia *habet communia.*

Praeter has *Glossas*, in quibus collectio Gothofredi desinit, exstant latino Graeca et Graeco latina glossaria antiqua vulgata primum ab *Henrico Stephano* Paris. 1573. f. ex Ms. Bibl. Monasterii S. Germani, post a *Bonav. Vulcanio* Lugd. Bat. 1600. f. denique a *Carolo Labbeo* Paris. 1679. f. cum emendationibus et notulis. In his plurima recondita utriusque linguae vocabula, et sepultae oblivione significationes exponuntur: unde passim ad illa doctissimos quosque tanquam ad oraculum recurrere et in iis evolvendis illustrandisque operam suam collocare videas: sed eorum usus multas cautiones habet, et non nisi doctissimo cuique patet. Cangius prolegomenis ad glossarium mediae latinitatis putat eorum frequentem usum olim fuisse in Gallia, aetate utriusque Hincmari, Remensis Archi-Episcopi, et Episcopi Laudunensis. Praetereo *Cambronense glossarium* Cerdae laudatum, et *Onomasticon Petri Danielis*, e quo excerpta ap. Turnebum XXVIII, 5. seq. Adv. Glossaria item, quorum editionem ad Isidorum pollicitus est doctissimus Graevius, aliasque glossas veteres varias Mss. ad quas hinc inde provocant in scriptis suis Scaliger, Salmasius et alii eruditi. Vt enim omittam, quod de collectoribus non constat; non unius auctoritatis sunt et pretii, infinitaeque varietatis. Pleraeque ordine litterarum Alphabetico digestae sunt, alia etiam per capita et materias, more Nonii Marcelli, et nomenclatorum: quale est, quod laudat Bochartus I. Hierozoici p. 803. Glossarium Ms. quod fuit apud Guil. Folnerium, laudat Merula ad Ennium p. 165. 192. De glossariis quibusdam et lexicis apponere hoc loco iuvat observationes quasdam D. Ioannis Diecmanni ex specimine eius notarum *b*) ad glossarium Latino Theotiscum Rabani Mauri, cuius Codex scriptus est in Bibl. Vindobonensi.



*b*) Pag. 3. seq. prodierunt Brem. 1721. 4.

*Catholicon.* Eſt ingens Lexicon Latinae linguae, a *Ioanne de Balbis*, Nobili Genuenſi, (unde etiam *Ianuenſis*, vel *de Ianua*, id eſt, Genua, ex iſtorum temporum more, de quo Barth. *ad Guil. Brit.* pag. 248. cognominatur) et Ord. Dominicani Monacho, congeſtum abſolutumque a. C. 1286. adeoque, quia expreſſum auctoris nomen habet, male a B. Placcio *Theatr. Anonym.* p. 352. ex non recte intellectis Caelii verbis, inter anonyma ſcripta relatum: quod dudum tamen ab aliis quoque factum eſſe, ex Rainoldi *Praelect. de libr. apocryph. I.* 399. apparet. Exhibet hunc auctorem nobis Ambroſius de Altamura *Biblioth. Dominican.* p. 55. 56. imperite ab illo Ioannem de Genua p. 152. *b.* 501. *a.* diſtinguens. Imperitius Bibliotheca Simlero-Friſiana unum in quatuor, Ioannem nempe *Baldum* (ſcribere *Balbum* ſive *de Balbis* debuit) pag. 404. *a.* Genuenſem p. 443. *a.* de Ianua, et Ianuenſem pag. 460. *b.* diſſecuit. Auctorem *Catholici*, et Io. de Ianua, ut diverſos ſcriptores, Borrichius etiam *Append. de Lexic. Lat. et Graec.* p. 41. 42. commemorat. Iocularem errorem Galli, cui Ioannes *de Ianua* Gallice Jean *de la Porte* dictus eſt, Menagiana III, 62. referunt, quem a Caſanovio *Orig. Ling. Gall.* p. 88. *b.* 97. *a.* commiſſum video, qui eum alioquin recte de Ianua, vel Ianuenſem, vocare ſolet. De opere ipſo v. Dufreſne *Praefat. Gloſſ. Lat.* p. 38. 39. et Bayle *Diction. Hiſt. et Crit. I.* 457. Varias eius editiones *c*) Bibliotheca Aproſiana pag. 612. 613. et Ianus Gregor. Betulius (Io. Ge. Burchardus) *Epiſt. ad amic.* p. 74. recenſent; a quibus mea abit, nullum vel anni, vel loci, vel typographi nomen oſtendens, eaque de ratione inter primas referenda, nec alia ab illa, de qua Biblioth. Saraziana I, 184. *Summa quae vocatur* Catholicon, *edita a Ioanne de Ianua, ſine loco et tempore editionis, attamen circa 1482. charta magna. Rariſſima.*

*c*) Mihi ad manus eſt editio Lugd. 1506. fol.

*rissima.* Eandem quoque a Cl. Bunemanno *de Bibl. Mindensi Lit. D. 31.* indicari puto. Primam omnium a Fausto eiusque genero Schoeffero, licet non nominatis, impressam esse, Naudaeus, in libro, *Jugement de tout ce, qui a esté inprimé contre le Cardinal Mazarin* p. 175. refert. Trithemius etiam apud Tenzelium *Dial. menstr.* 1692. p. 688. librum primum, quem Guttenberger et Faust excuderunt, *Catholicon* fuisse scribit. Primam *Catholici* editionem, quae annum notatum habet, esse Moguntinam, a. 1460. ex Che[illegible]erio, Ephemerides Parisienses (Journal des Scava[illegible]95. p. 225.) obseruant. Editionem Augustanam a Gunthero Zainero, Reutlingensi a. 1469. excusam recenset V. C. Christianus Gottlieb Schwarzius. *d*) De libri huius raritate Daumius *Epist. ad Reines.* p. 254. conquestus est. *Catholicontis* a recto *Catholicon* Latino-Barbaros declinasse Voss. L. 7. *de vit. serm.* p. 369. *b.* notat.

Glossarium duplex Latino-Francicum, Carolo M. inscriptum, a Boxhornio in *Hist. universali* p. 452. seq. primum ex Ms. editum.

Glossae Mss. Florentinae, Vossius L. 2. *de vit. serm.* 7. p. 96. ad eas provocans, vocat *vetus Glossarium Latino-Theotiscum, quod in Bibl. est Ducis Florentini.*

Glossarium, vel liber Glossarum, ex variis Glossariis, quae sub *Isidori* nomine circumferuntur, collectus, et a Dion. Gothofredo calci *Auctorum Latinae linguae, in unum redactorum corpus,* annexus. *Il y a beacoup de ratisserie,* aiunt Scaligerana II, 126. Adde Barth. VII, *Adverſ.* XVI, 13. XIX, 22. XXVI, 15. LV, 9. Anton. *Bibl. vet. Hisp. I.* 272. *b.* Dufresne *Praef. Gl. Lat.* p. 33. Praeclare de illis undecunque emendandis Cerda *Adverſ. sacr. C.* 141. p. 317-339. meruit, sed eius industriam in emaculando et exquisitis notis instruendo

 hoc

*d*) Fränkische Acta XIV. pag. 84.

hoc Glossario, Io. Georg. Graevius nimium quantum superavit, a qua illius egregia opera insigne ornamentum 1709. editioni Vltraiectinae *Lexici Philologici* Martinii accessit. Plane aliae, et auctore, quem praeferunt, digniores, sunt Isidori Glossae MSS. quibus ex Biblioth. Petri ac Francisci Pithoeorum acceptis Savaro usus est, et inde non pauca in suas ad Sidonium Apollinarem notas transtulit.

Glossae *Keronis*, a Goldasto *Rerum Alamann. Tom. II. part. I.* emissae. Pro illarum vero auctore Cl. Eccardus tum in literis privatis, ad B. Stadenium nostrum 1712. 26. Ianuar. scriptis, et mox eodem anno *in neuen Bücher-Saal* excusis, tum Not. *ad hymnum magnum Theotisc.* p. 13. tum vero maxime *ad Catech. Theot.* p. 51. 52. Notkerum Balbulum, aliis Latinis et Theotiscis scriptis clarum, habet, et ex *Notkero*, ablata prima syllaba, *Kero* factum sentit. Sed cum mihi quidem nondum ulla necessitas appareat, quae alium a Kerone huius Glossarii auctorem quaeri iubeat, et Keronis nomen non tantum inter nomina propria fuisse, ex Goldasto *Rerum Alam. II.* 98. constet, sed ab eodem quoque Keronis Augiensis Synonyma I, 138. alibique, laudentur, istud heic quoque tam diu servandum censeo, donec has Glossas Keronis, a Notkero diversi, esse non posse, clarissimis argumentis edoceamur. Nam ut maxime, in eius ad tempora Pipini, Caroli M. Parentis, relati aetate Goldastum errasse, largiar; hic tamen lapsus Keroni fraudi esse non debet, ut ea propter ipsum Keronis hisce Glossis praescriptum nomen in suspicionem νοθείας veniat.

*Excerpta Pythoeana ex veteribus Glossis* vocantur a Dion. Gothofredo, qui illa Glossis Isidori, de quibus supra, subiecit: cuius etiam modum, nomen Pithoei per *y* scribendi, retinui, adoptatum toties a Lipsio in

*Epist.*

*Epist.* et Barthio passim *ad Statium*, immo quoque Gallis ipsis, ut Salmasio *de modo usur.* pag. 878. 880. Heraldo *ad Arnob.* p. 283. Bauldri *ad Lactant. de mort. persec.* p. 164. *b.* receptum. Rubenius etiam 2. *Elector.* 26. pag. 74. *Glossulas Pythoeanas* appellat. Ceterum auctorem ipsum se *Pithoeum* scribere, non ignoro, et alias ita quoque scribo. *Hactenus B. Diecmannus.* Nactus et ipse sum ex Gudiana auctione glossarium vetus minime contemnendum, in membrana scriptum ante annos quingentos, et in fine mutilum.

*Nestor Novariensis*, cuius Lexicon habeo excusum Argentinae 1507. fol. citat Vgutionem, Gasparinum, Mamotrectum, Tortellium, Britonem et Catholicon, quod omnium Vgutionis errorum silvam haurire scribit in voce *auctor.*

*Mammotrectus* e) liber expositorius vocum difficiliorum in Bibliis Latinis, anthiphonis et hymnis, Legendis Sanctorum et homiliis, quem servo editum in folio sine anni et loci nota. Finitus liber ab auctore a. C. 1466. Excusus etiam Venetiis 1476. f. per Franciscum de Hailbrun et Nicolaum de Francfordia socios, etiam Argentinae 1489. fol. In MSto Gothanae Bibl. hos versus folio ultimo legi testatur Rev. D. Ernestus Salomo Cyprianus in Catologo Codicum illius Bibl. manu exaratorum p. 8.

*O vos qui nostis, quid perferat ille laboris*
*Qui se scribendo castigat tempore crebro,*
*Assiduis precibus memores sitis, precor eius*
*Qui promptus librum conscripsit et edidit illum.*
*Et tu, Nate Dei, miserere, flagito, mei.*
*Nam tua pro gloria feci haec omnia.*



e) Praef. *quia morem gerit talis decursus, paedagogi, qui gressus dirigit parvulorum Mammotrectus poterit appellari.* quasi μαμμόθρεπτος. confer Miscellanea Lipsiensia T. VII. p. 64. seq.

Celeberrimi Cangii glossarium mediae et infimae Latinitatis, editum primum Paris. 1688. et deinde bis Francofurti recusum a. 1722. longe auctius Parisiis prodiit a. 1733. f. T. 6.

*Petri Heliae* de verbis raris κατὰ ςοιχεῖον Lexicon metricum Ms. in membrana exstat Erfurti in Biblioth. Collegii Amploniani. Testis et Reinesius pag. 682. Epist. ad Hofmannum. Seculi undecimi Grammaticus dicitur eidem Reinesio notis ad Petronium p. 297. edit. Petr. Burmanni. Frequenter laudatur a Vincentio Bellovacensi.

Voces latino barbaras explicant recentiores scriptores, Pithoei, Vignonius, Vrstisius, Freherus, Goldastus, Colvenerius, Watsius, Frid. Lindenbrogius in variis scriptis, Guil. Somnerus, f) Chifletius in glossario Salico, Ioannes Seldenus, Abrahamus Whelochus, Ioannes Lydius in glossario ad Nicolaum de Clemangis, Gerhardus Ioannes Vossius in libris de vitiis Sermonis, quorum quinque posteriores in noviss. edit. nuper accesserunt; Henricus Speelmannus et Cangius sive Carolus Fraxinetus in Glossariis, qualia etiam moliti fuerant Ioannes Meursius et Guilielmus Noomsius Arlanderveniae Dominus. Paralipomena ad Cangii sive du Fresnii glossarium Latinum subiiciuntur eius glossario mediae Graecitatis. Etiam nonnullas Cangii lapsus emendat Hadr. Valesius in Valesianis.

f) Somneri glossarium contractum exhibet Matthias Zimmermannus p. 640. seq. Analect.



SECTIO

## SECTIO III.

# DE GRAMMATICIS A PUTSCHIO EDITIS.

GRAMMATICI VETERES Hanov. 1605. 4. collecti et emendati vulgatique a doctissimo iuvene *Elia Putschio* Antverpiensi, qui, notas additurus, paulo post a. 1606. cum vix quinque viginti annos natus esset, Stadae in flore aetatis obiit. Operis editioni praefuit *Gothofr. Iungermannus*, inscriptumque est Iosepho Scaligero, qui humanitatis et benevolentiae plenissima *a*) Epistola Putschio gratias egit, cuius autographum, et Putschii Grammaticos manu ipsius hinc inde emendatos, habeo ex munere Nobilissimi D. Rutgeri Rulandi Consulis Hamburgensis. Caspar Barthius in litteris ad Daumium: *De Putschii Grammaticis faveo tibi utenti. Sed nisi et illas editiones habueris, quas maxima licentia correxit Putschius, ad scripturarum veterum excerpta, non poteris confidere unius paginae lectioni: et id potissimum in Prisciano, cuius Graeca, ut et Latinorum auctorum exempla, usu reperi, esse inconstantissimae fidei. Magnum decus et commodum amiserunt litterae in Notis b) illius bene docti Iuvenis, quas si scripsisset et expolivisset, infinitae bonae res lucem haberent. Expertus sum in Charisio, magni pretii scriptore, quid desit mihi, cum recurrere ad nullum omnino subsidium datur.*



*a*) Inter editas Scaligeri Epistolas est 404.

*b*) Notas illas a Iungermanno post Putschii obitum in nova Grammaticorum editione vulgatas fuisse, traditur in Diario Lipsiensi cui titulus Neuer Bücher-Saal parte XXXII. p. 551. Sed nec notae illae nec nova Grammaticorum editio lucem viderunt.

In Putſchii collectione haec ſcripta continentur, quorum aliqua Putſchius ipſe fatetur vix digna fuiſſe editione:

1. *Flavii Soſipatri Chariſii Inſtitutionum Grammaticarum* ad filium, *libri V.* ex codice Iani Douſae aucti, ſuppleti et emendati p. 1—270. Deſunt tamen adhuc libri primi capita tria primora et Libri V. omnia praeter cap. de Idiomatibus. Forte iſta fuere in Mſ. Romano, quem Curius Lancillotus ſe vidiſſe teſtatur. Nam quae ille profert teſtimonia e Chariſio, quae ſunt triginta amplius, eorum ne unum quidem eſt in vulgatis exemplis. G. Fabricius quidem ſuſpicatur, eum alium Grammaticum legiſſe, et ex eo iſta protuliſſe, cui falſo adſcriptum fuerit *Chariſii* nomen. Hos libros primus repererat *Ianus Parrhaſius* in Bibl. Seripandi, editos Neapoli 1532. f. et per Georg. Fabricium Baſil. 1551. 8. ap. Frobenium, quae editio exſtat in Biblioth. Leidenſi paſſim notata manu Ioſephi Scaligeri. Lovanii quoque in Bibl. Societatis Ieſu occurrit Chariſius cum Mſſ. collatus a Laevino Torrentio. Fragmentum Soſipatri cum aliis opuſculis Lipſiae a Georgio Fabricio editum Vulcanius quoque ſubiecit gloſſariis ſive theſauro utriuſque linguae, Lugd. Bat. 1677. f. Meminit Soſipater inter alios plus vice ſimplici *Cominiani*, et plurima ex eo refert: cuius copiam a Goldaſto ſibi promiſit et inter Grammaticos edere voluit Putſchius, ut didici ex huius Epiſtola ad Andream Schottum. Sed recte hac de re addubitare ſe, nec prius id credere, quam vidiſſet, vel Putſchio redditum reſciviſſet, ſcripſerat Scaliger in Epiſtolis ad eundem Putſchium ineditis. De Fl. Soſipatro Chariſio ita Georgius Fabricius in praef. ad editionem Frobenianam 1551. 8. *Flavium Soſipatrem Chariſium natione fuiſſe Campanum, religione Chriſtianum, profeſſione Grammaticum, et Vrbis*

*Vrbis magistrum, ex ipsius libris colligimus. Imitatum esse in scribendo cum* Plinium Secundum, *qui novissimis annis sub Nerone libros de re grammatica copiosos edidit: tum praeter caeteros* Iulium Modestum *et* Comminianum, *ipse satis indicat, et docent nomenclaturae autorum, quorum non modo exemplis et autoritate, sed etiam testimoniis ac fide, sua de arte praecepta confirmaverit atque comprobarit. In multis sane locis eadem et apud Charisium et apud* Diomedem *leguntur, neque solum similitudine exemplorum conveniunt, ut in tractatione figurarum maxime: verum etiam in pluribus aliis de tota arte praeceptionibus similia tradiderunt. Etsi autem tempus aetatis, quo Charisius floruerit, nondum potuerit satis cognosci, coniectura tamen haec mea est, ipsum esse Diomede priorem et antiquiorem, propterea quod Charisius Diomedis nullo in loco meminerit: ex quo si tam multa paene de verbo transcripsisset, non tacuisset illius nomen per tot libros, praesertim cum is candor in Charisio appareat, ut ne finitionem quidem, aut interpretationem voculae sumpserit de alio, quam non ad suum autorem ingenue atque aperte retulerit: quod equidem in Diomede observare non potuimus, qui ex eodem Comminiano, quem noster adducit, videtur non pauca transtulisse, Comminiani aeque atque Charisii mentione penitus omissa. Quamobrem, ut Macrobium furtorum Gellianorum certis clarisque indiciis esse convictum scimus: ita Diomedem suspicione culpae liberare non possumus, accusare tamen non audemus, quod fortasse alii facient, qui plus auctoritatis et virium ad victoriam fuerint consequuti. Testimoniis Charisii ex veteribus nituntur Priscianus et Ruffinus (nisi fallit titulus libelli, qui de comicis metris scriptus circumfertur) ex recentioribus ante editionem, usi eiusdem doctrina et praeceptis sunt, ambitiose propemodum, Ianus Parrhasius, et Pierius Valerianus,*

*literati*

*literati et diligentes viri. Nemo certe ex vetustis est, Prisciano Caesariensi excepto, qui de arte scripsit, et ad nostram aetatem pervenit, Grammaticus, qui plures et antiquiores adducat ipso Charisio auctores, idque illi facile factu extitit, in urbe Roma, in qua nobiles bibliothecae doctis omnibus patebant, et furore Gothico nondum erant laceratae et eversae, quales fuerunt in Palatino, Augusti: in Capitolino, Maiorum appellata; in Viminali Vlpia; ad Vallem Quirinalis, Traiana; nam Octaviam incendium urbis consumpserat, altero post Vesuvii in Campania conflagrationem anno. Atqui progressu temporum et Barbaris omnia vastantibus, hoc quoque Charisii opus (ut alia multa) perierat, quod patrum memoria a Iano Parrhasio inventum, et iniquitate fortunae ac hominum invidia pene rursus oppressum, in lucem edidit ante sextum et decimum annum* Ioannes Pierius Cyminius *Cosentinus de studiosis eo nomine non male meritus; qui cumulare potuisset illud beneficium, si in edendo maiorem adhibuisset curam et diligentiam, neque maluisset manuscripti codicis vitia etiam atque errata imitari. Liber autem, quia Longobardicis characteribus exaratus fuit, ut qui eum inspexere testantur, a non exercitato librario difficilius legi potuit, unde similitudine notarum deceptus, plurima menda invexit; quae non pauca nos deprehendimus et sustulimus. Debemus tamen Pierii studio ac benevolentiae, eiusque erga rempublicam literariam amorem, et virtutem civis conservati merito praedicamus.* In eundem Charisium Io. Lucretius Oesiander:

Καὶ σὺ μάλ᾽ ἐξέφυγες τὸν λήθης χάλκεον ȣ̓δὸν
 Σωσίπατρε ἠελίȣ ἐς φάος ἐρχόμενος.
Θαρσήσας πρόμολ᾽ ȣ̓ν πάντων ἐπεὶ ἔξοχος ἐσσὶ
 Γραμματικῶν, μέγα θαῦμ᾽ ἐσσομένοισι λιπών.

*2. Dio-*

2. *Diomedis c) de oratione, partibus orationis et vario Rhetorum genere libri III.* ad Athanasium, emendati ex Mss. Fuldano et Claudii Puteani p. 270 — 529. Prodiit Diomedes primum, quantum scimus, cum Phoca, Capro, Agraetio, Donato, Servioque Venet. 1491. et 1522. f. et (quam editionem Bibl. Leidensi legavit eruditiss. Perizonius,) 1495. et 1511. f. ex recensione Ioannis Rivii, quae editio cum Ms. collata exstat in eadem Bibl. Leidensi, et Paris. 1507. 4. et Mediol. 1515. f. inter alios Grammaticos. v. Sect. I. et Colon. 1518. ibidemque 1523. 4. cum praefatione Hermanni Buschii, qui pauca quaedam emendavit: plura *Ioannes Caesarius* Colon. 1536. 8. Lips. porro 1541. 8. cum Donati de octo orationis partibus et barbarismo. Post Putschium multa quoque Diomedis e Mss. Codicibus castigavit Caspar Scioppius in suspectis lectionibus. Dedicavit Diomedes opus suum de partibus orationis, de oratione eiusque structura et de genere metrorum, trino digestum libello, nescio cui *Athanasio*, cuius excellentem facundiam praedicat. E Grammaticis commemorat Varronem ad Probum.

3. *Prisciani d) Caesariensis e) Commentariorum Grammaticorum libri XVIII.* p. 5. ad Iulianum, non Apostatam, ut putavit Augustinus Dathus, sub quo ne vixit quidem, sed Cos. et Patricium, illum forte, qui Novel-

c) Alius, ut videtur, est *Diomedes Scholasticus* cuius commentaria inedita Graece scripta in Dionysium Thracem exstant in variis Bibliothecis Angliae, Galliae, Italiae. Occurrunt etiam in Codice Holsteniano Bibliothecae Hamburgensis Ioanneae. Addi possent: *Priscianus* Lydus, de quo v. Biblioth. Gr. III, 9. 15. *Priscianus* Episcopus ap. Damasum Ep. 3. *Priscianus* Ep. Sebastenus in Palaestina, qui Concil. Const. 381. interfuit etc. In Mss. antiquis *Praescianus* reperit Hadr. Valesius. (in Valesianis p. 192.).

d) Alius est *Theodorus Priscianus*, de quo infra in Medicis: alius quoque cuius mentio occurrit apud Symmachum X, 36. Epist. alios v. in Glandorpii Onomast.

e) Non quia ibi natus, sed quia ibi didicerit, Caesariensem dictum, cum Romae natus esset, putabat Bapt. Guarinus.

Novellas in Epitomen contractas latinitate donavit, uti Goltzio visum: etsi hoc negat cum Cuiacio, Antonio Augustino et Alciato, Iac. Gothofredus. . . Praeceptorem habuerat Theoctistum, quem magna cum laude commemorat aliquoties lib. 6. p. 701. *quod a Probo praetermissum, doctissime praeceptor noster attendit* Theoctistus, *omnis eloquentiae decus, cui, quicquid in me sit doctrinae, post Deum imputo.* Et lib. 18. pag. 1134. *teste sapientissimo Domino et Doctore nostro* Theoctisto, *quod in institutione artis Grammaticae docet.* Paulus Warnefridus de gestis Longob. L. I. c. 25. sub Imp. Iustiniano, post laudatum Cassiodorum et Dionysium Exiguum: *Tunc quoque apud Constantinopolim Priscianus Caesariensis Grammaticae artis, ut ita dixerim, profunda rimatus est.* Eadem legas in libro XVIII. Historiae eiusdem Pauli ad Eutropium additae. Citatur etiam Priscianus Grammaticus ab Agobardo adversus Fredegisum, T. 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 272. Fuit autem Priscianus clarus rei Grammaticae scientia, eamque ob causam Professor Grammaticae constitutus cum stipendio in Aula Imperatoris, adeoque Christianus. Ceterum in hoc Prisciani opere multa Putschius emendavit: in primis Graeca pleraque ex Scaligeri codice restituit in libris 17. et 18. qui sunt περὶ συντάξεως, adhibitis etiam Gruteri, Bongarsii, Hoeschelii *f*) et Rittersterscan

f) Hoeschelius in litteris Id. Novemb. 1604. scriptis Putschio offert Mss. Codicem Augustanum summae *Magistri Petri Eliae* in Priscianum, si forte excerpta ex illo edere operae pretium sit. Eiusdem mentio in litteris ad Iungermannum post Epistolas Hottomanni a Clariss. Meelio editas p. 455. liber membranaceus calamo exaratus in Bibliotheca Augustana. Etiam inter Codices Mss. Bibl. Ioanneae Hamburgensis in fol. num. XCVIII. Codex vetustus exstat membranaceus libros XIV. Prisciani complexus. *Prisciani Ars Grammatica Viro eloquentissimi Grammatici Caesariensis. Scripsi ego Theodorus Dionysii V. D. Memorialis sacri Scrinii Epistolarum et adiutor V. M. Quaestoris in urbe Roma CPolitana, die Cal. Octobris, indictione quinta Olibrio Viro Clarissimo Cos.*

*Me legat, antiquas qui vult proferre loquelas,*
*Qui me non sequitur, vult sine lege loqui.*

Initio libri IV. Theodorus iste Priscianum doctorem suum vocat.

tershusii Mss. Lacunas quasdam relictas ex Pauli Petavii Senatoris codice promisit expleturum se in notis; at illae, ut dixi, praematuro eius fato intercepta sunt, p. 529 — 1215. Eiusdem *partitiones versuum XII. principalium sive* primi cuiusque in singulis libris *Aeneidos* p. 1215 — 1286. hae in editionibus vulgo in 12. libellos distinguuntur. *Liber de accentibus* p. 1286 — 1299. *De Declinatione nominum* pag. 1299 — 1319. *De versibus comicis*, p. 1319 — 1330. in hoc ex Mss. Scaligeri et Bongarsii non pauca emendata. Opus inchoatum magis, quam pro dignitate rei iustis numeris absolutum, iudice Chr. Wasio in Senario sive de licentia poëtarum p. 4. *De praeexercitamentis Rhetoricae* ex Hermogene p. 1330 — 1343. ex edit Francisci Pithoei inter antiquos Rhetores. *De figuris et nominibus numerorum et de numis ac ponderibus ad Symmachum liber* p. 1343 — 1366. ex edit. Eliae Vineti, *g*) qui cum Hotomanno de re numaria Romanorum prodierat Paris. a. 1585. 8. recusus iterum T. XI. thesauri antiquitatum Romanarum Graeviani.

Excerptio *Rhabani Mauri* de arte Grammatica Prisciani exstat Tomo primo eius operum (Colon. 1627. f.) p. 28 — 50. ad Lucilium, quem puerorum dulcissimum appellat p. 39. et 46. Prisciani compendium atque diligentem expositionem adornavit *Petrus Helias*, *h*) quem sequi se profitetur Vincentius Bellovacensis libro secundo speculi doctrinalis. Huius Heliae expositionem continebat, fortasse apud Schelium Hamb. volumen, sine auctoris nomine, scholiorum in Priscianum. Incipit: *Priscianus habet materiam voces, non quascunque, sed latinas* etc. Exstat Codex spissus in membrana, 4. Heliae Compendium metricum ex Prisciano maiore

g) Vinetus omnibus Prisciani scriptis emaculandis operam suam addixerat. Vide Graevii thesaurum Antiqu. Rom. XI. P. 1677.

h) De hoc saeculi undecimi Grammatico dictum supra.

maiore i) Mſ. in variis Bibliothecis reperitur. Incipit: *Sicut ab eſſe rei ſoliti rem promere dicunt Philoſophi.* Vide Polycarpi Leyſeri hiſtoriam poëtarum et poëmatum medii aevi p. 2067. ſeq. De *Theodoro* Dionyſii Memoriali, qui Priſciani, doctoris ſui, Grammaticam manu ſua ſcripſit CPoli a. 527. et 536. unde plures deinde Priſciani Codices Mſſ. derivati ſunt, videndus Reineſius ad Inſcriptiones veteres p. 413. *Ioannis de Garlandia* (medio Seculo XI.) liber de Orthographia ex Priſciano, verſibus hexametris leoninis Mſtus eſt in Bibl. Guelpherbytana; cuius initium affert l. c. Leyſerus p. 340. Codicem Mſ. Priſciani Bibl. Academiae Leidenſis antiquiſſimum, Longobardicis exaratum litteris, commemorat Iacobus Gronovius apud Graevium in notis ad Svetonii Claudium p. 816. Longe plures huius ſcriptoris Codices Mſti in una illa Bibliotheca, ſed et in aliis, privatis quoque, reperiuntur. Inſignis Codex Mſ. e ſeculo XII. eſt in Bibliotheca Cremifanenſi Ord. Benedict. in Auſtria. Sed habent hoc fere omnes, ut graecas voces et loca graeca ſcriptorum omittant, de quo queritur etiam Putſchius, Ioſephi Scaligeri, Gruteri et Bongarſii Codicibus uſus. Non parvum volumen implent Priſciani Grammatica praecepta, *quoniam*, inquit, *in tanta operis materia impoſſible eſt aliquid perfectum breviter exponi. Spatii quoque veniam peto, quamvis ad* Herodiani *ſcriptorum pelagus, et ad eius patris*

i) *Priſcianus maior* eſt Priſcianus de partibus Orationis, ſive libri XVI. priores. *Priſcianus minor*, idem de Syntaxi, ſeu libri duo poſtremi, ut annotavit *Ioachimus Fellerus* in Catalogo Mſſ. Bibl. Paulinae Lipſienſis pag. 290. ubi Heliae compendium commemorat, quemadmodum et p. 392. Alio ſenſu Priſcianum maiorem et minorem diſtinguit Caeſar Egaſſius Bulaeus T. 1. Hiſt. univerſitatis Pariſ. p. 516. et Adr. Bailletus in iudiciis eruditorum Gallice editis Tom. 3. p. 42. *les ouvrages de Priſcien étoient d'un grand uſage dans l'univerſité de Paris juſqu'au treizieme ſiecle, et on y voyoit ſa petite Grammaire ou ſes rudimens, qu'on appelle* l'alphabet *dans les baſſes claſſes; et ſa grande, qu'on appelloit le* Grand Priſcien *dans les hautes.*

*patris* Apollonii *ſpatioſa volumina, meorum compendioſa ſunt exiſtimanda ſcripta librorum.* Tamen Ludovico Vive, apud Geſnerum, iudice, *loquaciſſimus auctor, nimis multa praecepta accumulat*, etiam reprehenſus valde a Laurentio Valla. Sed defenditur bene a Voſſio lib. 2. de analogia c. 22. qui cum Priſciani cauſam adverſus Vallam egiſſet, ſubiungit: *Haec eo lubentius pro Priſciano contra* Vallam *attulimus, quia is perpetuus eſt in tuendo Fabio, ſugillando Priſciano; adeo quidem, ut nec libro primo in Bartholomaeum Facium ſcribere dubitavit, Priſcianum vix idoneum eſſe, qui ſit Quinctiliani, velut Agamemnonis, aut Aiacis, aut Diomedis, aut Hectoris auriga, pluſque hunc artis Grammaticae, dum Oratorem inſtituit, per tranſennam aperuiſſe, quam ex ſuo ingenio illum omnibus ſuis libris, omni ſuo ſtudio, omni ſua aetate. Quare recte de eo* Raphaël Volaterranus *lib. XXI.* Quinctiliani, *inquit*, inprimis admirator ſimul et imitator, maledicus alioqui in omnes.

Priſciani Grammaticae editiones, ſed minus emendatae et integrae, exſtant permultae, prima a. 1470. f. ſine loci nota, quam pro nitida et venuſta laudat Maettarius T. I. pag. 70. Annal. typogr. quemadmodum et p. 100. alteram itidem ſine loci notatione, a. 1472. fol. Has ſecuta Veneta Ioannis de Colonia 1476. f. Exſtat et Veneta altera eiuſdem anni impenſis Marci de Comitibus, tertiaque a. 1481. f. et quarta a. 1485. 4. (quae ſervatur in Bibliotheca Academiae Leidenſis) nec non quinta 1488. f. cum commentariis *Ioannis de Aingre*, ſexta cum iiſdem commentariis, et in librum de accentibus notis *Dan. Caietani* 1496. f. Has ſecutae Lipſienſes ſine commentariis per Wolfg. Molitorem 1496. 4. et minore forma: Veneta 1509. f. cum Comm. *Io. de Aingre:* Pariſina apud Aſcenſium 1515. fol. Veneta

ſeptima apud Aldum 1527. 8. Colonienſis, cum Rufino de metris, apud Eucharium Cervicornum, Coloniae 1528. f. et Florentina 1525. 4. ap. Iuntam, addito Rufini de metris Comicis libello. Titulus habet: *Priſciani aurea opera, nunc primum vere reſtituta:* quis curam habuerit, non memoratur. Memoratur et alia Florentina a. 1554. 4. quae ab Iſ. Caſaubono cum Mſ. collata exſtat in Bibl. Academiae Lugd. B. et Baſileenſis a. 1568. 8. His omnibus licet longe praeſtet editio Putſchiana, praecipue ob Graeca reſtituta, lacunas expletas, et emendata loca innumera: tamen paſſim operae pretium fecerit qui vetuſtiores editiones conferre non neglexerit. Laudantur a Priſciano *Caeſar*, doctiſſimus artis Grammaticae, *Cenſorinus*, doctiſſimus artis Grammaticae, *Servius*, in commento, quod ſcripſit in Donatum etc.

Liber *de accentibus* Pariſ. 1526. 8. prodiit ap. Rob. Stephanum. *Priſciani Epitome*, auctore *Georgio Trapezuntio* Mſ. eſt in Biblioth. Regis Chriſtianiſſimi n. 1972. teſte Labbeo: neſcio an diverſa ab epitome Priſciani, quae prodiit Venet. 1522. vel a compendio de octo partibus orationis, edito Aug. Vindel. 1537. 8. *Caroli Stephani* Latinae linguae cum Graeca collatio ex Priſciano prodiit Pariſ. 1554. 8. Liber Priſciani *de naturalibus quaeſtionibus* ad Coſroem Perſarum Regem, citatur a Vincentio Bellovacenſi XXI, 56. ſpeculi Hiſtorialis, et noſtro tribuitur etiam a Volaterrano et aliis. Simlerus quidem in Bibl. narrat Coſroi Regi Perſarum inſcriptum librum Priſciani de naturalibus quaeſtionibus extitiſſe ap. Matthaeum Dreſſerum. Puto autem verſum eſſe ex Graeco alterius Priſciani Lydi, qui Agathiae p. 60. laudatus, de rebus Phyſicis Coſrois temporibus ſcripſit. Liber *de praeexercitamentis Rhetoricae ex Hermogene*, praeter editionem *Franciſci Pithoei* in Rhetoribus antiquis, quam Putſchius ſecutus eſt,

prodiit

prodiit Venetiis a. 1523. et Parif. ap. Colineum 1526. nec non Argentorati a. 1526. 8. Prima editio Eliae Vineti qua librum Prisciani *de figuris et nominibus numerorum et de numis ac ponderibus* recensuit, emissa est Parisiis 1565. 8. Rationes numeralium notarum quas reddit Priscianus, confutavit Benedictus Iovius, et lib. X. parergon iuris cap. 25. Andreas Alciatus. Priscianum *de laude Anastasii* Imp. Neapoli in Bibl. Augustinianorum offendisse se refert Mabillonius T. 1. Musei Italici p. 111. De Metaphrasi periegeseos Dionysianae, quam ad Priscianum alii, alii ad Rhemnium Palaemonem referunt, dictum supra in Rufo Festo Avieno. Auctorem huius *periegeseos*, sive metaphraseos Dionysianae, nescio quem *Priscianum Favonium* facit Casp. Barthius ad Claudianum p. 87. et 128.

4. *Q. Rhemnii Fannii Palaemonis Vicentini ars Grammatica* est p. 1366 — 1386. Hanc Prisciano laudatam, primus e situ protulit *Iovianus Pontanus*, ut ipse testatur his versibus, quibus Palaemonem loquentem inducit:

*Grammaticae partes, casus et nomina monstrat*
*Ars mea, quoque modo dictio tota fluat,*
*Quidve sequens, possis verborum noscere formas,*
*Aut quonam fuerint verba premenda iugo.*
*Caetera sunt parvo carptim memorata libello,*
*Plenius ante artes quae docuere meae.*
*At me confectum cariε turpique senecta,*
*Rodebat murum dente timenda cohors,*
*Sensissetque iterum crudelia fata Palaemon,*
*Iuvisset pietas ni Ioviane tua.*
*Cuius nunc meritis optata perfruor aura,*
*Antoni doctos iussus adire lares.*

rimum autem Basileae lucem vidit a. 1527. 8. in volumine irammaticorum Latinor. veterum, de quo supra Sect. I.

*Palaemonem*, qui Grammaticam Romae olim imperitantibus Tiberio Claudioque docuit, ſed arrogantis et infamis omnibus vitiis, commemorat Svetonius de Grammaticis illuſtribus c. 23. Memoravere et Plinius et Quintilianus et Hieronymus in Chronico.

5. *M. Valerii Probi Grammaticarum Inſtitutionum libri II.* p. 1386 — 1494. Hos libros duos cum aliis quibuſdam vulgaverant Ianus Parrhaſius Vicentiae 1509. f. et Badius Aſcenſius Pariſ. 1516. f. v. Sect. I. ſed in hac editione Putſchius multa reſtituit ex Mſ. Iac. Bongarſii. Liber ſecundus ibi et in ſummis paginis Putſchianae editionis inſcribitur *Catholica*, ſive de Catholicis nominum et verborum rationibus. Sic Herodianum Grammaticum Graecum in primo Catholicorum laudat Priſcianus lib. 6. p. 723. Caeleſtinum alloquitur auctor in verſibus operi praemiſſis, quos Putſchius omiſit

*Accipe noſtra tuis audacibus edita iuſſis,*
*Caeleſtine potens,* — — —

*Eiuſdem de notis Romanorum interpretandis libellus* p. 1494 — 1549.

*Notae iuris a Magnone collectae ad Carolum M. Imp.* p. 1542 — 1579.

*Petri Diaconi de notis litterarum more Romano, liber ad Conradum I. Imp.* p. 1579 — 1639.

*Notarum Veterum explicatio ex Papiae Gloſſario* p. 1639 — 1666.

*Notarum iuridicarum explanatio ex veteribus membranis* p. 1666 — 1683.

*Notae numerorum et ponderum ex antiquo codice* pag. 1683. De Probo et reliquis notarum ſcriptoribus v. ſupra ad Gothofr. Collect. Papias natione Langobardus vixit Sec. XI. ſcripſitque ſub Henrico III. ad a.

1053.

1053. ut auctor est ipse in verbo *aetas.* Eius Lexicon Catholicum seu Vocabulista, sive, ut a Th. Bradwardino et ab ipso in praef. appellatur, *Elementarius* scriptus ab eo in usum filiorum, ad quos est epistola praeposita, editum est primum, quod scimus, Mediol. 1476. fol. etsi parum emendate, per Dominicum de Vespolate, cum Bonini Mombritii praemisso carmine. Secutae sunt aliae Venetiis 1485. per Fr. de Bonetis, 1491. et 1496. Inter multa vulgaria et inepta, passim lectorem praeclara quaedam docet, quae alibi frustra quaeruntur. Novam eius editionem molitus est Io. Lydius, ut e Io. Isaaci Pontani litteris ad Steph. Stephanium refert Th. Crenius parte XI. animadvers. De hoc Papia *k*) eiusque interpolatore, *Nestore* Novariensi, et aliis glossarum auctoribus semipriscis, Werdeni gemma gemmarum, Vincentio Bellovacensi lib. 1. speculi doctrinalis c. 49. Britone, Ioanne *l*) de Ianua, Simone Ianuensi, Vgutione sive Hugvitione Pisano etc. vide Stephani praefat. ad Forum Rom. inprimisque Cangium in Prolegomenis ad Glossarium mediae Latinitatis. Ab eodem petes notitiam ceterorum scriptorum Latinorum mediae aetatis, quos in hac Bibliotheca consulto omisimus, et quorum ille luculentum indicem immortali operi suo praefixit. *Nestor Dionysius* Novariensis, Ordinis Minorum, cuius supra facta mentio, vixit circa a. 1400. illiusque dictionarium Ludovico Sfortiae dicatum prodiit a. 1488. recusum deinde Paris. 1496. nec



*k*) Papias abbreviatus a Martio de Arenis a. 1307. in Codice [illegible]uteano, quem memorat Labbeus [B]ibliotheca nov. Mss. pag. 45. [P]apias recte citatur testis a Fu[r]etierio in Lexico voce *Abadir*, [s]i auctor Tom. 16. Bibliothec. [U]niversal. pag. 129. eum repre[he]ndens ait se nescire quis qualis ille sit: *je ne say qui est ce Papias que l'on citi ici en matiere de mythologie.*

*l*) Hic Io. Balbus de Ianua seu Ianuensis (Genuensis) cum Iacobo de Voragine Ianuensi sive Genuensi Archiepiscopo, neutiquam confundendus, Catholicon suum absolvit a. C. 1286. editum Venet. 1487. Vide Baelii dictionarium Historico Criticum in *Balbus.*

non Argentorati 1502. et 1507. f. ap. Io. Pruſs, ex *Ioannis Tacuini* recenſione.

6. *Phocae Grammatici* (quem Conſtantinopoli poſt Priſcianum Grammatices Profeſſorem fuiſſe tradunt) *Ars* de nomine et verbo ex Puteani Mſ. emendata p. 1683 — 1687. Eiuſdemque *de aſpiratione*, quem libellum primus cum Probi Grammaticis inſtitutionibus vulgavit Parrhaſius, p. 1687 — 1726. reperiturque et in aliis collectionibus v. ſupra Sect. I. Eius dodecaſtichon, quod arti praemittitur, habes etiam in veteribus Epigrammatibus Petri Pithoei lib. 4. p. 125. In iisdem lib. 2. p. 58. et 60. et 45. ſeq. quemadmodum etiam in Catalectis Virgilii Poëtae habentur fragmenta ex Vita Poëtae, ſcripta verſibus a Phoca.

*Aſpri Iunioris* m) *Grammatici ars* p. 1726 — 1735.

7. *Aelii Donati ars, ſive editio prima* p. 1735 — 1843. *de litteris, ſyllabiſque pedibus et tonis, editio ſecunda* p. 1743 — 1767. *de octo partibus orationis.* Leguntur et in Bedae operibus, ſtatim in limine tomi primi incunabula Grammaticae artis Donati, ſive de partibus Orationis lib. 1. per quaeſtiones et reſponſiones, et lib. 2. p. 14. ſeq. qui eſt hic ipſe a Putſchio vulgatus. Donati *Ars* primum ter excuſa, ſed literis inciſis tabulis ligneis Harlemi per Laur. Coſterum; de quibus edd. diligentiſſime ſcripta v. in Mermanni Origg. typograph. p. 107. 218. ubi et ſpecimina tabulis aeneis expreſſa reperiuntur. Hinc Moguntiae edita eſt per Io. Fuſt, 1450. 4. item ligneis tabulis, et poſt in Italia, in monaſterio Sublacenſi, per Sweinhem. et Panartium, pariter literis ligneis fixis, item circa 1500. 4. in Belgio ſ. l. et a. eodemque tem-

m) Aſper Grammaticus antiquior memoratur apud S. Auguſtinum c. 17. de utilitate credendi et a Chariſio ac Priſciano laudatur. Etiam Velius Longus apud Scholiaſtem Statii Velius Aſper Longus.

tempore Noribergae per Hieron. Hoelzel. item 1500. 4. Moguntiae per Io. Schoefferum, de quibus edd. v. eundem Mermannum l. c. p. 215. 235. etc. — Haec *Ars* graece versa a *Planude* Mſ. extat in Bibl. Bodlei. inter Codd. Baroccianos. *Herm. Buschii* Comm. in artem et de octo partibus prodiit 1511. 4. v. Burcardi vitam H. B. pag. 218. cum versione Polonica et Germanica prodiit Cracoviae 1559. 8.

*De barbarismo, n) Soloecismo, Schematibus et Tropis* p. 1767 — 1779. Haec Donati in pluribus Grammaticorum collectionibus, atque alia separatim saepe prodiere. A Caesario emendata lucem adspexerunt una cum Diomede Basil. 1527. Colon. 1536. 8. Lipſ. 1542. 8. Libellum de octo partibus emendavit et illustravit Henricus Glareanus: Putschius vero omnia ex edit. Basileensi 1527. et Bongarsii libris emendata exhibuit. Exstant praeterea Scholia Donati in Virgilii Aeneida et Terentium, cum utriusque Poëtae vita, de quibus dictum suo loco. Etiam ad Donatum referri videas argumenta in libros Metamorphoseon Ovidianarum. Fuit Donatus, ut est notissimum, Orator et Grammaticus insignis Romanus, praeceptor B. Hieronymi, qui eum laudat tum alibi, tum in cap. 1. Ecclesiastici, ubi hoc eius dictum affert: *Pereant, qui ante nos nostra dixerunt.* Quod hodie incassum quaeres in eius ad Terentium commentariis. Sed non hoc solo argumento constat, illa non minus truncata quam interpolata ad nos pervenisse. *Donati* vitam ex schedis Petri Danielis, qui eam ex veteri Codice Regis Galliae descripserat, licet otiosi abortum ingenii et nulla fide dignum,

 insul-

n) *Flodegarium* in Donati Barbarismos, et *Pompeium* in Donatum quo usus est Carrio e Bibl. Coloniensi, Putschius libenter Grammaticis suis adiunxisset, si Mſcos horum scriptorum Codices nancisci potuisset. *Smaragdi* Abbatis de Etymologia Verbi et in Donatum aliaque ad Grammaticam spectantia memorat Labbeus Bibl. nov. Mſſ. p. 44.

insulsumque ac ridiculum, quia brevis est, hoc loco addemus.

Incipit Vita Donati Grammatici.

Flaccus Rebius Minutio Rutilio salutem.

*Rogatus a consodalibus vitam Donati Grammatici breviter commentavi, esset ne cuiquam incognita nobiscum degentium, tibique obtuli legendam. Ita enim se habet eius vita et conversatio, ut subiecta docet narratio. Donatus natione Romanus, Grammaticae professionis industria claruit,* σύγχρονος *ut fertur Rhetoris Victorini. Hic perpauculo conductus peculio cuiusdam viduae capellas paucinumero pascendas excepit, Septa sibi ab urbe miliario secundo vindicans. Huic operae pretium infatigatum promulgare labor est. Hic dum in alendis capellis moraretur, aestu, calente tempore, laborabat intolerabili, utpote capillorum ab aure usque ad aurem defensione privatus. Et quia remotior erat a Tiberi, sitim sibi ingruentem lacunis e cloaca fluentibus capellarum quoque temperabat urina. Hiemis autem tempore, solo canente pruina, carice * compacto solabatur tugurio. Frequentius autem humi accubitabat sub divo, permodico obsonatus edulio, quae nimirum frugalitas non innata sed egestate concreverat. Quia vero effoetis visceribus paene cutis desuper lapsae rigebat, frigoris ut vitaret enormitatem, partim teterrima, partim rufa inducebatur pellicia. Oculum autem et iuramentum Martis ademit, quod persolvit ut peculatus aboleret infamiam, quadam namque die Aeolicum ingressos consistorium digna sibi nacta capillatione cum magno pudore delituit, quem ita quidam graeco lepore insultans suapte aggressus est — quod dicitur Latine,* cede loco rustice modicarum opilio ovium. *Qui maturato rediens, discendae pueritiae studens Aedili innotuit Ciceroni, a quo toga donatus est, quod erat signum*

*ſignum libertatis. Eadem igitur tempeſtate Aemilius Senator hominem exivit, cuius in locum pileatus meruit ſurrogari, et a Cicerone ordinatim ſextum in Senatu ſubiit locum. Igitur quia habitum corporis eius breviter perſtrinximus, libet per ſingula eum paene membra deſignare. Erat quippe ſtatura puſillus, capite rotundo in modum veſicae porci, capillis admodum raſis et ſcabioſis atque melancholico humore madentibus. Facie adeo ruſtica, uno oculo luſcus, altero lippus, collo gracili et groſſo, brachiis brevibus et contractis, genibus latis, tibiis oppido curtis et groſſis, pedibus latis, et ſpiſſis, et quid morandum, omnia habitudine ſervo conſimulis. Hic calaumaco caput fovens, ſuper quavis ratione conſultus breviter omnia et furibunde explicabat, ita ut nec quidem a diſcipulis interrogari auderet. Quocirca dum ſaepe furore perſtreperet, quippe cui a naſo obſcoenitas defluebat aſſidua, Senatu pulſus, cuiuſdam macellarii famulitio ſuſceptus eſt. Plura pudet referre. Obiit XIV. Kal. Ianuarii et proiectum eſt cadaver eius in foſſam quo peregrini aggregabantur.*

Explicit Vita Domini Donati Grammatici.

8. *Servii Marii Honorati in ſecundam Donati editionem* interpretatio pag. 1779 — 1799. Cum Donati opuſculis edidit Rob. Stephanus, Pariſ. 1543. 8.

*De ratione ultimarum ſyllabarum liber ad Aquilinum* pag. 1797 — 1815. emendatus ex Mſſ. Bongarſii. In quibuſdam Mſſ. tribuitur *Baſilio*, neſcio, cui. Servii Mſ. caput de accentibus commemoratur in Chriſt. Waſii ſenario pag. 62.

*Ars de pedibus verſuum ſive centum metris* pag. 1815 — 1826. emendatus ex iiſdem Mſſ. Hoc centimetrum, Albino o) ab auctore inſcriptum, Aldus Venetiis

 edidit

o) Hic videtur eſſe filius Caecinnae Decii Albini quem in Saturnalibus ſuis loquentem Macrobius inducit una cum Servio. cf. Sel-

edidit cum Horatio. Subiicitur etiam operi versificatorio Io. Despauterii et Iac. Henrichmanni Grammaticis institutionibus Lipsiae 1510. 4. excusis. Recensuit etiam *Ioachimus Camerarius* et cum Eutychio Grammatico, Marioque Victorino edidit Tubing. 1537. 4. De Commentariis Servii in Virgilium dictum supra de Virgilio.

9. *Sergii* Grammatici *in primam Donati editionem* commentarium p. 1826 — 1838.

Eiusdem *in secundam editionem commentarium* pag. 1838 — 1856.

Plerique hunc Marium Sergium eundem esse putant cum Servio. Ceterum haec in Donatum commentaria cum aliis quibusdam antiquis Grammaticis impressa fuerant Basileae a. 1527. 8. et Paris. ap. Rob. Stephanum etc.

10. *Ars Cledonii* sive *Celdonii Romani*, Senatoris, CPolitani Grammatici, ex Mss. Francisci Pithoei in lucem edita p. 1856 — 1939. Huius Celidonii nomen Colomesius p. 295. ad Gyraldum latere putat sub nomine *Sidonii Grammatici*, cuius fragmentum de vocibus animantum in aliquot glossis Mss. Boxhornii legebatur, ipso teste ad Plautum p. 565. edit. 1645.

11. *Maximi Victorini de re Grammatica* sive *de Orthographia* liber p. 1939 — 1955.

Eiusdem

cf. Seldenum lib. I. de Synedriis c. 10. et Io. Andream Bosium de Pontificatu maximo Imperatorum Rom. p. 35. seq. Epistolam Servii ad Albinum Centimetro praemissam a Ms. Vaticano vulgavit Philippus Labbeus T. I. Bibl. nov. Mss. p. 66. *Clarissime Albino Servius Grammaticus Tibi hunc libellum, praetextatorum decus Albine. Nam licet Patris Avique quibus maximam reverentiam literae debent quotidie urgearis exemplo, ibique pubescas quo calle ad Musarum sacra venitur, non tamen coelo suo tantum Numina perfruuntur. Saepe humiles locos ac vilia pauperum tecta subierunt. Quare laboris mei velim faveas voto, indulgeas audacia. Quod si secus cesserit, in cupiditatem devotionis interpretabor eventum nocendi. Vale.*

Eiusdem *de carmine Heroico* p. 1955 — 1963.

*De ratione metrorum commentarius* p. 1963 — 1975. Prodierat una cum aliis Basil. 1527. 8.

12. *D. Aurelii Augustini* Hipponensis Episcopi *de re Grammatica* liber p. 1975 — 2018. In editionibus incipit his verbis: *Omnia nomina tredecim*, quod convenit cum principio libri de Grammatica, quod Augustinus ipse confirmat lib. 1, c. 6. Retractationum. At Benedictini in noviss. Augustini edit. Tom. 1. testantur, verba illa libro de Grammatica, qui hodie fertur, recens praefixa esse, neque in Mss. p) reperiri. Pluribus iidem argumentis confirmant, eum non esse Augustini, adeoque in Appendicem tanquam spurium retulerunt.

13. *Ars P. Consentii V. C. de duabus orationis partibus nomine et verbo* p. 2018 — 2075. ex Mss. Bongarsii, (in quo titulus est: *Ars Consentii V. C. Quinti Consularis quinque civitatum, de duabus partibus orationis, nomine et verbo*) plus dimidia parte auctior, quam olim edita fuerat a Sichardo Basil. 1528. 4. in volumine, quod inscribitur *disciplinarum liberalium orbis*, quod praeter hunc Consentium continet Cassiodorum de Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Geometria, Musica et Astronomia: cum Apuleji (non integro) libello de syllogismo Categorico ex Bibl. Heresfeldensi; et Censorino de die Natali. A Francisco Robortello etiam vulgatum, in Epistolis Mss. ad Putschium tradit Andreas Schottus. Hunc Consentium viri docti appellant Grammaticum CPolitanum. Fuit et Consentius, ad quem exstant Sidonii Apollinaris Epistolae.

14. *Flacci*

p) Tillemontius in vita Augustini Gallice edita sive T. 13. memor. Ecclesiast. observat Benedictinos alibi negare se ullos huius libri Mstos Codices usquam vidisse. Grammaticum tamen hunc librum Augustino ipse quoque abindicat tum propter alias rationes, tum quod per dialogos scriptus non est, quod de suis affirmat Augustinus.

14. *Flacci Alcuini* ſive *Albini* Caroli M. Imp. Magiſtri *Grammatici* pag. 2075 — 2143. Praeter hanc Grammaticam et dialogum de Rhetorica ex libro Alcuini de ſeptem artibus, nihil fere eius exſtat. Inſerta poſtea reliquorum Alcuini operum collectioni ab Andrea Quercetano Pariſ. 1617. f.

15. *Eutychis Grammatici, diſcipuli Priſciani, de diſcernendis coniugationibus* libri II. ex Mſ. Wowerii aucti et emendati pag. 2143 — 2191. prius legebantur ex edit. Ioachimi Camerarii Tubingae 1537. Ex huius Eutychis de aſpiratione quaedam leguntur apud Caſſiodorum cap. IX. de Orthographia.

16. *Cornelius Fronto* de differentiis vocabulorum p. 2191 — 2203. Editus ante in variis Collectionibus Grammaticorum. v. Sect. I. et in Gothofr. Auct. L. L. n. 7. v. ſupra Sect. II.

17. Incerti auctoris *de differentiis vocum*, editus ex Mſ. Bongarſii p. 2203 — 2214.

Haec utraque opuſcula inter auctores latinae linguae edidit etiam Dionyſius Gothofredus Genev. 1602. 1622. 4. v. ſupra in eius AA. L. L. n. 7.

18. *Velius Longus* q) *de Orthographia* p. 2214 — 2239.

A Scholiaſte Statii ad lib. 2. Achilleidis v. 41. *Velius Aſper Longus* appellatur. Ante iam Hadriani tempora floruiſſe hunc Grammaticum, docet Noriſius in Orthographia p. 135. edit. Viteb. Prodierat Romae primum 1587. 8. deinde cum Fulvii Vrſini notis ad Servium, Caſſiodoro de Orthographia et aliis quibuſdam ex officina Sanct-Andreana a. 1589. 8. In caſtigationibus ſive notis ad Longum, quas Commelinus ſubiecit,

q) Ex hoc pleraque repetit Iſidorus lib. 1. cap. 26. Originum.

iecit, profitetur, se adiutum a Francisco Iunio. Ceterum prius quam editus esset, tritus fuit a viris doctis, ut testatur Io. Baptista Pius annotationum posteriorum r) capite 4. ubi *Verrium Longum* appellat. *In lucem, inquit, e pulvereo latibulo extractus pridem a viro literatissimo Georgio Merula, qui Mediolani docuit. Copia Verrii huius Merulae contigit ex libraria Bobiensi, characteribus Langobardis ferme exolescentibus in scripturam Romanam reformatis. Ad me venit id opusculum munere Alexandri Gabuardi Parmensis, auditoris mei, cum publice Mantuae docerem, iuvenis antiquitatis studiosissimi.*

19. *Flavii Capri* Grammatici vetustissimi *de Orthographia* libellus, e Mss. Bongarsii restitutus p. 2239 — 2246.

Eiusdem *de verbis dubiis* primum editus ex Ms. Bongarsii p. 2247 — 2250.

Hunc Caprum Agroecius multis litterarum operibus celebratum et in commentando Cicerone praecipuum vocat. Memorat et Hieronymus 2. in Rufin. *quia in Capri commentariis huiuscemodi figuram reperit.* Capri Orthographiam memorat Lupus Ferrariensis Epistola 20. etiam Charisius. Eius libros *enucleati sermonis et dubii generis* Servius in X. Aeneid. Pauca illa, quae huius Capri restant, ediderant Veneti 1491. 1511. 1522. fol. et Parisienses 1516. f. cum aliis quibusdam Grammaticis.

20. *Terentii Scauri* s) *de Orthographia* ad Theseum, ex libro Bongarsii, notis Ranconeti et Petri Scriverii, restitutus p. 2250 — 2266.

Hunc

r) Tomo I. Lampadis artium Gruterianae p. 396.

s) Scaurum una cum Harmonio, Clarano, Aspro et Varrone laudat Ausonius Epist. 18. Clarani, mentio etiam apud Senecam Epist. 67. et Martialem X, 21. una cum Modesto.

Hunc libellum Adamus Petri Basil. 1527. 8. vulgavit ex Mſ. Codice Lauriſſano, quem communicavit cum eo Io. Sichardus. Scaurus iſte Hadriani Imp. tempore clarus Grammaticus Gellio et Auſonio laudatur.

21. *Agroetius de Orthographia, proprietate et differentia Sermonis* ad Eucherium Epiſcopum, veluti ſupplementum libri *Capri* de eodem argumento, recenſitus ex Mſ. Bongarſii p. 2266 — 2275. Prodierunt hi libelli cum Iſidori libris Originum ex editione Vulcanii, et in aliquot Collectionibus Grammaticorum veterum.

22. *Magni Aurelii Caſſiodori Senatoris de Orthographia* liber p. 2275 — 2322. cum Aldi Epitome Orthographiae a *Carrione* Antv. 1579. 8. et cum Velio Longo aliiſque editus ante eſt in officina Sanct-Andreana a. 1589. 8. in qua editione Commelini etiam caſtigationes ſive notae breves adiectae ſunt. Hunc vero librum ex variis Grammaticis collegit et anno aetatis 93. edidit Caſſiodorus. Nomina veterum Grammaticorum ſunt: Annaeus Cornutus, Velius Longus, Curtius Valerianus, Papirianus ſive Papirius Praetextatus, Adamantius Martyrius, Eutyches, Caeſellius Orthographus, Lucius Caelius Vindex, Priſcianus. Laudat etiam Terentium Varronem, Donatum et Phocam.

Eiuſdem *de arte Grammatica, ad Donati mentem, fragmentum* p. 2322 — 2327. Ex libro de ſeptem diſcipulis, vulgatum quondam ſeorſim a Ioann. Sichardo cum Conſentio Baſil. 1528. 4. ut editiones inter reliqua Caſſiodori opera omittam.

23. *Beda* Sacerdos *de Orthographia* ex Mſ. Bongarſii primum editus p. 2327 — 2350. diverſus a libello eiuſdem argumenti, qui Bedae vulgo adſcriptus inter eius opera ſaepius prodiit, et infra a Putſchio exhibetur.

Eiuſ-

Eiusdem *de metrica ratione liber unus* p. 2350 — 2383. qui similiter inter eius opera non semel lucem adspexit.

24. *Terentiani Mauri*, Carthaginiensis, *t*) *de litteris, syllabis, pedibus et metris carmen* ad Bassinum filium et generum Novatemum (vide v. 278.) omni elegantiarum genere conditum et amabili quadam ingenii amoenitate temperatum, vario poëmatis genere p. 2383 — 2450. Incertum est, utrum hic sit *Postumius Terentianus*, cui Longinus dicavit librum suum aureolum de sublimi dictione, vel quem Syenes *u*) in Aegypto praefectum celebrat Martialis lib. 1. Epigr. 87. etsi utrumque videtur Vossio lib. de Poëtis Latinis. Si Septimius Poëta, cuius plus simplici vice Terentianus meminit, idem est cum Septimio Severo, ad quem exstat carmen Lyricum in quarto Sylvarum Statii (ita persuasum Gyraldo dialog. X. de poëtis) Martialis aetati propiorem oportet esse Terentianum: non diu enim post hunc Septimius scripsisse se duobus locis significat.

*Dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper.*

Atque iterum:

*Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella,*
*Nam melius nostri servarunt metra minores,*
*Septimius docuit quo ruris opuscula libro etc.*

*Terentiani* Mauri meminit S. Augustinus VI, 2. de Civitate Dei: *Iste igitur vir tam insignis excellentisque peritiae, et quod de illo etiam Terentianus elegantissimo versiculo breviter ait, vir doctissimus usquequaque Varro.* Idem libro de utilitate credendi cap. 17. *Nulla imbutus poëtica*

*t*) Carthaginiensem esse negat T. Faber ad Longinum Maurum patria se ipse fuisse docet p. 87. edit. Brissaei:

*Maurus item quantos potui cognoscere Grajos?*

*u*) Sane in fronte editionis Parisiensis ap. Simonem Colinaeum a. 1531. 4. cum notis Nic. Brissaei Montivillarii dicitur *Terentianus Maurus Niliacae Syenes praefectus.*

*poëtica disciplina, Terentianum Maurum sine magistro attingere non auderes. Asper, Cornutus, Donatus et alii innumerabiles requiruntur, ut quilibet Poëta possit intelligi.* Mentio etiam apud Ennodium lib. VIII. Epistola 29. et apud Victorinum libro tertio de metris, qui Terentiani vestigiis libenter insistit, p. 2578. pro *Anniano* legendum *Terentianus*, ex quo etiam Septimii Sereni illud affert:

*Quando flagella ligas, ita liga,*
*Vitis et ulmus uti simul eant.*

Apud Terentianum est, *quando flagella iugas, ita iuga*, quod placet. Citatur etiam Terentianus Maurus de literis a Rabano Mauro de arte Grammatica T. 1. p. 39. Caeterum Carmen illud Terentiani saepius prodiit tum seorsim tum in corpore Poëtarum. Primum cum Ausonio lucem adspexit Mediolani a. 1497. fol. repertum in monasterio Bobiensi a Ge. Merula. Emendavit post Georgium Merulam, Ianum Parrhasium et Nic. Brissaeum, *Iacobus Micyllus* Francof. 1584. 8. quam editionem Putschius est secutus, iunctos habens cum brevibus Commelini notis, *Marii Victorini* quatuor libros de quibus dictum supra, et Servii de pedibus versuum, accentibus et quantitate Syllabarum libros duos.

25. *Ars Grammatica Marii Victorini* x) *de Orthographia et ratione metrorum* p. 2450 — 2623. Inter alios Grammaticos, et cum Eutyche Grammatico Tubing. 1537. 4. ex edit. Ioach. Camerarii et Basil. 1527. 8. cum aliis Grammaticis prodierat. Edidit et cum Mauro Commelinus; eius editionem Putschius secutus fuit.

26. *Mar-*

x) *Maximum Victorinum* Grammaticum, a Mario Victorino Rhetore diversum, edidit Ioachimus Camerarius cum *Eutyche* et Servii opusculis, Tubing. 1537. 4. recensum 1584. 8.

26. *Marii Plotii* (Sacerdotis, ut vocatur in Mſ. Iſaaci Voſſii) *ad Maximum Simplicium* Cl. V. *de metris liber* ex Mſ. Andreae Schotti et Io. Wowerii primum editus p. 2623 — 2663. Habuit et Mſ. Hadrianus Iunius, ut refert ipſe in notis ad emblemata ſua, eumque editurum promiſit in literis ad Georgium Fabricium inter Iunii Epiſt. p. 457. Editionem curare voluit etiam Ioſephus Scaliger.

*Ars Caeſii Baſſi de metris* p. 2663 — 2671.

27. *Attilii Fortunatiani* y) *ars et de metris Horatianis* p. 2661 — 2706. Fragmentum huius Fortunatiani de metro Sotadeo occurrit in Grammaticis inſtitutionibus Aldi Manutii et in aliis collectionibus Grammaticorum.

28. *Commentarium Rufini* V. D. Grammatici Antiochenſis *in metra Terentiana* ex Mſ. Scaligeri reſtitutum p. 2706 — 2715. Saepenumero prodiit cum Priſciani operibus. Eiuſdem alia quaedam leguntur inter Rhetores antiquos Franciſci Pithoei. Crediderim etiam, eius Rufini eſſe fabulam Paſiphaes, metris omnis generis Horatianis elaboratam, et a Cruquio primum editam.

29. *Cenſorino adſcriptum fragmentum de metris* p. 2715 — 2727. Lud. Carrio primus a Cenſorini libro de die Natali ſeparatim edidit Pariſ. 1583. ut ſupra dictum. Cenſorinum inter Grammaticos laudat Caſſiodorus.

30. *Ambroſii Macrobii Theodoſii de differentiis et ſocietatibus Graeci latinique verbi libellus* pag. 2727 — 2775. tantum excerpta quaedam ſunt ex Macrobii opere a Ioan-

y) Gyraldo dialogo 2. de Poëtis dicitur *Donatianus*. Apud Voſſium vero de Poëtis Graecis p. 65. male editum eſt, *Atilius Fortunatianus de arte Medica*, pro *Metrica*.

a Ioanne quodam, forte *Erigena*, sive, ut rectius dici notat ad Iamblichum Galeus, *Herulo* sive *Heruligena Scoto*, ita enim suspicabatur P. Pithoeus et post Pithoeum Vossius in Aristarcho. Vide, si placet, quae supra in Macrobio dicta sunt.

31. *Libellus Bedae vulgo inscriptus de Orthographia* p. 2775 — 2803. aliquoties editus inter Bedae Venerabilis opera T. 1. p. 53. seq.

Denique succedunt *Indices* auctorum a Grammaticis in testimonium citatorum, vocum Graecarum, rerumque et verborum.

Si nova huius operis, iam rarioris, editio fieret, addi possent *Nigidii Figuli* fragmenta ex eius Commentariis Grammaticis, quae collegit Rutgersius in Var. Lect. III, 16. p. 260. Sed multo magis *Mallii Theodori* Liber de Metris, quem e Ms. Bibl. Guelferbytano edidit *Iac. Frid. Heusingerus* primum Guelf. 1755. deinde iterum, acceptis var. lectionibus Mss. Paris. Lugd. Bat. 1766. 8. cum notis, et quibusdam fragmentis veterum aliquot scriptorum ex eadem Bibliotheca.

# SCRIPTORVM ET LIBRORVM NOMINA QVAE AB HIS AVCTORIBVS REFERVNTVR.

## *Ex editione Putschiana.*

*Ariston*

*Caesius*

πλε-

z) Charisius docet Varronem, Ciceronem aliosque dixisse *poëmatorum*, pro *poëmatum*.

*Mallius*

*Porphy-*

654, 30. 678, 42. 719, 5. 729, 33. 744, 21. 757, 41. 766, 22. 790, 43. 798, 15. 801, 46. 802, 32. 40. 824, 34. 826, 9. 851, 18. 864, 4. 870, 19. 880, 26. 920, 41. 935, 32. 939, 14. 948, 26. 954, 5. 24. 959, 26. 960, 27. 41. 962, 13. 983, 18. 992, 6. 997, 9. 999, 3. 1009, 32, 1010, 1. 1012, 26. 1015, 4. 26. 1017, 3. 41. 1020, 34. 1024, 24. 1028, 35. 1029, 39. 1037, 9. 46. 1040, 38. 1041, 7. 1059, 39. 1068, 40. 1091, 3. 1095, 21. 1099, 41. 1100, 18. 1102, 18. 45. 1104, 39. 1105, 38. 1125, 34. 1130, 2. 28. 1132, 26. 1141, 11. 1145, 40. 1163, 36. 1169, 3. 37. 1176, 11. 1178, 35. 1185, 31. 1187, 39. 1188, 34. 1189, 27. 1191, 1. 1192, 12. 36. 1194. 13. 22. 1195, 2. 9. 43. 1196, 5. 1199, 47. 1200, 30. 1203. 26. 30. 1204, 14. 1209, 41. 1214, 5. 1275, 2. 1324, 13. 2172, 3. 2707, 11. Phormione 56, 18. 100, 16. 178, 31. 180, 9. 185, 28. 188, 38. 189, 18. 190, 14. 34. 197, 15. 38. 568, 44. 598, 33. 601, 32. 603, 37. 611, 47. 614, 13. 647, 10. 672, 32. 712, 7. 760, 37. 763, 38. 769, 23. 777, 7. 793, 21. 795, 2. 797, 24. 798, 25. 864, 10. 871, 10. 876, 26, 877, 21. 880, 4. 889, 3. 903, 15. 927, 18. 934, 6. 940, 35. 1003, 34. 1004, 7. 39. 1006, 36. 1009, 34. 1014, 20. 1026, 28. 35. 1027, 37. 1030, 28. 1037, 6. 1058, 21. 1059. 35. 1060, 36. 1088, 11. 1103, 1. 22. 1137, 40. 1147, 12. 37. 1151, 16. 1162, 46. 1167, 27. 1168, 48. 1172, 44. 1182, 26. 49. 1190, 23. 1192, 27. 1194, 47. 1201, 21. 1202, 31. 1203, 45. 1213, 2. 1251, 45. 1281, 23. 1283, 98. 1324, 36. 1349, 35. 1354, 38. 2172, 23. 2182, 7. 2184, 18. 2185, 15. 2213, 38. Heautontimorumeno 678, 40. 706, 23. 766, 4. 772, 42. 776, 9. 778, 3. 802, 3. 12. 39. 44. 824, 33. 946, 35. 959, 25. 996, 32. 1017, 37. 1188, 11, 1201, 25.

*Vale-*





# CAPVT V.

## DE
## ANTIQVIS RHETORIBVS INPRIMIS FRANCISCI PITHOEI IN COLLECTIONE.

RHETORES LATINI non minus multi quam Grammatici fuere: itaque iam suo tempore Svetonius, ut Grammaticorum, ita Rhetorum vitas scripsit. Sed plerorumque scripta periere; nisi quod quorundam fragmenta in libris eorum, qui servati nobis sunt, remansere. Sed quae scripta ex illo naufragio velut enatarunt, ea paulatim vel singula, vel cum aliorum comitatu, per literarum formulas prodiere ad usus communes. De his igitur ita dicemus, ut primum Collectiones minores, deinde maiorem *Pithoei* recenseamus, et per eam occasionem de singulis, quae necessaria scitu sunt, tradamus.

### SECTIO I.

Sunt ante Pithoeanam Collectiones Rhetorum factae hae

A. 1521. Basileae ap. Frobenium *Beatus Rhenanus* edidit Volumen Rhetorum 4. sub titulo: *Veterum aliquot de arte rhetorica praeceptiones*. Insunt autem hi: *Rutilius Lupus*, *Romanus Aquila*, *Iulius Rufinianus*, *Sulpicius Victor*, Auctor *incertus* de Rhetorica, qui incipit: *omnes res iuxta rhetoricae indagationem etc.* *Aurel. Augustin.* de pedibus et metris, *Emporius*, et

e Graecis

e Graecis *Aphthonius* e versione lat. *Catanaei.* Vsus erat Rhenanus in prioribus tribus Mſ. Spirenſi.

A. 1523. f. Venetiis et 1537. 8. ap. Aldum editi ſunt aliquot Rhetores, ſuperioris collectionis tres priores, cum Rhetoricis *Trapezuntii*, h. e. verſione lat. *Ariſtotelis* Rhet. L. III. et Rhetorica eiuſdem ad Alex. e verſione Philelfi, et Paraphraſis Rhetoricae Hermogenis e verſione *Hilarionis* Veronenſis, *Priſciani* praeexercitamentis, *Aphthonii* progymn. et *Fortunatiano.*

A. 1528. Pariſ. apud Rob. Stephanum iidem editi ſunt, qui in ed. Baſileenſi erant, addito ex Aldina *Aphthonio.*

## SECTIO II.

ANTIQVORVM RHETORVM ampliſſima collectio exorta eſt e Bibliotheca *Franciſci Pithoei* Pariſ. 1599. 4. In qua veterum editionum lectiones saepe mutatas eſſe a Pithoeo, et aliquando in peius, queritur Barthius p. 2576. Adverſar. item pag. 159. ad Claudianum. Inſunt

1. *Ex P. Rutilii Lupi* de figuris ſententiarum libris II. excerpta p. 1—12. Alius a Rhetore hoc et antiquior fuit P. Rutilius Lupus, quem perſtrinxit Lucilius. Vide Douſam ad Lucilii fragmenta p. 110. 136. Primum hic libellus editus eſt, quod ſcimus Venet. 1519. 8. deinde in variis collectionibus rhetorum. Iac. Thomaſium emaculare et illuſtrare hunc Rhetorem voluiſſe, diſcimus ex eius programm. pag. 276. Quintilianus IX, 2. ait, Lupum quatuor Gorgiae libros (non veteris Leontini illius, ſed alius ſui temporis) in unum contraxiſſe. Non igitur ab ipſo Lupo diſtributio in duos libros eſt, quod Voſſio etiam animadverſum p. 94. de Rhetorices natura et lib. V. Inſtit. Or. p. 289. Ad illud

Gorgiae opus Graecum, ubi pluribus unius cuiusque ratio reddatur, lectorem remittit Lupus p. 10. edit. Pithoei, quod tanto magis noto, quia Barthius, indicem scriptorum a Lupo laudatorum texens lib. 59. Adversar. c. 1. *Gorgiam* omisit. Callinicus Sophista scripserat ad Lupum (alium a nostro) περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς, teste Svida. Plures Rutilii *Lupi* nomine olim celebres referuntur a Glandorpio p. 754. Onomast. Vide et Iac. Thomasii diss. de nominibus et insignibus Lupinis, Lips. 1667.

2. *Aquilae Romani de figuris sententiarum et elocutionis ex Alexandro a) Numenio liber* p. 13—23.

3. *Iulii Rufiniani de eodem argumento, quae Aquila praetermisit* p. 24 — 38.

Hi tres scriptores cum aliis quibusdam Rhetoribus antiquis latinis editi aliquoties sunt. Sed eos nuper cum notis eruditissimis edidit Lugd. B. *Dav. Ruhnkenius* V. C.

4. *Chrii vel Curii Fortunatiani b) Consulti artis Rhetoricae scholicae libri III. per quaestiones et responsiones* p. 38 — 78.

Hos

a) De hoc Alexandro, cuius liber de figuris Graece exstat, quemadmodum et de aliis Rhetoribus Graecis dictum libro IV. Bibl. Graecae.

b) *Fortunianum* male vocat Io. Sarisberiensis VIII, 6. seq. Policratici, atque inde Durantius Casellius in Variis Lect. *Consultus Chirius* Rhetor dicitur Scaligero V. de emendat. temporum p. 483. Intercidisse putabat Iac. Durantius Casellius II, 6. Variar. reprehensus a Crenio XIV. Animadvers. p. 81. ubi e Iani Parrhasii Epist. 57. profert verba, quibus testatur, in antiquo Codice pro *Chirio Fortunatiano* legi *Chriae Fortunatiani:* et ex personati Oporini Grubinii Amphotidibus Scioppianis Paris. 1611. 8. editis p. 141. *Dolet Scioppio, quod non eadem felicitate in Chirio Fortunatiano ex angulis Gifanianis reglutinando et publicae utilitati redonando usus fuerit: nam eum scriptorem nunquam editum, a Theodoro Zwingero Giphanius, obligata editionis fide, acceperat.* Parum quidem latinus scriptor, sed nequaquam ineptus pro tempore, quo vixit, dicitur hic Fortunatianus a Io. Clerico V. C. parte I. Artis Criticae p. 440.

Hos libros, post Basileensem ac Venetam editionem, recensuit P. Nannius Lovan. 1550. 8. cuius haec sunt verba in praefat. *Cum nuper anxie disquirerem, quemnam potissimum ex Rhetoricis domi meis privatim praelegerem, et Quintiliani prolixitatem horrerem, nec liber ad Herennium satis habere compendii videretur: incidi tandem in scholia Fortunatiani, in quibus ille summa cum luce nec minori brevitate omnia technica tum Latinorum tum Graecorum rhetorum in unum contulit, et quae ex Hermogene, Dionysio Halicarnasseo, Demetrio Phalereo vix transferri posse videbantur, claris et vividis vocabulis latine expressit, adeo ut qui se eorum virorum interpretem velint, necessario hunc legendum habeant, in qua parte sibi nec Trapezuntius nec Theodorus Gaza defuerunt, qui utinam plura ab eodem auctore mutuare potuissent, profecto res suas et distinctiores et clariores effecissent. Caeterum dum huic castigando operam impendo, (maculosus enim et mutilus in lucem exierat) opportune in mentem venit similia et eiusdem generis apud B. Augustinum reperiri. Hic dum utriusque rhetoricam confero, video illis plerumque et verbis et sententiis convenire. Procedo ad Dialecticam utriusque, nihil omnino varietatis deprehendo. Miror quid acciderit, ut quae vel Fortunatiani ad Augustinum: vel quae Augustini ad Fortunatianum transierint, nisi fortasse alter alterius Praeceptor fuerit, et Magistri traditiones ut fieri solet suis libris impresserit. Vtut est, id liquido affirmare licet, id opus aut vere esse Augustini, aut dignum Augustino.* In hoc erudito opere Fortunatianum, qui Maximi etiam et Balbini et Pupieni vitas scripsit, teste Capitolino, Hermagoreorum doctrinam plane expressisse notat Vossius p. 18. de Hist. Latinis. Vide et Francisci Hottomanni ICtum sive de optima ratione iuris iuterpretandi, quo libro excerpta e Fortunatiano exhibet inter alia, eaque

valde

valde commendat ICtis. In Epigrammatibus Vett. Pithoei lib. IV. p. 124. haec leguntur in *Curii* ſive *Chirii Fortunatiani* Rhetoricam:

*Quiſquis Rhetorico feſtinat tramite doctus*
*Ad leges et iura trahi, bene perlegat artis*
*Hoc opus, et notum faciet per compita callem.*

Giſanius in Iuſtiniano, ubi recenſet ſcriptores aliquot, qui Iuſtiniani aevo claruere, addit, *et Fortunatianus, cuius poëmata habeo manuſcripta.* Neſcio, inquit Barthius litteris ad Daumium, *ſit ne ille Chirius Conſultus Fortunatianus, cuius habemus Dialecticam abſque anno impreſſionis, charactere veteri exſcriptam* in 4. Exſtat etiam hic libellus inter Opera Auguſtini T. 1. pag. 261. et utique eſt Auguſtini, ſed e Fortunatiano, qui Iuſtiniani aetatem longe anteceſſit, excerptus. Prodiit Fortunatiani Rhetorica etiam Argentinae 1568. 8. cum praef. Valentini Erythraei. Caſaubonus ad Capitolini Maximum et Balbinum p. 138. *Legi nuper apud Virum doctum, editam olim in Italia huius Fortunatiani hiſtoriam fuiſſe. Tamen Tranſalpinorum neminem eſſe puto, qui unquam viderit.* Onufrius Panvinius in Commentario ad faſtos Romanos p. 265. *Chirius Fortunatianus V. C. Afer, cuius Hieronymus c) et ab eo Sophronius meminere, rationem inveniendi indictiones annuas conſcribens, nullam earum originis mentionem facit.* Scriptum illud vidiſſe ſe negant Petavius XI, 41. doctrinae temporum, et Tillemontius Tom. 4. Hiſtoriae Imperatorum p. 230.

5. *Marii Victorini* Rhetoris urbis Romae *expoſitio in I. et II. Rhetoricon Ciceronis* p. 79 — 239.

Haec

c) Hieronymo de Scriptoribus Eccl. c. 97. ſermo eſt de Fortunatiano Afro, Aquilejenſi Epiſcopo, eiuſque commentarios in Evangelia commemorat, brevi et ruſtico ſcriptos ſermone.

Haec saepe edita fuit cum seorsim, tum libris Ciceronis Rhetoricis adiecta. De ipso Victorino Afro vide Launojum p. 51. seqq. dissertationis de Victorinis. An Hieronymi praeceptor fuerit, dubitat Huetius p. 234. de claris interpretibus. Alia eius scripta recenset Clariss. Caveus in scriptoribus Ecclesiasticis. Quatuordecim genera definitionum ex huius Victorini libro singulari, ut suspicor, de definitionibus abbreviata refert Isidorus Hisp. lib. 2. Orig. cap. 29. Idem cap. 25. ait, Porphyrii Isagogen a Victorino Oratore in latinum translatam fuisse: et cap. 28. laudat librum Victorini de syllogismis hypotheticis, quem et Cassiodorus memorat in libro de Dialectica. Emendationes in Victorinum *Marini Becichemi* Scodrensis occurrunt in eius Centuria prima Epistolicarum quaestionum p. LXXX. sq. cap. p. 17 — 29. Venet. 1506. f. Vide et quae supra in Cicerone dicta sunt et in Boethio.

6. *Sulpicii Victoris* ad M. Silonem generum *institutiones oratoriae*, e Zenonis Rhetoris praeceptis maxime collectae, ut ipse initio libri testatur, et Zenonem iterum citat pag. 247. 262. Has a Nicol. Fabro Pithoeus accepit, recognitas cura Aemari Ranconeti pag. 240 — 275.

Prodierunt una cum aliis Rhetoribus antiquis latinis e Mſ. Spirensi cura B. Rhenani Basil. 1512. 4. apud Frobenium et Paris. 1528. 4.

7. *Emporii Rhetoris de Ethopoeia ac loco communi liber* p. 278 — 283.

Post Cassiodorum vixisse colligit Vossius, quem vide lib. de Rhetoricae natura p. 95.

Eiusdem *praecepta demonstrativae materiae et de specie deliberativa* p. 283 — 289.

Hic quoque in iam laudatis occurrit collectionibus.

8. *Aure-*

8. *Aurelii Augustini* praecepta Rhetorices pag. 290 — 302.

Haec Augustini esse haud videntur, uti recte iudicant Benedictini in sua Augustini editione, unde illa in appendicem Tomi I. inter spuria reiecerunt. Confer. supra num. 4.

9. *Iulii Severiani Syntomata d)* sive *praecepta artis Rhetoricae*, summatim de multis collecta, ad Desiderium p. 302 — 312.

Haec ex recensione *Lucae Fruterii* cum eiusdem Fruterii reliquiis, vulgata a Iano Dousa Antverp. 1584. 8. apud Plantin. Quod vero titulus prae se fert, tunc primum in lucem emissa esse, error est, cum multis ante annis *Secundus Curio* adiecerit Partitionibus oratoriis Ciceronianis: nec paucis locis emendatior est editio Oporiniana, ut notavit Vossius de Rhetorices natura p. 95. Iterum editus erat libellus a Sixto Popma, sub nomine *A. Corn. Celsi* de arte Rhetorica Colon. 1569. 8. *e)* Severianum ad Codices Mss. collatum cum eius libello de locis dialecticis edere voluit Labbeus. Editionem moliti etiam sunt Io. Wowerius et Dionysius Lambinus. Notas in hunc libellum edidit Heumannus in Poecile L. III. p. 378. Vide nov. Bibl. Mss. p. 45. *Severianum* (non *Iulium Servianum* ut e Plinii VIII. Epist. 6. et X, 2. coniiciebat vir doctus) auctorem esse praeceptorum horum artis Rhetoricae, constat ex inscriptione codicum, quam confirmat Sidonius Apollinaris lib. 9. Ep. 11. et 15.

*Nec ista sola sunt perita pectora*
*Severianus ista Rhetor altius.* etc. adde carm. 15.

10. *Rufini*

d) *Syntomata* vox graeco-barbara, ut barbare latini fecere etiam *Epitomata*.

e) B. Fabricius cum hanc Bibliothecam congereret, ignorabat, falso tributum esse Celso, et eundem libellum de Rhetorica esse cum Severiani Epitomatis. Itaque et addebat T. II. et mirabatur, non additum esse Collectioni huic a Pithoeo. Animadvertit post errorem et correxit in Bibl. lat. med. et inf. aetatis in *Iulio Severiano*.

10. *Rufini f) versus de compositione et metris Oratorum, et de eodem argumento variorum auctorum loca ab eodem collecta* p. 312 — 321.

Apud Latinos ait p. 318. de numeris oratoriis scripsisse Ciceronem, Victorinum, Eusebium, Terentianum, Varronem, Probum, Charisium, Diomedem, Quintilianum, Donatum, Victorem, Servium. Apud Graecos Thrasymachum, Naucratem, Gorgiam, Ephorum, Isocratem, Theodectem, Aristotelem, Theodorum Byzantinum, Theophrastum, Hieronymum.

11. *Prisciani Grammatici* Caesariensis de praeexercitamentis Rhetoricae ex Hermogene liber p. 322 -- 341. saepe editus cum reliquis Prisciani scriptis, et ab Elia Putschio adiectus in Grammaticis antiquis. Exstant etiam cum *Alardi* Amstelodamensis notis in tomo posteriore operum Rudolphi Agricolae, Colon. 1539. 4. p. 77.

12. *Rhetoricae compendium ex Magno g) Aurelio Cassiodoro* p. 332 — 342. petitum ex eius libro de septem disciplinis, qui inter Cassiodori opera saepius prodiit, novissime Rotomagi 1679. f. studio Io. Garetii monachi Benedictini.

13. *Bedae* Presbyteri de Schematibus et tropis Sacrae Scripturae liber p. 342 — 355. editus est non semel, cum inter opera Bedae novissime Colon. 1688. Tom. 1. pag. 42. seq. tum seorsim Venet. 1522. Basil. 1536. 8. etc.

14. *Isidori Hispalensis* de arte Rhetorica liber, reliquo opere selectus, p. 356 — 358. depromptus ex libro secundo operis de Originibus.

15. *Alcuini*

f) Rufini, intellige Grammatici Antiocheni, cuius commentarium in metra Terentiana paulo ante inter Grammaticos a Putschio collectos memoravimus.

g) Perperam *Marcum* appellant doctissimus Caveus in Histor. literaria et plerique alii.

15. *Alcuini* ſive *Albini* de arte Rhetorica dialogus cum rege Carolo p. 369 — 382. ex libro de ſeptem artibus, ſed qui non integer ad nos pervenit, uti ad Eliae Putſchii Grammaticos obſervavimus. Dialogus iſte primum editus eſt a *Matth. Galeno*, Selando, de quo v. Miraeus Scriptor. Eccl. c. 95. p. 192. ed. II. de Rhetorica ſeorſim prodiit Duaci 1564. 4. ex recognitione *Matthaei Galeni* et a. 1529. 8. Hagenoae per Menradum Moltherum. Pariſiis quoque inter alia Alcuini opera 1617. f. Prodiit etiam cum Grammatica Alcuini et Dialectica Ingolſt. 1604. 4. et inter opera eiuſdem ab Andrea du Cheſne edita.

Cum rarius reperirentur huius Collectionis exempla, eam correctiorem et notis inſtructam edere inſtituit *Claudius Capperonerius*: ſed opus non abſolvit, praeventus morte. Sed quae ille ad exemplum ſuum ſcripſerat, eius ex fratre nepos, rogatu Schoepflini conceſſit *Phil. Chriſtiano Rangio* Argentoratenſi, qui novam editionem moliebatur. Sed et ipſe operi immortuus eſt. Eo tamen mortuo, facta eſt nova editio Argentorati 1756. 4. additis utriuſque notis: quae in *Rufini* libello deſinunt. Additus eſt *Marciani Capellae* Liber de Rhetorica ex editione Capellae Grotiana.

## CASP. BARTHII INDEX AVTORVM, QVI IN RHETORIBVS LATINIS LAVDANTVR.

*ad paginas edit. Franciſci Pithoei.*



*Aelius*

*Theo-*

# INDEX IN SVETONII LIBROS DE GRAMMATICIS ET RHETORIBVS, VITASQVE ALIQVOT POETARVM LATINORVM.

de eo Gr. 11. libellus *indignatio*, id. praeter Grammaticos libellos scripsit poëmata ex quibus probantur Lydia et Diana *id.*

*Chrysippi* libri circa septingenti. *vita Persii.*

*Ciceronis Philippicae* Rh. 5. versus ex Limone, *vita Terentii.* Epistola ad Marcum Titianum Rh. 2. ad Dolabellam Gr. 14. ad Atticum Gr. 14. et 16.

*Cicero* ad praeturam usque Graece declamavit, Latine senior quoque Rh. 1. et 2.

*Servius Claudius*, eques Romanus auxit ab omni parte Grammaticam Gr. 2. librum soceri (L. Aelii) nondum editum fraude intercepit Gr. 3.

*Sextus Clodius* e Sicilia, Latinae Graecaeque eloquentiae Professor Rh. 5. docuit M. Antonium triumvirum *id.*

*Q. Consentius* citatur in *Terentii vita.*

*Controversiae* collectae editaeque Rh. 1. Graecis συντάξεις, vel fictae vel exitiales *id.*

*Cornelius Epicadius* Gr. 12.

*Cornelius Gallus* Gr. 16.

*Cornelium Alexandrum* Grammaticum Graecum imitatus Hyginus Gr. 20. propter antiquitatis notitiam Polyhistor dictus et Historia *id.*

*Cornelius Nepos* citatur Rh. 3. et in *Terentii vita* bis: eius libellus quo distinguit literatum ab erudito Gr. 4.

*Annaeus Cornutus* tragicus sectae Stoicae, qui libros Philosophiae reliquit. Ab eo introductus in Philosophia A. Persius. *Persii vita.*

*Lucius Cotta*, infra in *Ennius.*

*Lucius Crassitius Pasides*, (deinde Pansa) Tarentinus Gr. 18. mimographos adiuvit *id.* Commentario Smyrnae edito inclaruit *id.*

*Crates Mallotes* Aristarchi aequalis, primus Grammatices studium in Vrbem Romam intulit Gr. 2. plurimas Legationes suae ab Attalo Rege tempore ἀκροάσεις fecit, assidueque disse-

psit multa, licet Attejus Philologus solos eius putat libros duos de Latino sermone, caetera discipulorum Gr. 7.

Veteres Grammatici et Rhetoricam docebant, ac multorum de utraque arte commentarii feruntur Gr. 4. Grammaticorum problemata, periphrases, elocutiones, ethologiae *id.* Quidam Grammatici statim e ludo transiere in forum, inter praestantissimos recepti patronos *id.*

*Laberius Hiera* Gr. 13. infra *Laberius.*

Historiam primus libertinorum scribere orsus Octacilius, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam Rh. 3.

*Horatius* citatur Gr. 9. scriptum quaestorium impetravit, id est munus scribae, *vita Horatii.* Seculare carmen scribendum ei iniunxit Augustus *id.* Elegos et epistolam prosa oratione quasi commendantis se Maecenati, suppositaputat Svetonius *ibid.*

*C. Iulius Hyginus* de quo Gr. 20. Palatinae praefectus Bibl. imitator Cornelii Alexandri Polyhistoris *id.*

*Siscennius Iacchus*, vide *Siscennius.*

*Isaurici sectam* in rep. administranda sequitur C. Canutius Rh. 4.

*Iunius Iuvenalius* ad mediam fere aetatem declamavit, *vita Iuvenal.* Satira in Paridem pantomimum poetamque Claudii Neronis *id.* Ea quoque quae prius fecerat inferciit novis scriptis *id.*

*Q. Fabius Labeo*, consularis et Poëta qui Terentium in Comoediis scribendis iuvisse dicitur, *in vita Terentii.*

*Laberius Hiera* Gr. 13. praeceptor Bruti et Cassii *id.*

*Laelius* Gr. 2. infra in *Lucilio.* Vide et *L. Aelius.*

*C. Octavius Lampadio Naevii* Punicum bellum divisit in septem libros Gr. 2.

*Pompejus Lenaeus* Gr. 2. infra in *Lucilio.* Pom-

*Q. Mem-*

*Q. Memmius* in Oratione pro se, citatur in *Terentii vita.*

*Messala Corvinus* in quadam Epistola Gr. 3.

*Iulius Modestus*, Hygini libertus Gr. 20.

*Naevius*, supra in *Lampadione.*

*Neronis* Imp. hemistichion: *sub terris tonuisse putes*, *in vita Lucani.*

In Neronem Persii versus, *vita Persii.*

*Saevius Nicanor*, Marci libertus Gr. 5. eius commentarii et satira *id.*

*Curtius Nicia*, supra *Nicia.*

*L. Octacilius Pilitus* Rh. 3. Pompejum magnum docuit, patris eius res gestas nec minus ipsius compluribus libris exposuit *id.*

*C. Octavius Lampadio* Gr. 2. supra *Lampadio.*

*Octavius Teucer*, in Gallia Grammaticus Gr. 3.

*Aurelius Oppilius* Gr. 6. Epicurei cuiusdam libertus Philosophiam primo, deinde Rhetorica, novissime Grammaticam docuit *id.* eius variae eruditionis volumina, ex quibus novem unius corporis, Musae *id.* in parastichide libelli qui inscribitur pinax, scripsit nomen suum Oppilius *ibid.*

*Oppius Cares* in Gallia Grammaticus Gr. 3.

*Orbilius* citatur Gr. 4. et 8. Orbilius Pupillus Beneventanus de quo Gr. 9. Librum cui titulus Perialogus (Turneb. XIII, 11. Adversar. περὶ ἀλόγυ, Io. Auratus malit παιδαγωγὸς) edidit continentem querelas de iniuriis quas Professores ab ambitione Parentum acciperent *id.* Horatio *plagosus* id. Furio Bibaculo *literarum oblivio* id.

*Filius Orbilius* et ipse Grammaticus Professor Gr. 9.

*Ovidio* poëtae familiarissimus Hyginus Gr. 20.

*Remmius Palaemon Vicentinus* Gr. 23. capiebat homines cum memoria rerum, tum facilitate sermonis. Nec non etiam poëmata faciebat ex tempore. Scripsit et variis nec vulgaribus me-

 tris

Tibe-



CAPVT

# CAPVT VI.

## DE

# LEGIBVS ET IVRISCONSVLTIS ANTIQVIS.

Leges quoque et ivrisconsvltos veteres latinos eorumque ſcripta non praeteribimus (nam et horum latinitas cognoſcenda eſt) e quibus fere innumeris vix exigua quaedam fragmenta ſervata ſunt. Eorum notitiam hoc loco ſubiiciemus, cum de iuris Romani partibus univerſe, earumque reliquiis dixerimus. Prima igitur pars eſt in *Iuris Corporibus*, altera in eorum *Supplementis*, quibus leges illae vel augerentur, vel explicarentur, vel corrigerentur, vel ſeverius ſancirentur, per novas *leges*, *ſcta*, *edicta* magiſtratuum, *reſcripta* principum, denique *reſponſa* ICtorum. *Iuris corpora* fuere proprie duo 1. *Leges regiae*, 2. *Tabulae duodecim.* Sed his acceſſere quaſi nova corpora 3. *Lex Papia Poppaea* et 4. *Edictum perpetuum.* De ſingulis deinceps videtur dicendum. Igitur.

I. 1. *Leges regiae* fuere Romuli, in ordinanda nova civitate factae; quarum ingenium et modum deſcribit inprimis Dionyſius Halicarn. Antiqu. L. II. p. 94. quamquam earum indicia ſunt etiam apud alios hiſtoricos. Idem etiam ceterorum regum leges commemorat plures. Eae leges, ut ait Dionyſius l. c. pleraeque non erant ſcriptae: ſed quae ſcriptae erant, eas collegiſſe olim creditur in corpus *Papirius* quidam: unde ius, quod illis legibus contineretur, *Ius Papirianum* eſt

est appellatum, ut tradit Macrob. Saturn. III, 11. de quo v. Raevardus de autoritate Prudentum I, 1. Sed leges sacrae tantum inerant v. Bachii Hist. iuris p. 12. Et legum illarum quidem nulla superest aut eius fragmentum: sed argumenta tamen multarum tradidere veteres scriptores, unde collecta ab iis, qui de legibus Romanis scripsere, inprimis Lipsio, Ant. Augustino, F. Vrsino subiecta sunt editionibus recentioribus Dionysii Sylburgianis et Hudsonianae, cum virorum illorum etiam notis. Collectio Vrsini, quae est optima, prodiit Rom. 1583. 4. Reperiuntur et in aliorum Collectionibus legum Rom. ut *Charondae*, *Theodori Marcilii*, *Merulae* et aliorum: item apud scriptores Ant. Rom. vel historiae ut Demsterum, Pighium: illustrantur et a *Fr. Balduino* de legibus Romuli et XII. tabularum, ut alios mittamus, quos omnes commemorare hic non est necesse. Commoratur et *Lex Regia* sub Caesaribus: sed ea huc non pertinet, de eaque post dicetur.

2. *Leges duodecim tabularum* sive *decemvirales* factae a Decemviris legibus scribendis a. V. 303. 304. Livii adhuc tempore erant *fons omnis* iuris publici privatique (v. Liv. III, 34.) easque Tertullianus memorat suo adhuc tempore in foro stetisse in tabulis aeneis. Earum *fragmenta* collecta sunt a multis, qui leges Rom. collegere, atque etiam illustratae: sed praecipui sunt *Fr. Balduinus* libro ante commemorato et *Gothofredus* in libro egregio de quatuor fontibus iuris Civilis, quorum primum facit illas duodecim tabulas Genev. 1653. 4. etc. et in Othonis Thes. Iuris Civ. T. II. et *Nic. Funccius* Rintel. 1744. 4. etiam in quibusdam historiae iuris Rom. libris ut *Io. Aug. Bachii* et *Heineccii*, cuius editioni Lugd. Bat. 1748. inseruit *Ritterus*; ubi v. p. 59. seq.

3. *Lex Iulia Papia Poppaea* ab Augusto Caesare lata a. V. 762. proprie quidem pertinens ad ordines maritandos,

ritandos, unde Horatio *lex marita* dicitur; quo consilio ante his lata erat lex Iulia, sed ad ita multas causas extensa, ut magnam mutationem in iure Rom. fecerit, propterea que a Gothofredo in fontibus iuris civilis Rom. ponatur in libro ante laudato, ubi et eius reliquiae collectae reperiuntur, itemque in *Bachii* Historia Iuris p. 318. seq.

4. *Edictum perpetuum*, auctorem habet Hadrianum Imp. Compositum est a Salvio Iuliano ICto, et tum praetore designato, sancitum iussu Imp. SCto a. V. 885. ut ex eo post ius diceretur a magistratibus, nec, ut ante, quisque praetor suum sibi edictum faceret, unde multum mali natum erat, ut e Ciceronis Verrinis et multis aliis exemplis constat: fuitque illud edictum legis instar, et propterea in fontibus iuris civilis numeratur: ad cuius etiam ordinem Pandectae compositae sunt, estque id multis ICtorum libris illustratum, ut ante leges 12. tabb. Sed valuit id edictum in Vrbe modo, non etiam in provinciis, ut nonnulli existimavere. — Huius edicti ordinem demonstrare instituere *Hub. Gifanius* in Oeconomia iuris, et *Petrus Pittenius* Florentinus in Oeconomia edicti perpetui. Fragmenta collegit *Guil. Ranchinus* ad calcem Variarum Lect. Paris. 1597. et in Schminkii Syntagmate Critico. Sed in utroque genere superavit omnes *Gothofredus* in libri ante laudati Parte ea, quam *seriem edicti perpetui* inscripsit. Sed et hic spicilegium non parvum reliquit. *Heineccius* in Hist. iuris L. I. §. 277. professus est, se laborare in opere de hoc edicto perficiendo, quo inprimis ordo eius accuratius constitueretur, ut reliquiae eius ubique suis locis insererentur; sed destinata non perfecit: nam schedae eius ad hoc opus pertinentes in lucem editae in Opusc. Postumis Hal. 1743. 4. tenues sunt, nec spem illo promisso factam aequant: quamquam nos nil perfecti exspectavimus.

II. *Le-*

II. *Legum singularum aliae Consulares* sunt, e SCtis ad populum a magistratibus maioribus latae et probatae, aliae *tribunitiae*, quae et ipsae auctoritatem legum consularium nactae sunt: de quo genere legum multi multa scripsere, omnes, qui historiam iuris scripsere, plures etiam propriis libris de Legibus Romanis, ut *Fr. Philelphus*, *P. Manutius*, cuius liber saepe editus est tum separatim, tum adiunctus aliis operibus, etiam in Graevii Thes. Ant. Rom. T. II. *Pomp. Laetus*, *Fr. Hotomannus*, *Paulus Merula*, *Io. Vlr. Zasius* in Catalogo Legum Rom. illustrato a *Lud. Charonda*, separatim et in T. II. Ant. Rom. edito, ut alios multos taceamus, qui de parte earum aliqua ac genere, ut nos de Ciceronianis in Clave Cic. aut de singulis scripsere, quos omnes commemorare non est instituti huius nostri.

Sed leges ex hoc genere ipsas integras, quae quidem repertae sunt in ruinis antiquis, earumve fragmenta inprimis digna sunt cognitu, et ad hanc nostram rationem pertinent. Itaque integras leges reliquas reperient studiosi huius antiquitatis et literaturae latinae in Collectionibus Inscriptionum, ut *Gruteri* et aliorum, quas supra commemoravimus. Fragmenta autem deperditarum collegere ii, quos supra de Legibus regiis memoravimus, *Ant. Augustinus* et *Fulvius Vrsinus*, qui Augustini librum auxit et notis illustravit Rom. 1583. 4. isque liber et alibi repetitus est aliquoties.

Inter eas, quae adhuc supersunt integrae, clara est et *Lex Regia*, quae dicitur ab Vlpiano Pand. L. I. de Constitut. Princ. et a Iustiniano Instit. §. 6. de I. N. et G. per quam Augusto primum, deinde successoribus regia potestas, tribunitiae potestatis nomine, data sit. Ea SCti nomine memoratur a Tacito H. IV, 3. extatque illa, sive lex est sive SCtum, ut Vespasiani caussa scripta est in tab. aenea Romae in Capitolio, etsi aliqua parte trun-

cata,

cata, unde typis expressa est apud Gruterum p. 242. inde repetita ab aliis, etiam a nobis Excurs. ad Taciti l. c. ubi etiam explicavimus. Fuerunt, qui fidem illius tabulae in dubium vocarent, inprimis *Schokius* de quadruplici lege regia. Sed eam asserere tentarunt Fabrettus epist. ap. Gravinam Orig. Iur. p. 231. tum ex ipsa tabulae inspectione *Fr. Blanchinus*, *Maffeus* in Critica Lapidaria apud Donatum in Suppl. Thes. Murat. et *Metastasius* in Tr. super ea proprio ed. Romae 1757. 4. qui, sumta eius αὐθεντία, de Fabretti et Blanchini iudicio, de potestate disputat, quae per eam Impp. data sit: quam negat vere regiam esse. Eum contra disputavit libro proprio Cl. *Spanius* Batavus. Nobis quidem et ipsis difficultates supersunt, quas indicavimus l. c. sed tamen eas non tales putamus, ut propterea pro spuria habeamus, praesertim, cum res ipsa, i. e. monumenti ipsius indoles, pro αὐθεντίᾳ loquatur. Ceterum praeter eos, quos diximus, legendus est de hac lege *I. Fr. Gronovius* in Or. de Lege regia dicta a. 1671. et francice versa a *Barbeyracio* Amst. 1714. additis notis, et historiae iuris scriptores, ut minores libellos de ea mittamus.

Legibus similia sunt *SCta*, de quibus proprie scripsit idem ille *Augustinus*, itemque ii, qui de Senatu Romano scripsere, *P. Manutius*, *Maioragius*, *Zamoscius* et alii, nuper inprimis *Midletonus* Britannus Lond. 1747. Cantabr. 1750. 8. etc. Sed Augustinus etiam proprio libro fragmenta collecta edidit, ab eodem illo Vrsino aucta et illustrata, eodemque anno edita. Sed SCta integra edita sunt in iis, quae diximus, Inscriptionum Corporibus: etiam quaedam separatim, ut de Bacchanalibus, quod in Italia repertum in Bibl. Vindobonensem venit, a *Maffeo* in historia diplomatica, ubi et notis illustratum est, et a *Matth. Aegyptio*, qui

commentario integro illustravit, qui repetitus est in T. VII. Livii Drakenborchiani. Ex his SCtis multa ad literaturam latinam pertinentia disci possunt.

Ceterum de iure et auctoritate SCtorum ad ius pertinentium in urbe, in provinciis, videnda egregie dicta a *I. A. Bachio*, disciplinae nostrae alumno in primis numerando, nobisque carissimo, sed nimis mature literis et iuri erepto, in Historia iuris, libro eruditissimo et in eo genere optimo, etiam in Italia repetito, L. II. c. 2. Sect. II. ubi et SCta clariora recensentur: et est illud quoque ab eo bene notatum, SCta sub Caesaribus, leges potius Principum, quam Senatus decreta fuisse.

III. *De Constitutionibus Principum*, quorum novis securibus squalentem sylvam veterum legum truncatam esse, ait Tertullianus cap. 4. Apologetici, universe legi potest Brissonius de formulis libro III. Bachius in Hist. iuris p. 378. seq. Sed Constitutionum illarum genera sunt *Edicta* et *Rescripta*. *Edicta* quidem sola vim legum perpetuarum habuere, firmata et SCtis, quae inde ab Augusto collegit idem ille Bachius l. c. ex quo genere sunt v. c. edicta de Christianis. *Rescripta* facta sunt fere in causis singulis, ad magistratus inprimis provinciales, ex relatione ab ipsis ad Imperatorem facta: qualia sunt Traiani ad Plinium: ex eodemque genere sunt *Epistolae:* quae cum ad universae alicuius provinciae, vel civitatis ius pertinuere, etiam *Sanctiones Pragmaticae* sunt appellatae. De hoc genere reliquiae plures memorantur in Pandectis etc. de eoque legendus *Schultingius* in Diss. de Rescriptis Impp. Rom. Vltrai. 1714. 4. Commemorantur et *Decreta Impp.* quae facta sunt in causis per appellationes ad eos delatis, itemque in cognitionibus extraordinariis. Constitutionum Imperatoriarum Corpus fecere *Grego-*

*rius*

*rius* et *Hermogenes*, ICti, ille tempore Diocletiani, hic Constantini. *Gregorius* collegit Constitutiones inde ab Hadriani temporibus, ad usque Constantini M. Hermogeniana Collectio Supplementum habuit Gregorianae. Horum Codicum reliquias habemus in Codice Iustiniani, et in Alarici Regis Breviario Legum Romanarum, cuius Constitutiones quasdam primum edidit *Io. Sichardus*, post auctas *Iac. Cuiacius* ad calcem Cod. Theod. denique *Ant. Schultingius* in Iurispr. Ante-Iustinianea p. 683. additis notis eruditis. Vid. de his Codd. etiam *Gothofr.* Proleg. ad Cod. Theod. c. 1. et ibi ill. Ritterum.

IV. Non alienum videtur hic dicere de *Mosaicarum et Romanarum legum collatione*, iam aevi Christiani, qua leges Romanae ex integris *Papiani* sive *Papiniani*, *Pauli*, *Domitii*, *Vlpiani*, *Caii*, *Modestini*, *Gregorii*, *Hermogenis* et aliorum veterum iuris auctorum libris ex Cod. item Theodosiano desumtae, et in XVI. titulos tributae, cum legibus *a*) Mosaicis conferuntur. De auctore libri nil certi est, nisi quod post Cod. Theod. editum ante Iustiniani aetatem scripserit. Nam quod Tilius et Cuiacius *Licinium Rufinum*, ICtum seculi tertii, auctorem faciunt, id contra est. v. Gothofr. Prolegom. ad Cod. Theod. c. 3. et Menag. Amoen. Iuris c. 3.

 id

*a*) Idem argumentum e recentioribus persecuti sunt *Ioannes Cahl* sive *Calvinus*, in themide Hebraeo Romana, *Philippus Zepperus* in collatione legum Mosaicarum forensium et Romanarum, Canoni item et iuris Saxonici, insertis constitutionibus Anhaltinis; *Franciscus Ragnellus* in legibus politicis e iuris prudentiae sacrae fontibus haustis; *Guil. Welwood* in Collatione iuris divini Iudaeorum cum iure civili Romano; *Henricus Giefelbertus* in Deuteronomio Harmonico; *Iosua* denique *Arndius* in manuali legum Mosaicarum: ut omittam *Nic. Mongeorgii* Codicem de Mosaico et veteri iure enucleando, et *Laelii Mancini* de triplicis iuris collatione ac consensu, *Ioachimi Stephani* de iurisdictione Iudaeorum, Graecorum, Romanorum Francof. 1661. 8. etc. His addendus denique *Paganini Gaudentii* liber de differentia legum Mosaicarum et Romanarum.

id ipſum, quod quaedam inſunt e Codicibus Gregor. Hermog. et Theod. niſi ea ab alia manu addita velimus dicere. Chriſtianum fuiſſe auctorem ex inſtituto colligunt viri docti. Marquardus autem Freherus lib. 1. παρέργων iuris cap. 9. ſuſpicatur auctorem fuiſſe Iudaeum, qui, cum videret, laborare ſectam ſuam invidia, quod diſciplina iureque a Romanis diverſo uteretur, amoliri eam ſtudens, demonſtraverit, non uſque adeo multum legibus Iudaicis et Romanis diſconvenire, atque adeo ex patriis ſuis legibus fluxiſſe Romanas. Vehementer porro fallitur Iac. Ioſephus Imbonatus, qui in Bibliotheca Hebraeo-Latina pag. 200. a Pithoeo hoc ſcriptum elucrubatum eſſe affirmat, licet eandem legum collationem p. 151. memoraverat ſub nomine Licinii Rufini, et p. 138. ſub nomine Iuliani Anteceſſoris. Primus edidit et ad haec veterum ICtorum fragmenta notas addidit *Petrus Pithoeus* Pariſ. 1572. 4. inter cuius opera iterum vulgata eſt haec collatio a Ioſia Mercero ibid. 1609. 4. Prodiit etiam volumine octavo Criticorum ſacrorum, a Io. Pearſonio et aliis eruditis Anglis collectorum recuſorumque in Belgio ac Germania pag. 150 — 212. edit. Lond. ut Iac. Cuiacii, Dionyſii Gothofredi, Theodori Bezae et aliorum editiones iam praetermittamus. Sed non eſt praetermittenda editio *Schultingii* in Iuriſpr. Ante-Iuſtinean. cum ipſius notis: nec magis *Herm. Cannegieteri* V. C. Commentarius ad Fragmenta iuriſprudentiae veteris, quae extant in Collatione Legum Moſaicar. et Rom. Franeccerae 1765. 4. lectu ille digniſſimus: a quo et editionem ipſius Collationis exſpectamus, quam ille dudum ſe inſtituiſſe dicit, nunc etiam faciliorem ſibi futuram, poſteaquam emendationes Scaligeri, itemque Schultingii in margine exempli ſui ſcriptas, acceperit. Sed adhuc quidem illud promiſſum, quod nos quidem ſciamus, nondum perſolutum eſt.

V. *ICtorum Rom.* antiqua initia ſunt, *ſapientes* appellati olim, auctore Cicerone Or. pro Balbo c. 15. in Lael. c. 2. Munus erat in conſulendo, unde et, *qui conſuluntur*, ſunt ICti, idque tribus rebus praeſtabant, *reſpondendo*, *ſcribendo* et *cavendo*. In foro ambulabant transverſe, ut agnoſcerentur ab omnibus, adirique poſſent ab his, quibus conſilio opus eſſet: domi autem ſedebant in atrio et quidem in ſolio: quique ius volebant diſcere, circum ſolium ſtare, eos etiam in foro adſectari ſolebant, ut audiendis eorum reſponſis paullatim erudirentur. Magnus numerus commemoratur apud Ciceronem, quorum Catalogum v. in Clave ad calcem indicis hiſtorici. Sed omnes hic commemorare nihil attinet, ſatis eſt commemorare eos, qui ſcripſerunt de iure.

Scriptis ergo primus inclaruit, quod quidem ſciamus, *Appius Claudius Caecus*, ſeculo quinto medio. Scripſit primus *Actiones* et de *uſurpationibus*, auctore Pomponio de Or. Iur. Lib. 2. §. 30. Ei aequalis fuit *P. Sempronius* a. V. 450. Conſul, qui *Sophus* (*Sapiens*) propter iurisprudentiam eſt appellatus. Pomp. l. c. §. 37. uctore, primus, videturque et ipſe de iure ſcripſiſſe: ed non traditum eſt nobis, quid. Plures contra libri ommemorantur apud Feſtum, Gellium etc. *Cincius* limentus ſeculo ſexto medio ad ius pertinentes liros ſcripſit, ut *de officio ICti* apud Feſtum in v. *Subci;* de *verbis priſcis* ap. Gell. 16, 4. in quo de iure feali, forte et aliis iuris verbis et rebus expoſuit: divers ille a *M. Cincio*, qui legem Cinciam tulit. Eodem mpore fuit *Sextus Aelius Paetus*, qui *Tripertita ius*, et *Commentarios de iure civili* et alia ſcripſit, apud mponium, diverſus ille ab *L. Aelio P.* ap. Cic. Or. 56. Legg. II, 23. qui *Comm. in Leges XII. tabb.* ripſit. Tales commentarios etiam iiſdem fere tem-

 poribus

poribus scripsit *L. Acilius* auctore Cicerone l. c. item *Ser. Fabius Pictor* libros *iuris pontificii*, ap. Macrob. Sat. III. init. His omnibus tamen clarior *M. Porcius Cato*, qui *Commentarios Iuris Civilis* et *Responsa* edidit, ap. Fest. et Cicer. Or. II, 33. cuius et filium *M.* multos de iure civili commentarios scripsisse, Pomponius et alii tradunt. Seculi septimi initio fuit *C. Livius Drusus*, qui etiam senex et coecus, de iure diligentissime respondisse et libros scripsisse traditur a Valerio Max. VIII, 7. Rom. 4. eiusque adeo mentio fit in Pandectis, ut mirum sit, nullam esse apud Pomponium. Eodem tempore fuere illi omnium clarissimi ICti tres, qui iuris disciplinam, ut Pomponius dicit, fundarunt, ea, ut opinamur, subtilius tractata, et adhibenda philosophiae, nominatim Stoicae, subtilitate. Primus, *P. Mucius Scaevola* Cos. a. V. 620. idemque Pont. M. decem de iure civili libros scripsisse ait Pomponius. Cicero Top. 4. commemorat unum de ambitu aedium. De eo eiusque scientia iuris vid. *Balduinus* Tr. de iurisprud. Mucia, etiam separatim Halis a. 1729. 8. editum. Alter fuit *M. Iunius Brutus*, cuius tres *de iure civili* libros memorat Cicero de Or. II, 58. item ibid. 33. de eius libris est memoratum, in quibus responsa eius dicit ita edita fuisse, ut nomina eorum posuerit, quibus responderat: idem in libris de iure civili fecerit, cum responsorum libros separatim scripserit, incertum est. Pomponius quidem septem libros Bruti habet. Tertius est *Manius Manilius*, qui pariter tres *de iure civili* libros scripsit, et alia: Eius sunt et *actiones venalium vendendorum*, de quibus vid. Clav. Cic. in Ind. Legum. Commemorantur etiam eius *Monimenta*, quae qualia fuerint, non constat. Medio hoc seculo fuit *P. Rutilius Rufus*, qui libros ad ius civile pertinentes scripsit: tituli librorum ignorantur: putatur esse, qui in Pandectis aliquot locis memoratur. v. Cuiac. Obs. II, 27.

Eiusdem

Eiusdem aetatis est *Q. Mucius Scaevola.* Scripsit *L. XII. de iure civili, librum ὅρων*, in quos multi commentarios scripsere; habuitque multos discipulos claros: in quibus princeps fuit *C. Aquillius Gallus*, ultima seculi illius parte, quem multos libros de rebus iuris civilis scripsisse traditum est: sed eorum tituli ignorantur: formulae quidem actionum, cautionum, saepe etiam apud Ciceronem memorantur, de quibus et Balduinus adeundus et alii, qui huius ICti reliquias illustravere, in Schultingii Iurispr. Ante-Iust. pag. 179. etc. Etiam *Cicero* in ICtis numeratur a nonnullis: non quo ipse ICtum egerit, sed quod librum scripsit, *de iure Civili in artem redigendo*, cuius mentio est apud Gellium I, 22. de quo tamen dubitat Bynkershoek in Praetermissis p. 60. seqq. Legatur et Oratio *Schultingii* de Iurisprudentia Ciceronis, inter eius Dissertationes. Eius aetate fuit *Ser. Sulpicius Rufus*, qui subtilitate omnes superiores superavit, eoque nomine Ciceroni laudatus, qui in Bruto c. 41. dicit, ab eo artem in iurisprudentiam illatam esse, nam fuit ille philosophiae Aristotelicae inprimis peritus. Scripsit *Reprehensa Q. Scaevolae Capita; de sacris detestandis: de Dote: ad Edictum:* quorum apud Gellium, in Digestis et apud Pomponium, mentio est. Eodem tempore fuit *A. Ofilius* clarus admodum, discipulus Sulpicii, cuius et apud Ciceronem mentio et in Pandectis saepius. Scripsit *de iurisdictione, de vicesimae*, sc. manumissionum, *legibus: libros Actionum* et *Iuris partiti*, i. e. partitiones iuridicas, similes Ciceronis partitionibus oratoris, ut existimant, recte, opinamur. Vid. de eo Dodwellum Praelect. Camden. p. 780. Pariter Sulpicii discipulus fuit *Alfenus Varus*. Eius *Libros XL. Digestorum* memorat Gellius VI, 5. quorum et reliquiae sunt in Digestis Iustinianeis, de iisque videndus *Brencmanni* Alfenus Varus, Amst. 1708. 8. editus. Eos in compen-

dium redegit *Paullus* ICtus. Praeterea scripsit *libros coniectaneorum* vel *collectaneorum*, ap. eundem Gellium l. c. de quorum tamen auctore dubitatur a viris doctis, ut Bynkerhoekio Obs. VIII, 1. *Trebatius Testa* omnibus e Ciceronis Epistolis notus est, qui in eius gratiam *Topica* scripsit, eiusque causa exemplis usus est fere e iure. Ipse scripsit libros *de religionibus*, i. e. de Iure Pontificio, et *de iure Civili*. auctore Gell. IV, 2. Macrob. Sat. III, 3. v. Menag. Amoen. Iuris c. 14. Vixit et tum *A. Cascellius*, veteribus memoratus, Ciceroni Balb. 19. et aliis antiquis. v. Clav. Cic. fuit inprimis iuris praediatorii peritus. Libri eius mature periere. Pomponius de Or. iur. memorat librum *Benedictorum*: sed is ad ius non pertinuit. *Q. Aelius Tubero*, Ofilii discipulus, ICtus praeclarus, scripsit *de officio iudicis*, Gell. XIV, 7. et fortasse alia, unde crebra eius mentio in Pandectis. *M. Iunius*, cognomine *Gracchanus*, librum *de potestate* ad Attici patrem scripsit, memoratum Ciceroni de Legg. III, 20. et Vlpiano in Pandectis l. 1. *de officio quaestoris*. v. Clav. Cic. in *M. Iunius*. Finem faciat *Q. Cornelius Maximus*, item memoratus Ciceroni ad Div. VII, 8—17. Scripsisse librum ad Legem Falcidiam nonnullis dicitur, sed alii rectius tribuunt alii *Maximo* iuniori, nempe *Rutilio Maximo*. Et hi sunt, qui, libera republica ad Caesares usque, scriptis iuri operam navavere. Sequuntur

*ICti ordine Chronologico, quorum scripta, in Pandectis aliisque antiquis iuris Civilis libris memorantur, ex quibus Tribonianus, Thaleleus, Theophilus, Dorotheus et alii, iussu Imp. Iustiniani, ius Civile concinnarunt. b)*

1. Q. Mu-

b) In epistolis Politiani est L. V. ultima ad Iac. Modestum; in qua omnes ICti, quorum in Pandectis mentio est, recensentur et loca indicantur, ubi commemorantur, digna illa lectu.

1. *Q. Mutius Scaevola*, de quo supra.

2. *Cornelius Maximus*, de quo paullo ante.

3. *P. Alfenus Varus*, Cremonensis, de quo ante.

4. *Q. Antistius Labeo*, ICtorum sub Augusto Imp. princeps, *Pithanon* sive *Probabilium libros VIII.* scripsit, quos in Epitomen contraxerat Paulus: *libros XL. Posteriorum* Gell. XIII, 10. sive post eius mortem editorum, quorum duodequadragesimus in Pandectis memoratur l. 42. *de causa liberali.* Horum Epitome confecta fuit a Iaboleno. Eiusdem Labeonis memorari videas *Libros Epistolarum* et *ad Edictum Pr.* libros *Praetoris Vrbani* et *Praetoris peregrini*, quorum trigesimus in Digestis memoratur: *Responsorum* eius librum XV. in Collatione LL. Mos. et Rom. 12, 7. nominatum reperies.

5. *Aelius Gallus* sub eodem Augusto tertius Aegypti praefectus, scripsit volumina *de significatione verborum*, quae ad ius civile pertinent, quae memorat Servius in I. Georgic.

6. *Masurius c) Sabinus* scripsit libros tres iuris Civilis, Comm. ad edictum praetoris Vrbani, cuius liber



c) Ab hoc Sabino nomen accepit secta *Sabinianorum*, quae C. Atteium Capitonem secuta, antiquorum ICtorum placitis constanter insistebat. Iidem a C. Cassio Longino Sabini hyperaspiste dicti *Cassiani*, a quorum sententia in plerisque iuris capitibus discedebant *Proculiani* dicti a Licinio Proculo, qui vestigia Q. Antistii Labeonis et Nervarum premens non pauca in iuris disciplina innovavit. Medii inter utrosque alii atque *herciscundi*. Successionis harum sectarum typum qualemcunque exhibet Lambecius in prodromo Hist. literar. pag. 232. De Cassio isto eiusque scriptis multa Menagius in amoenitatibus iuris p. 448. seq. Quemadmodum de Masurio Pontanus ad Macrobii III, 6. et viri docti ad Persium Sat. V. vers. 90. Plenius de *Sectis* ICtorum differit Christian. Otto a Boekelen in diss. sub Frid. Deckeri praesidio habita de sectis et familiis ICtorum Argentorat. 1666. 4. et cum eiusdem Boekelii diatriba de Orationibus Principum in Senatu Rom. et exceptionibus tacitis in pactis publicis, et de aemulatione Imperiorum Lugd. B. 1678. 12. Giornale de' letterati di Roma a. 1678. p. 171. Gotfrid. Mascovius in diatriba de sectis

quintus a Paulo citatur in testimonium. Occurrunt et libri *memorialium*, commentarii *de indigenis*, libri *ad Vitellium*, libri *fastorum*, *de triumphis Romanorum* liber, liber *adsessoriorum* et alius *de furtis*. Claruit Masurius imperante Tiberio, et diversus est a Coelio Sabino, Vitellio Sabino, Iuventio Sabino, Sabino viro Consulari, ad quem Vlpianus scripsit, etsi singulis hisce quatuor iuris scientia insignibus. De *Masurio Sabino* dissertatio Dan. Guil. Molleri prodiit Altorf. 1693. in qua p. 20. seq. etiam fragmenta eius post Riccoboni industriam (lib. de Historia) exhibet. Adde Iac. Gothofredi tabulam de librorum Sabinianorum serie et continentia.

7. *Licinius Proculus*, praetorio sub Ottone Imp. praefectus, scripsit *Notarum libros* ad Labeonem, et ex postumis Labeonis, et libros *Epistolarum*, quorum undecimus plus simplici vice nominatur in Pandectis.

8. De *Pegaso* ICto, a quo *ius Pegasianum*, et *SCtum Pegasianum* dicitur, quique Vespasiano imperante Praefectus Vrbi fuit, et de iuris studio ita meruit, ut *liber* vulgo, non *homo* diceretur, v. Scholia ad Iuvenalem IV, 77. Menagii amoenitates iuris c. 17. Henrici Theodori A. A. F. Pagenstecheri orationem ad calcem partis tertiae commentariorum in Pandectas Lemgoviae 1728. 4. et Iacobum Hasaeum in diss. de Berytensi ICtorum Academia, capite quarto.

9. *Neratius Priscus*, qui Traiano Imp. cariss. fuit, scripsit quindecim libros *regularum*, d) *Membranarum* VII. *responsorum* III. libros ex *Plautio*, *Epistolarum* libros,

sectis Sabinianorum et Proculianorum cum disquisitione de herciscundis Lipsiae 1728. 8. Vide et Io. Conradum Dietericum in vita Augusti Imp. p. 170. seq.

d) De regulis Iuris Romani earumque scriptoribus confer Francisci Caroli Romani orationem auspicalem Vitebergae 1728. 4. editam de Iurisprudentia regulari Romanorum, et veterum ICtorum studiis circa regulas Iuris.

libros, quorum quartus memoratur, et librum *de Nuptiis*, et *Notas ad Fulcinium.* Iacobi Cuiacii extant obſervata in reliquias reſponſorum Neratii Tom. III. opp. Poſt.

10. *Iabolenus* ſive *Iavolenus Priſcus*, ſub eodem Traiano et Hadriano ſcripſit libros XV. *ex Caſſio*, XIV. *Epiſtolarum*, V. *ex Plautio* ſive *ad Plautium*, et *ex poſtumis Labeonis* Epitomen, ſive potius ad illos notarum librum, quorum decimus in digeſtis occurrit.

11. *P. Iuventius Celſus*, qui eodem tempore floruit: *Digeſtorum* libri XXXIX. *Inſtitutionum* XX. *Epiſtolarum* XI. *Quaeſtionum* XIX. et VII. *Commentariorum* traduntur. de eo v. Menagium Amoen. Iur. 27. et I. G. Heineccii Diſſ. Francof. 1727.

12. *Salvius Iulianus*, libros XCIV. *Digeſtorum*, ad Edicti perpetui ordinem: quorum reliquias in Dig. copioſe et erudite illuſtravit Iac. Cuiacius, v. T. I. opp. ed. Fabrotti: ad Minicium ſive Minucium Natalem libros VI. *ad Vrſeium Ferocem* libros IV. librum *de ambiguitatibus*, ex quo fragm. D. l. 13. *de rebus dubiis* multi explicare inſtituere: fragmenta univerſa collegit *Wieling* in iuriſpr. reſtituta pag. 55. ſqq. et alium *de dotali praedio.* Idem eſt quem iuſſu Hadriani Edictum perpetuum collegiſſe, ſupra diximus.

13. *Aburnius Valens* Iavoleno ſucceſſit, Traianique et Hadriani temporibus claruit, *Fidei commiſſorum* libros VII. ſcripſit, et *actionum libros*, quos tamen codices quidam tribuunt Iavoleno.

14. *L. Voluſius Maecianus* compoſuit *fidei commiſſorum* libros XVI. XIV. *publicorum* ſ. *de iudiciis publ.* ad legem Rhodiam librum, item *Quaeſtionum*, et *de aſſe ac partibus eius libellum* ſive *diſtributionem aſſis*, et *vocabula ac notas partium in rebus pecuniariis ponde-*

*re*,

*re, numero, mensura*, ad Censorem. Hic libellus hodieque exstat cum codice Theodosiano, et illustratus est ab *Elia Vineto* ad calcem libri Hottomanni de re numaria, Paris. 1565. 8. una cum Rhemnii Palaemonis, Prisciani, Bedae etc. libellis similis argumenti: ut Antonium Augustinum libro secundo emendationum c. 7. seqq. et scriptores plures recentiores, qui de vocabulis ac notis partium in re pecuniaria, ponderibus ac mensuris egerunt, omittam, ex quibus tamen non tacendus *Io. Fridericus Gronovius*, qui operi suo de Sestertiis, hunc Maeciani libellum subiecit, cum scripto Balbi mensoris ad Celsum de asse minutisque eius portiunculis Amstelod. 1656. 8. et Lugd. B. 1691. 4. Eundem una cum Vineti et Gronovii notis recudi curavit Graevius tomo undecimo thesauri Antiquitatum Romanarum. Recte autem iudicat Cuiacius ad l. 21. §. 2. de ann. leg. eum librum utilissimum esse studiosis iuris et ab iis diligenter cognoscendum. Fuit *Maecianus* iste a Consiliis Antonii Pii Imp. et M. Antonini Philosophi in iuris civilis scientia praeceptor, de quo non protrita quaedam Aegidius Menagius habet capite quinto amoenitatum Iuris. Ceterum subdubitare de auctore libri de asse videtur Alciatus libro primo parergon capite 17. De eo vide et Iac. Gothofredi diss. ad legem *ἀξίωσις* de Imperio Maris cap. 2. Is Maecianum negat singularem librum ad legem Rhodiam scripsisse, sed tantum *ἀξίωσιν*, sive libellum supplicem Eudaemonis cum Antonini rescripto ex corpore legis Rhodiae nauticae, quale tunc exstabat, excerpsisse in uno ex XIV. libris publicorum, (intellige iudiciorum).

15. *Vlpius Marcellus* e) qui eidem Antonino Pio familiaris fuit, scripsit Digestorum libros XXXV. *Ad*

e) Video huic Marcello etiam tribui a Bertrando, Labitto, aliisque notas ad librum singularem regularum Pomponii. Sed cum Pom-

*Ad leges Iuliam et Papiam* libros VI. *Responsorum* librum, item *de officio Cos.* de *praesidis officio*, libros *Publicorum*, *Notas ad libros Digestorum* Iuliani. Responsorum libri fragmenta illustravit *Iac. Cuiacius* T. III. opp. Post. omninoque eius fragmenta collegit *Wieling* l. c. p. 100. seq.

16. *Caius*, *f*) Hadriani temporibus coepit inclarescere l. 7. D. de rebus dubiis, et l. 9. ad SCtum Tertull. Ex eius scriptis celebrantur libri XXXII. *ad Edictum provinciale*, *ad leges* Iuliam Papiam et Poppaeam, quae Leges tum dictae κατ' ἐξοχήν. Vide Lipsium excurs. ad lib. 3. Annalium Taciti. Libri XV. *ad Edictum urbicum*, sive praetoris urbani, quorum XII. duntaxat Iustiniani aetate restabant. *Aureorum* sive rerum quotidianarum libri VII. *ad Dodecadelton*, sive leges 12. *Tabularum*, *libri VI*. *Institutionum* libri IV. quorum Epitomen habemus duobus libris, saepissime editam sub nomine *Caii*, etsi *Anianus*, Alarici *g*) Gothorum Regis Consiliarius, eam confecisse credatur a viris doctis. *De verborum obligationibus* libri II. *de manumissionibus* libri tres: *fidei commissorum* libri II. *de casibus*, *Regularum*, *Dotalitiorum*, *de tacitis fidei commissis*, *ad SCtum Tertullianum* et *Orfitianum*, ad legem *Glitiam* et *ad formulam hypothecariam*, libri singulares: *ad*

Pomponius multis annis Marcello iunior fuerit, verba legis *furiosus* 63. D. de acquirenda hereditate: *In libro singulari regularum Pomponii Marcellus notat*, ita intelligenda, ut Marcelli observatio a Pomponio commemorata laudetur.

*f*) *Caius* non est praenomen, ut antiquioribus reip. Rom. temporibus, sed nomen familiae aut cognomen. Vulgo praenomen faciunt *T.* non bene. v. *Mermannus* in Specim. Animadv. in Caii Institutiones pr. Falli eos, qui *Caium* aliquem ICtum, Iustiniani aequalem comminiscuntur, pulchre notavit Ioannes van de Water praef. ad luculentam suam Institutionum Iustinian. editionem.

*g*) Theoderici iussu doctum aliquem Caii et Pauli libros in breviarium redegisse scribit Alciatus lib. 2. c. 26. Parergon iuris. Illam Aniani Epitomen primus edidit *Sichardus*, dein *Bouchardus*: et eruditis notis illustravit Hieron. Alcander, Hieronymi F. Venet. 1600. 4. cum omnibus denique Commentariis *Schultingius* l. c.

*ad Edictum Aedilium Curulium* duo libri, *Regularum* libri III. Fragmenta scriptorum, inprimis Institutionum, sunt e Cod. Alariciano in *Schultingii* Iurispr. Ante-Iustinianea, ap. Boëthium in Topica Cic. ap. Grammaticos vett. et in libris Iuris Iust. quae collecta sunt ab *Oiselio*, addita epitome Institut. Lugd. B. 1658. 8. Wieling l. c. p. 8. De ipso *Caio* v. Menag. in Amoen. iur. c. ult. Schulting. in not. ad eius vitam a Bertrando et Grotio scriptam in Iurispr. Ante-Iust.

17. *Cervidius Scaevola*, qui M. Antonini Philosophi a consiliis fuit, scripsit *Digestorum* libros XL. in quos scripsit Cuiac. T. III. opp. Post. *Quaestionum* XX. *Responsorum* VI. *Regularum* IV. librum *de quaestione familiae*, *Quaestionum publice tractatarum* librum, *Notas* ad *libros Digestorum Iuliani*, *ad Marcellum*. Fragmenta in digestis collegit Wieling l. c. p. 33. seq. Duarenus scripsit librum de hoc Scaevola.

18. *Papirii Iusti* Codex Papirianus, sive Commentariorum libri XX. constitutiones Antonini et Veri fratrum collectas habuisse, coniicit Bertrandus. Fragmenta vid. ap. Wielingium l. c. p. 157.

19. *Tarrutenus Paternus*, qui sub Commodo praefectus praetorio fuit, Militarium sive de Re Militari libros IV. scripsit laudatos Vegetio de Re Milit. I, 8. Fragmenta collegit Wieling p. 251.

20. *Terentius Clemens* libros XX. *ad leges*. Claruit hic Iurisconsultus Imperante Septimio Severo. Fragmenta sunt ap. Wielingium l. c.

21. *Callistrati* fuere libri VI. *Cognitionum*, *Edicti monitorii* totidem, *de iure fisci* IV. *Institutionum* III. et libri duo *quaestionum*, quarum fragmenta illustrata ab Emundo Merillio, T. 3. thesauri iuris ab V. C. Everhardo Othone editi p. 613. sqq. et inter opera Neap. 1720. 4.

Sub

Sub eodem Severo et proximis Impp. usque ad Alex. Severi tempora singulari iuris intelligentia nobilis fuit. v. Wieling &c. p. 20.

22. *Iulii Galli Aquilae*, Callistrati aequalis, *Responsorum* liber unus fuit, Wieling p. 46.

23. *Aemilii Papiniani*, *h*) qui sub Septimio Severo clarus, sub Bassiano Caracalla, (potius sub Severo. Dio p. 865. E.) praefectus praetorio fuit, et ab eo, ut qui Getae faveret, interfectus *i*) est, scripsit *Quaestionum* libros XXXVI. *Responsorum* XIX. *Definitionum* II. *de adulteriis* totidem, *Monobiblon*, de *publico iudicio*, *de adulteriis*, *Astynomicon*, sive *de iure Aedilitio*, non in municipiis, ut Ottoni et Ge. Arnaldo Conj. var. I, 18. visum, sed in Vrbe Roma, liber, cuius fr. graecum est l. una D. *de via publica*. De ipso Papiniano, post orationem Matthaei Wesenbecii, editam Viteberg. 1570. 8. *Petri Heigii* et *Io. Christoph. Besoldi* Orationes, quas omnes negat se vidisse (sicut nec *Io. Phil. Slevogti* libellum videtur oculis usurpasse de Philosophia Papiniani, editum Ien. 1681.) et post *Iacobi Lectii* Orationem de vita Papiniani et scriptis, quam recudendam dedit T. I. thesauri Iuris pag. 41. et *Iosephum Rusticum*, Patricium Aquilanum in Papiniani vita, quos laudat p. 379-395. diligenter commentatus est *Everardus Otto*, in diatriba de vita, studiis, scriptis, moribus et morte Papiniani Lugd. B. 1718. 8. Idem Stoicum observat fuisse, et

*h*) *Pulcherrimum* vocat Spartianus in Severo, h. e. ut Graeci dicunt, χαριέστατον, hominem amoenissimi ingenii et doctrinae elegantissimae: nisi malis illud cum Tiraquello p. 37. ad leg. Connubial. aliisque accipere de pulchritudine ac forma corporis Papiniani. Effigies eius atque uxoris Plautiae obvia T. 3. thesauri antiq. Graecarum Gronoviani pppp.

*i*) Vide Spartian. in Caracalla pag. 243. et 247. seq. et in Severo p. 224. ubi Papinianum *iuris asylum et doctrinae legalis thesaurum* appellat, Xiphilinum p. 323. 326. e recentioribus Tillemontium T. 3. Hist. Imperator. p. 70. edit. Paris. et 119. Iac. Lectium de Vita et scriptis Papiniani, seu de officio prudentum a. 1594. 8.

et qui Sabini potius quam Proculi sectam probaret, discipulum Q. Cervidii Scaevolae. Fragmenta Papiniani *k*) collegit idem capite ultimo p. 403 — 439. ante etiam collectas et illustratas a *Cuiacio*, cuius animadversiones postumae prodiere Francof. 1603. et in operibus eius postum. T. I. Idem p. 267. observat, *Papinianistas* dictos tertii anni auditores, qui octo libros ex responsis docebantur. A discipulis dies festus peractus in Papiniani memoriam, ut Mucia festa per Asiam, Marcellea per Siciliam et Iustinianea etc.

24. *Domitius Vlpianus*, praefectus praetorio fuit sub Alex. Mammaeae, interfectus circa a. C. 228. Scripsit *ad edictum* libros LXXXIII. *ad Sabinum* Consularem virum (Lamprid. in Elagabalo c. 16.) sive potius ad *Masurii Sabini* libros de iure civili illustrandos ut docet Cuiac. obs. VII, 2. libros LI. *ad leges* XX. *Disputationum* X. *Protribunalium*, sive *de omnibus tribunalibus* X. totidem *Pandectarum* et *de officio proCos.* *Regularum* libros VII. *Fidei commissorum* VI. totidem *Opinionum*, V. *de adulteriis*, *de appellationibus* IV. *de officio Consulis* libros III. et II. *Institutionum*, *Responsorum* totidem, quorum fragmenta illustravit *Cuiacius* T. III. opp. Post, *ad edictum aedilium Curulium* librum, *Regularium* librum singularem, *de censibus* libros VI. *de Sponsalibus*, *de officio praefecti urbi*, *de officio praefecti vigilum*, *de officio curatoris Reip.*, *de officio Praetoris tutelaris*, *de officio quaestoris*, librum *Pandectarum*, *Excusationum*, libros plures *Digestorum*, *Notas ad Aristonem*, *ad Marcellum*, *ad Minitii libros*, in *corpus iuris Papiniani*, *ad Edictum Aedilium Curulium* libros II. *ad legem Aeliam Sentiam* IV. E libro *Regularum*

*k*) Confer Iac. Cuiacii quaestiones Papinianeas, Antonii Fabri iurisprudentiam Papinianeam, et Barth. Socini ICti Senensis Commentarium ad Papiniani responsum l. 102. D. de conditionibus et demonstrationibus.

*larum* exstant fragmenta distincta in titulos XXIX. edita a Codice Alariciano a Sichardo, Tilio etc. optime a Schultingio in Iurispr. Ante-Iustin. Omnino nullius alius ICti tot fragmenta sunt in Digestis atque Vlpiani.

25. *Iulius Paulus*, Vlpiano, ut Vlpianus Papiniano, ubique fere contrarius, licet eius aequalis, atque sub eodem Alex. Severo praefectus praetorio. Patria Tyrius, ut ille, fuerit, Patavinus, an Romanus, quemadmodum adversus Bertrandi et Alberti Barisoni sententiam disputat Laurent. Pignorius Epist. 41. incertum est. Eius plura scripta traduntur, quam ceterorum ICtorum omnium, in quibus ei etiam principatus tribuitur. Sunt autem haec: *Receptarum sententiarum* ad filios libri V. inter cetera omnia maxime illi celebrati, quorum *Epitome* e Cod. Alariciano extat in edd. antiquis Cod. Theodos. et in Schultingii Iurispr. Ante-Iustin. Libri LXXX. *ad edictum: Quaestionum et responsorum* XXXIII. *Fidei commissorum* III. *Brevis Edicti* XXIII. *ad Plautium* XVIII. et XVI. *ad Sabinum: ad leges* X. *Regularum* VII. *Sententiarum* sive *factorum* IV. *ad Vitellium Sabinum* IV. *ad Neratium* totidem: *Decretorum* III. liber singularis *de cognitionibus*, *de adulteriis* III. totidem *Institutionum*, *de officio ProCos.* II. II. *ad legem Iuliam: ad legem Aeliam Sentiam* III. *de iure fisci* II. *ad edictum Aedilium Curulium* II. *Regularum* VII. Liber *Regularum* singularis: *de usuris: de omnium legum Poenis: de Poenis militum: de gradibus et adfinibus eorumque nominibus: de iure codicillorum: de excusationibus tutelarum: ad Senatus consultum Tertullianum: ad Orphitianum SCtum: ad regulam Catonianam: ad SCtum Syllanianum et Claudianum: ad SCtum Vellejanum* de intercessionibus foeminarum: *ad Libonianum SCtum: de officio praefecti urbi: de officio praetoris tutelaris: de officio assessorum:* de

*de extraordinariis criminibus: ad hypothecariam formulam: ad formulam municipalem: de inofficioso testamento: de publicis iudiciis: de iudiciis Centumviralibus: de iure singulari: de secundis tabulis: ad Orationem D. Severi: ad Orationem D. Marci et Commodi: ad legem Vellejam: ad legem Cinciam: ad legem Falcidiam: de tacito fidei commisso: de portionibus, quae liberis damnatorum conceduntur: de iuris et facti ignorantia: de adulteriis: de instructo et instrumento*, sive de instructi et instrumenti significatione Monobiblos: *de appellationibus: de iure libellorum: de testamentis: de iure patronatus*, quod ex lege Iulia et Papia venit: *de actionibus: de donationibus inter virum et uxorem: de legibus: de legitimis hereditatibus: de libertatibus dandis: de SCtis: de assignatione libertorum: de variis lectionibus: Epitome Alpheni Digestorum: Notae ad Iulianum:* Notae in *libros quaestionum Papiniani*, et in eiusdem libros *responsorum: ad Legem Fusiam Caniniam* et *ad SCtum Turpilianum* libri singulares: *Epitome Pithanon Labeonis:* libri singulares *de conceptione formularum, de dotis repetitione, de cognitionibus, de articulis liberalis causae.* Differentias Iuris illustrandas sibi sumsit *Edmundus Merillius*, cuius commentarius prodiit inter eius opera Neapoli 1720. 4. Fragmenta e Digestis habes ap. Wielingium in Iurispr. Ante-Iust. p. 158. seqq. indicata Sed *Iac. Cuiacius* illustravit ea, quae sunt e Comm. ad Edictum, et Quaestionibus T. opp. Post. II. et Resp. T. III.

26. *Pub. Furii Anthi* sive *Antiani*, Pauli aequalis, libri quinque ad Edictum fuere: e quorum uno primo fragmenta tria sunt in Digestis.

27. *Sextus Pomponius* Romanus, Hadriano Imper. floruit ad usque D. fratres, non sub Alexandro Severo, ut est apud Lamprid. in Alex. S. extr. nam

locus

locus ille est vitiosus, in libris vulgatis. In editione quidem illa principe, de qua supra dictum, omnia nomina, quae sunt inter *Claudium Venatum*, et *Catilium Severum*, non sunt: quod mirum est non notasse Salmasium, qui illam editionem habuit: eaque nec in MSS. reperit Casaubonus. Scripsit Lectionum ad *Q. Mucium Scaevolam* libros XXXIX. *ad Masurium Sabinum* sive *ex Sabino* XXXV. *Epistolarum* XX. *Variarum Lectionum* XV. *ad Plautium* vel *ex Plautio* VII. quinque *SCtorum*, *Fidei commissorum* totidem: librum *regularum*: *Enchiridion iuris* libris II. et *aliud* libro singulari, cuius pars eximia superest in Digestis tit. de iuris origine: libros plures *ad Edictum*, quorum undeoctogesimus commemoratur: et *de stipulationibus* VIII. Fragmenta sunt ap. Wielingium p. 90. De *Sexto Pomponio* ICto erudita Oratio *Bernardi Henrici Reinoldi* ICti Herbonensis prodiit a. 1710. 4.

28. *Iunius* sive *Iulius Mauricianus*, Alexandro imperante clarus, libros sex *ad leges*, et *notas in Iulianum*, sive Iuliani Digestorum libros, ut suspicatur Bertrandus, scripsit. Libri *de poenis*, quos ad hunc Mauricianum refert Labittus, Modestino ab aliis tribuuntur. Fragmenta sunt ap. Wielingium p. 119.

29. *Florentinus* iisdem temporibus floruit, scripsit *Institutionum* lib. XII. Fragmenta collegit Wieling. pag. 44.

30. *Q. Venulejus Saturninus* *Stipulationum* libros XIX. scripsit, *Actionum* X. *de officio ProCos.* IV. *Publicorum* VII. Hic Saturninus sub eodem Alexandro Severo iuris scientia celeber fuit. Fragmenta sunt apud Wieling. p. 257. s. Alius est *Q. Claud. Saturninus*, qui scripsit librum *de poenis paganorum*, cuius fragmentum est l. 16. D. de poenis, et librum Tertulliano lectum *de coronis*, v. librum eius de corona militis, p. 124. ed.

 Rigalt.

Rigalt. 127. etc. v. Pancirollus lib. 2. thesauri Variar. Lect. cap. 139.

31. *Tertullianus*, diversus a Q. *Septimio Florente Tertulliano*, Ecclesiae doctore, qui tamen et ipse iuris peritus fuit, et a *Tertullo*, quo referente SCtum Tertullianum sub Imperio Antonini Pii factum est, *Quaestionum* libros VIII. scripsit, et *de castrensi peculio* librum unum.

32. *Aemilius Macer* scripsit *militarium* libros II. *publicorum iudiciorum* totidem, quorum fragmenta Iac. Lectius illustravit T. 1. thesauri iuris p. 67. totidem et *de officio praesidis, ad legem de vicesima hereditatum* et *de appellationibus*. Fragmenta v. ap. Wieling. p. 96. s. Diversus hic est ab Historico Poëtisque huius nominis, qui illum, Alexandri temporibus florentem, aetate antecesserunt.

33. *Herennius Modestinus* scripsit *Responsorum* libros XIX. *Pandectarum* XII. *Regularum* X. unde, praeter fragmenta in Digestis, aliud separatim editum est a Pithoeo, quod et in Schultingii I. A. reperitur: *Differentiarum* IX. *Excusationum* VI. *de poenis* IV. librum singularem *de praescriptionibus: de inofficioso testamento: de manumissionibus: de legatis et fidei commissis: de testamentis: Excusationum* Lib. VI. graece, qui vulgo inscribuntur περὶ ἑυρηματικῶν, in quos Comm. scripsit *Brencmannus* Lugd. B. 1706. 8. et *Augustinus*, qui et Lugd. B. 1547. 8. editus est cum eius Emendat. libris: *de enucleatis casibus: de differentia dotis: de ritu nuptiarum: ad Q. Mucium Scaevolam* libros plures, et *de praescriptionibus*. Multi praeter eos, quos indicavimus ante, vel in singulos eius libros, sive eorum fragmenta scripsere, aut eos collegere, ut *Cuiacius* Resp. et Differ. T. II. opp. Post. Resp. T. III. *Lectius*, libr. de poenis, *Io. Flor. Rivinus* cas. enucl. *Io. Schil-*

*Io. Schilterus* in libr. de Excuſ. in libro, qui *Modeſtinus* inſcriptus eſt Argent. 1678. 8.

34. *Hermogenes* (ſive, ut in Pandectis dicitur, *Hermogenianus*) Modeſtini aequalis, diverſus ab auctore Codicis Hermogeniani, ſcripſit *Epitomarum iuris* libros VI. et *fidei commiſſorum.* Hic ex Io. Bertrandi ſententia pag. 185. ſeq. de vitis ICtorum, non Ethnicus fuit ſed Chriſtianus.

35. *Licinius Rufinus*, non ignobilis eadem aetate Iuriſconſultus, *Regularum* libros plures ſcripſit, quorum duodecim duntaxat in Indice Florentino memorantur.

36. *Aelius Marcianus* ſub eodem Alexandro fuit, ſcripſit XVI. libros *Inſtitutionum*, de quibus adeundus Nordkerk Obſ. c. 2. *Regularum* V. *de appellationibus* duo: *de publicis iudiciis* totidem: *de delatoribus: ad SCtum Turpilianum: ad Hypothecariam formulam:* notas ad Papinianum *de adulteriis*; libros *Digeſtorum.* Fragmenta ſunt apud Wielingium p. 112. fragmenta Inſtit. in ordinem redegit Heinecc. Opuſc. Poſtumis p. 588.

37. *Claudius Tryphoninus* ſive *Tryphonius*, diſcipulus Papiniani, *diſputationum* libros XXI. ſcripſit, et *notas ad libros Digeſtorum Scaevolae.* Harum notarum fragmenta commentario illuſtravit *Dadinus Alteſerra*, Anteceſſor Toloſanus, libro proprio, edito Toloſae 1679. Fragmenta omnia collegit Wieling. p. 253.

38. *Arius Menander* de *re militari* libros quatuor ſcripſit. Hic quoque Alexand. Severi Imp. a Conſiliis fuit: igitur longe diverſus a Cn. Publicio Menandro, cuius mentio ap. Ciceronem Orat. pro Cornelio Balbo. Fragmenta v. ap. Wieling. p. 120.

39. *S. Caecilius Africanus*, ſub Antoninis ſcriptor ſubtilis et difficilis, qui iiſdem temporibus clarus et

Papiniani discipulus fuit, scripsit *Quaestionum* libros IX. et *Epistolarum* XX. Idem sit cum eo, de quo Gellius XX, 1. incertum est. *Quaestionum* reliquias proprio Commentario s. tractatibus IX. illustravit Cuiacius, qui separatim aliquoties prodiit et T. II. opp. Fragmenta eius habet Wieling. p. 4.

40. *Aurelii Arcadii Charisii* extitêre libri singulares *de testibus*, *de officio praefecti praetorio*, *de muneribus civilibus*. Praeses Syriae fuit, Imperante Diocletiano.

Loca, ubi singula haec ICtorum veterum scripta in libris iuris civilis commemorantur, non medioeri industria indicavit, atque adeo fragmentorum locupletem indicem confecit Iacobus Labittus, qui, post Lipsiensem a. 1616. 8. aliasque editiones, eleganter recusus est Lugd. B. 1647. 8. Idem cum *Io. Baptistae Ziletti indice* librorum iuris prodierat Venet. 1566. Etiam cum *Antonii Augustini*, qui primum Barcinone 1502. f. prodierat, et *Io. Wolfgangi Freymonii* indicibus iuris, Lugduni 1585. 8. Omnium fragmenta collegit et Wieling. in Iurispr. rest. qui liber in hac parte inprimis cognoscendus et consulendus est: ei adde *Henr. Brenkmanni* Pandectas Iuris Civilis, auctoribus suis et libris restitutos. — Ceterum hi ICti omnes praeter *Pegasum* occurrunt in Indice graeco Pandectis Florentinis praefixo.

VI. Sed fuere et alii ICti, ex eo genere, qui libros de Iure scripsere illis temporibus, nec tamen in libris illis iuris civilis occurrunt, quos commemorasse non alienum fuerit.

Sub *Augusto* igitur fuit *Ateius Capito*, discipulus Ofilii, Consularis, qui scripsit libros *de Iure Pontificio* (Gell. IV, 6.) *de iure sacrificiorum* (Macrob. Sat. III, 10.) nisi vero pars fuere librorum de iure Pontificio, ad

quod

quod sane argumentum pertinet: libros multos *Coniectaneorum*, ap. Gellium memoratos, IV, 14. X, 7. XIV, 7. *Epistolas* denique ap. eundem Gellium XIII, 12. Commemoratur et liber *de officio Senatorio*, qui iuris tamen civilis non fuit. Nonnulli et Comm. in leges XII. tabb. memorant, e Plin. H. N. XIV, 13. sed nihil certi est. Memorantur ex Augusteo aevo *Vitellius*, Aug. procurator, et *ad eum* libri Sabini, item Cassii Longini etc. sed incertum est, utrum commentarius in eius aliquem librum intelligendus, an libri Sabini ipsi modo inscripti fuerint, ut fere video existimari: *Varius Lucullus* et *Drusus* apud Celsum IC.

Sub *Tiberio* floruit laude iurisprudentiae *M. Coccejus Nerva*, cuius *de usu fructu*, *et usucapionibus* commentarii memorantur: scripsit et alia, quorum tituli ignorantur. Habuit et filium, et ipsum ICtum, v. Wieling. Iurispr. rest. p. Porrò *C. Cassius Longinus*, a quo *Cassiani* dicti, vir Consularis, scripsit *L. X. Iuris Civ. ad Vitellium*, et ad *Vrseium Ferocem*. Nempe hic *Vrseius Ferox* iisdem temporibus vixit, scripsitque libros de iure Civili: quorum decimus in Coll. Legum Mos. et Rom. XI, 7. memoratur. Fuit et alter *Cassius Longinus*, a Pomponio de or. I. memoratus. *Domitius Afer* scripsit libros duos *de testibus*, quos valde laudat Quintilianus IV, 7. VI, 4. ipse et Plinio iun. et Tacito memoratus. Horum temporum etiam fuisse videtur *Atilicinus*, qui l. 17. D. de pact. dotal. memoratur, aut paullo post. *Vespasianorum* aevo claruit *Coelius Sabinus*, Consularis, cuius librum *de Edicto Aedilium* saepe in Pandectis ad Edictum Aedilium commemorant ICti. Ab eo vel renovatum est Sabinianorum nomen, post Cassianum, vel ortum, ut aliis placet, de eo Menag. Am. Iur. C. c. 22. *Fufidius* porro, ut putant viri docti, *libros Quaestionum* scripsit,

 qui

qui aliquoties in Digestis sunt nominati: *Plautius*, in cuius libros, quorum tituli non extant, multi clarissimi ICti commentati sunt, ut supra passim indicatum est: *Octavenus* saepe testis citatus a ICtis in Pandectis, et *Valerius Severus*, cuius scripta passim memorat *Iulianus*. Sub *Traiano* scripsit multa *T. Aristo*, cuius scientiam iuris valde praedicat Plinius Epp. I, 21. Commemorantur in reliquis ICtorum passim eius scripta, *ad Cassium Sabinum*, ad libros *Posteriorum Labeonis*, et liber *Decretorum Frontinianorum*. *Minucius* porro *Natalis* fuit, in cuius libros notae Iuliani memorantur, et *Laelius Felix*, qui *ad Q. Mucium* scripsit, (Gell. XV, 27.) ad quod opus pertinere videtur, quod sub Laelii *illius* nomine a ICtis in Pandectis refertur. Ad hoc tempus pertinet etiam *Arrianus* quidam Nicomediensis, qui *de Interdictis* scripsit, ut e Pandectis constat l. 11. *de hered. petit.* In iisdem et memorantur, ex hac aetate *Servilius* et *Vivianus*, quid scripserint non traditum est.

Qui sub *Antoninis* et postea fuere, *Taruntenus Paternus* scripsit L. IV. *de re* (iure) *militari*, in quo ei magna laus tribuitur a Vegetio I, 8. *Sext. Pedius*, plures libros scripsit, commemoranturque quidam, ut *de stipulationibus* in Pandectis. *Puteolani* libri *adsessoriorum* in iisdem commemorantur. Mentio etiam fit in iis *Pactumeii Clementis*. *Papirii Frontonis* Responsa commemorat Callistratus aliquot locis. *Rutilius Maximus* librum *ad legem Falcidiam* scripsit. v. Cuiac. obs. II, 27. quem vulgo *Cornelium Max.* faciunt, putantque eum, quem Cicero Epp. ad Div. VII, 8. commemorat: ut diximus iam supra in Ind. ICtorum ante Augustum.

VII. De his vero aliisque veteribus ICtis et eorum scriptis copiosius egerunt, a quibus vitas eorum consignatas habemus, *Ioannes Bertrandus* et *Guilielmus*

*Grotius*.

*Grotius*: quibus addere licet *Guidonem Pancirollum*, *Nicolaum Henelium*, *Aymanum Rivallium*, *Bernardinum Rutilium*, *Catellianum Cottam*, *Valentinum Forsterum*, et interpretes tituli de origine iuris, *Franciscum Hottomannum*, *Antonium Garronem*, *Georgium Eberlinum*, *Christoph. Adamum Rupertum* et *Gerhardum van der Muelen*, *Antonium Augustinum* libro de nominibus propriis Pandectarum, *Io. Sithmannum* in speculo Imperii Romani, *Albericum Gentilem* libro tertio lectionum, quae ad ius civile spectant capite 4. *Cornelium van Eck* in principiis iuris Civilis et *Vincentium Gravinam* in libro de ortu et progressu iuris Civilis, Neapol. 1701. 12. et Lipsiae 1703. 8. etc. et alios Historiae iuris scriptores, Schubartum, Heineccium et Bachium inprimis: quos infra memorabimus. De nonnullis vide etiam quae docte observata sunt Aegidio Menagio in Amoenitatibus iuris, *Antonio Augustino* in libro supra memorato, quem recudi esset operae pretium, sicut laude dignissimum est studium virorum Clariss. Io. Christoph. Franckii et Christiani Godfr. Hofmanni: quorum ille Halae 1718. 4. praelis iterum subiici curavit vitas ICtorum veterum scriptas a Bernhardino Rutilio, Ioanne Bertrando et Guil. Grotio. *Rutilii* prodierant Argentorat. 1538. 8. Basil. 1539. 4. *Bertrandi*, praesidis Tolosani βίοι νομικῶν post editionem Tolosanam 1617. 4. Lugd. Bat. 1675. 8. *Grotii* denique vitae ICtorum, quorum in Pandectis exstant nomina Lugd. B. 1690. 4. Hofmannus repetiit et editionem pulcherrimi operis, postumi licet, librorum quatuor de claris legum interpretibus, auctore *Guidone Pancirollo* l) ICto Patavino, quod, de sequioris maxime aetatis ICtis multa docens alibi vix obvia, bis Venetiis a. 1637. et



l) Licebit conferre, quae, pauca tamen ista, de nonnullis ICtis, quorum in Pandectis mentio, notavit idem Pancirollus in thesauro Var. Lect. lib. 1. c. 79. et lib. 2. c. 131. etc. Lugd. 1621. 4.

1655. praelis exierat, sed in tabernis librariis iam pridem desiderabatur. Huic subiunxit 1) *Ioannis Fichardi* Francofurtensis vitas recentiorum ICtorum editas Patavii 1565. 2) *Marci Mantuae* Benavidii Epitomen alphabeticam virorum illustrium, excusam Patavii 1555. 8. 3) *Ioannis Baptistae de Gazalupis* sive *Caccialupi* historiam interpretum et glossatorum iuris, quam cum Sebastiani Brantii expositionibus titulorum omnium Iuris tam Civilis quam Canonici ediderat Gryphius Lugd. 1543. 4. 4) *Cattelliani Cottae* ICti Mediolanensis recensionem brevem insignium Iuris interpretum et Doctorum, ex eius Memorabilibus Lugd. 1556. 1573. 8. p. 466 — 495. excerptam. 5) *Matthaei Gribaldi Mophae* ICti Ticinensis elogia aliquot interpretum Iuris Civilis, distichis comprehensa ex eius libris tribus de methodo ac ratione studendi in iure, qui lucem viderant Lugduni 1544. m) et 6) *Alberici Gentilis* de iuris interpretibus dialogi ex edit. Lond. 1582. Mittimus alios, qui in universum de Vitis ICtorum scripsere.

VIII. Scriptores ad historiam Iuris Romani facientes sunt fere hi: *Aymari Rivallii* Allobrogis, Civilis Historiae iuris libri quinque, et Historiae iuris Pontificii liber singularis Mogunt. 1527. 1539. 8. Lugd. 1551. 8. et in Oceano iuris sive tractatu tractatuum Tomo I. Venet. 1584. f. *Laurentii Breiden* Oratio de origine Iurisprudentiae Romanae et studio Iuris recte inchoando, cum *Francisci Duareni* Epistola de ratione docendi discendique Iuris, et Chronologia Iurisprudentiae Romanae ab

m) Poterant his iungi *Io. Lorichii Hadamarii* elogia Veterum ICtorum plus quam sexaginta, versibus comprehensa elegiacis et excusa Tom. 3. delic. Poetarum Germanorum pag. 1262. - 1284. et ad calcem *Nicolai Henelii* commentarii de veteribus 38. ICtis quorum fragmenta in Pandectis supersunt, Lips. 1641. et 1654. 8. cum eiusdem Henelii notis et in eosdem 38. ICtos epigrammatibus Henelii et *Casparis Cunradi*.

ab initio Vrbis usque ad Iustinian. Imp. Rostoch. 1564. 4. *Valentini Forsteri* de Historia Iuris Civilis Romani legibusque, annorum serie digestis, et vitis ICtorum libri III. Basil. 1565. f. et deinde Coloniae cum tractatu de successionibus 1594. f. et cum libris novem de hereditatibus ab intestato Mogunt. 1607. 1615. 4. et in tomo primo Oceani Iuris sive tractatus tractatuum Venet. 1584. fol. et separatim Aureliae Allobrog. sive Genev. 1609. 8. et correctius ex auctoris autographo a filiis Val. Guilielmo et Carolo Forsteris, Helmst. 1609. 8. Viteb. 1623. 8. *Alberici Gentilis* de libris Iuris Canonici; de libris Iuris Civilis; et de Latinitate veteris Bibliorum versionis male accusata dissertationes tres ad Robertum filium Hanov. 1605. 8. *Thomae Lindemanni* Historia Iuris Romani Rostoch. 1627. 4. in Enchiridion Pomponii de Origine Iuris, quod etiam illustrarunt *Georgius Eberlinus* Bresnicensis cuius eruditus commentarius prodiit Henricopoli 1595. 4. *Christoph. Adamus Rupertus* Ienae 1661. 12. *G. van der Muelen*, Trai. ad Rhen. 1691. 8. *Hermannus Bynckershoek* ICtus et Senator in praetermissis ad lib. 2. de orig. iuris, in opusculis Lugd. 1719. 4. *Io. Seldeni* diss. ad Fletam *n*) in qua etiam Iuris Romani Iustinianei historia breviter et docte attingitur Lond. 1647. 4. *Melch. Voetii* hist. iuris Civilis etc. *Petri Taisand* Histoire du Droit Romain, Paris. 1678. 12. *Io. Doujatii* Historia Iuris Civilis Romanorum, qua eius tam origo quam progressus, autoritas et utilitas, tum Iustinianei partes atque ordo partium demonstratur, ubi et Gallici iuris origo perstringitur Paris. 1678. 4. *Georgii Schubarti* de fatis iurispr. Rom. Ienae 1696. 8. *Burchardi Gotth. Struvii* Historia Iuris Romani, Iustinianei, Graeci, Germanici, Canonici, Feudalis, Criminalis,

*n*) Sic Iuris veteris Anglici scriptor appellatur a carcere, in quo illud sub Eduardo I. vel II. composuit. Vide Seldenum; et Tho. Fulleri librum editum Lond. 1662. fol. cui titulus, the history of the worthies of England. II. pag. 210

minalis et Publici, e genuinis monumentis illustrata Ien. 1718. 4. Histoire du Droit Romain par *Claude Joseph de Ferriere* Paris 1718. 12. D. *Christ. Godofr. Hofmanni* Historia Iuris Romani Iustinianei, cum D. *Christiani Thomasii* delineatione Historiae Iuris Civilis: et Francisci Hottomanni Anti-Triboniano Lipſ. 1718. 4. Acta Erud. 1719. p. 381. *Iacobi Godofredi* brevis Historia Iuris Civilis Romani est in eius Manuali Iuris *Io. Gottl. Heineccii* Hist. Iuris Civ. Rom. et Germ. Hal. 1733. 8. prodiit, item a. 1740. sed emendata multis locis et observationibus aucta Amst. 1748. 8. a *Io. Dan. Rittero* V. Cel. Post *Io. Augustus Bachius* Historiam Iurispr. Rom. Lib. IV. edidit Lipsiae 1754. 8. quae repetita est in Italia Lucae 1762. 8. *Simonis von Leewen* Volumen de origine et progressu Iuris Civilis Romani, post editionem Lugd. B. 1672. 8. recusum est Ienae 1697. 8.


IX. Iuvat et subiungere enarrationem eorum, quae insunt in *Ant. Schultingii Iurisprudentia Ante-Iustinianea*, edita primum Lugd. B. 1717. 4. repetita Lipſ. 1737. 4. cura *Georg. Henr. Ayreri*, nunc antecessoris Goettingensis, sed cum collationibus Codd. MSſ. Wurceburg. et Gothani. Partes operis sunt hae: 1) *Caii* institutionum epitome ab *Aniano* Consiliario Alarici Regis Wisigothorum sub sexti saeculi initium composita libris duobus cum comment. *Hieron. Aleandri* iun. edito Venet. 1600. 4. et *Iac. Oiselii* notis Lugd. B. 1658. 8. novisque editoris *Ant. Schultingii* animadverſ. p. 1—186. Adde Var. Lect. p. 931. sq. ex edit. Basil. Io. Sichardi 1538. Lugdunensi 1566. Parisiensi 1586. et Genevensi eiusdem anni ad calcem Cod. Theodoſ. 2) *Iulii Pauli* sententiarum receptarum ad filium libri quinque, cum interpretationibus *Aniani* viri spectabilis, nec non *Iac. Cuiacii* interpretationibus a. 1557. primum editis et ex postrema recognitione Colon. 1589. 8. notisque et emendationibus

*Conr.*

*Conr. Ritterhusii* (Norimb. 1594. 8.) et *Huberti Giphanii* atque *Editoris* p. 187-536. Adde Varias lect. editionum p. 932. seq. 3) Tituli XXIX. ex corpore regularum *Vlpianeo* (editi primum a *Io. Tilio* a. 1549.) cum *Iac. Cuiacii* notis (a Io. Amarittono in lucem emissis Tolosae 1554.) *Lud. Charondae* Paris. 1555. et 1578. atque *Antonii Schultingii* p. 537-680. Adde varias lectiones editionis Lovan. 1550. aliarumque p. 938. sq. 4) Librorum I. XIX. Codicibus *Gregoriani* p. 681-708. et Codicis *Hermogeniani* p. 709-718. fragmenta, quae inventa hactenus fuere omnia, cum notis eiusdem *Schultingii*. Adde Varias editionum lectiones p. 939. seq. 5) *Mosaicarum et Rom. Legum collatio*, ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Caii, Caii, Modestini aliorumque veterum Iuris Auctorum libris ante tempora Iustiniani desumta, cum notis *Petri Pithoei* et *Editoris* p. 719-800. Adde varias lectiones pag. 940. seq. ex Codice Mss. Ios. Scaligeri. De hoc scripto dictum est supra. 6) Fragmentum ex *Modestini* regularum libro III. de bonis libertorum, et de testamentis p. 801. et fragmentum regularum ex veteri ICto (Vlpiano an Caio) pluribus sententiis constans p. 809. nec non fragmentum ex lib. I. Responsorum *Papiniani* sub titulo de pactis inter virum et uxorem p. 810. 7) Consultatio veteris ICti mediae aetatis de pactis, plura veterum ICtorum fragmenta allegans pag. 813-816. nec non *Papiani*, quem Pithoeus Gotho-Romanum sub Theodorico, Iac. Gothofredus Burgundionem putat fuisse, Responsorum libri titulis XLVI. in quo et ipso plura veterum ICtorum et constitutionum Imperatoriarum fragmenta p. 827-854. Hic liber nomine *Legis Romanae* habet in Mss. Ottoboniano, quam pro Compilatione Iuris Romani quidam habuere: male, ut reperit et docuit *Amadutius* in praef. ad Novellas ineditas p. XLIX. ubi et disputat, Theodoricus an Gundebaldus huius operis auctor sit, pugnatque pro posteriori

riori non improbabiliter, ut et Iac. Gothofredo placuit in Manuali Iuris in Bibl. Iur. c. 2. §. 11. In ipso opere Amadutii ex illo Mſ. editum eſt Papiniani Reſponſum, auctius duobus titulis, n. 26. *de his, qui debitas filiis de maternis bonis portiones non tradidere*, n. 48. *de colonis migrantibus, vel in fugitiva lapſis.* haec eſt lex etiam in Cod. Theod. L. V. tit. 10. Acceſſere variae Lectiones 8) *Doſithei* Magiſtri o) liber tertius continens Imp. Adriani ſententias et Epiſtolas Graece et Latine cum *Goldaſti* notis (qui ediderat Genev. 1601. 8.) p. 855—879. 9) *Antonii Schultingii* Orationes duae 1) qua diſquiritur, culpanduſne ſit Tribonianus, quod ICtorum, qui ſtante Rep. Romana claruere, ſcripta ſuppreſſerit, ac poſteriorum, qui ſub Imperatoribus floruere, Reſponſa retulerit p. 883 — 907. 2) De Iurisprudentia hiſtorica, quod magna Iuriſprudentiae pars non tam in Philoſophica ratiocinatione quam in hiſtorica eorum, quae publice ſancita vel etiam interpretando inducta ſunt, cognitione conſiſtat pag. 908 — 930. In edit. Lipſ. igitur acceſſit Collatio *Caii* et *Pauli* cum Mſ. W. itemque cum Mſ. Goth. et Collatio fragmentorum *Cod. Gregor.* et *Hermog.* cum Mſ. Gothano. Si alia editio aliquando parabitur ex Amadutiano opere, et Cannegieteriano libro de Collatione legum Rom. et Moſ. de quo ſupra dictum eſt, acceſſiones non contemnendas accipiet. Hactenus *Iuriſprudentia Ante-Iuſtinianea* Ampliſſimi Schultingii.

o) De hoc v. Bibl. Graecae volumine VII. p. 59. Incertum an is Doſitheus, ad quem Libanii Epiſtolae. Gloſſas Doſithei Graeco-Latinas Mſſ. ſervat Bibl. publica Leidenſis inter Codices If. Voſſii.



CAPVT

# CAPVT VII.

## DE SCRIPTORIBVS LEGIBVSQVE REI AGRIMENSORIAE.

AVCTORES *a*) Legesque REI AGRARIAE sive FINIVM REGVNDORVM, Io. Tilii Meldensium Episcopi hortatu primum editi et ad Palatinum codicem castigati mutua opera *Petri Gallandii*, *Petri Castellani*, *Aemari Ranconeti*, et *Adriani Turnebi* Paris. 1554. 4. Passim deinde auctiores emendatioresque cum observationibus et glossis agrimensoriis *Nic. Rigaltii* ibid. 1613. 4. qui Turnebianam editionem in plerisque est secutus, nisi quod titulum *finium Regundorum*, libro decimo Pandectarum obvium, praetermisit. Idem ait, in aliud se tempus distulisse fragmenta quaedam M. Iunii Nipsi, Aprofiditi sive Epaphroditi, et Vetrubi Rufi, *b*) quod magis facerent ad quaestiones Geometricas, quam ad conditiones agrorum limitumque constitutiones. Denique *Guilelmus Goesius* novam legum ac scriptorum agrariae editionem in lucem emisit Amstelod. 1674. 4. cui praeter observationes et glossas Rigaltii, suas ipsius notas, et indices duos a se concinnatos, Philologicum alterum, alterum Geographicum, et *antiquitatum agrariarum* librum subiecit, in quo praeter alia agit de Coloniis, de quibus et videndi Onuphrius, Sigonius et libro secundo antiquitatum Augustanarum Marcus Velserus. Iulium Caesarem Bulenge-

*a*) Hi primum cum aliis eximiis scriptoribus Msti reperti sunt 1493. a Thoma Phaedro in monasterio Bobiensi, ut supra ex Volaterrano annotare me memini.

*b*) Vide infra, hoc capite, n. 22.

lengerum in libro de Vectigalibus populi Romani nihil harum rerum intellexisse, affirmat Goesius. Idem passim iniquior videtur Barthio et Salmasio: ipse vicissim non semel reprehenditur a Mazochio in libro de Amphitheatro Campano, qui est videndus. Quoniam vero optima et locupletissima Agrimensoriorum scriptorum editio est Goesiana, iuvat eam hoc loco paucis recensere.

1. *Siculi Flacci de Conditionibus agrorum* pag. 1. Eiusdem *nomina agrorum et limitum* p. 20. Librum *de conditionibus agrorum* cum emendationibus et notis eruditis, in quibus saepissime a Coesio recedit, separatim Coburg. 1711. 4. edidit *Io. Conradus Schwarzius.* Spicilegium annotationum exhibet in monumentis a. 1720. seqq. in 8. per folia singula editis pag. 21. seqq. Barthius lib. XIX. cap. 5. Adversar. *Siculum Flaccum* appellat *Saeculum*, quomodo et in vetustissimo suo Ms. vocari testatur Guidus ad Phaedrum p. 242. et cuius epitomen tantum habere nos putans, clarissime clarum esse, ait Epitomator, hunc fuisse Christianum. Nihil horum arridet Goesio, etsi nec ipse habet, quo Ethnicum probare possit. Non ante Domitianum vixit Siculus iste, cuius edicti meminit, neque ante Nervam floruisse Rigaltio videtur. Nomen eius comparet in Catalogo agrimensorio Boethii. Libri vero ipsius inscriptio, si Goesium sequimur, fuit de conditionibus agrorum Italiae, neque ex eo aliud quicquam hodie superest, praeter initium operis, idque lacerum. Rigaltius testatur, se bonam centonis illius partem in complures divisam lacinias reperisse inter alia fragmenta Hygino adscripta, quae Iosephus Scaliger ex pervetusto Ioannis Arcerii codice describi sibi curaverat, atque illic quoque diserte legi Siculi Flacci nomen.

2. *Ser.*

2. *Sex. Iulii Frontini de agrorum qualitate*, sive *Expositio formarum* ad Celsum Penestum, ut in edit. Basil. 1528. legitur p. 38. Falli itaque videntur qui per Celsum intelligunt Caesarem et p. 29. pro *statim Celsi Caesaris* legendum est *statim coelestia Caesaris*. Goesio hic libellus non videtur esse *Frontini*, sed partim *M. Iunii Nipsi*, partim *Gerberti* Philosophi, post Silvester II. Pont. R. Vide eius notas p. 142. Rigaltius, qui parte ea, qua de mensuris p. 29. seq. agit, auctiorem edidit, ex codice Memmiano, p. 232. *Balbo* tribui testatur in duobus Mstis. Idem tamen nonnulla Frontini nomine laudari observat a Boethio. Casp. Bacheti notae in hoc opusculum Rigaltianis observationibus subiiciuntur p. 287. 288. *Iulii Frontini de limitibus agrorum* p. 38. Confer Boethium libro 2. Geometr. pag. 1540. seq. qui eodem loco etiam mensorem *Longinum* memorat. Videtur Rigaltio Frontinus duos libros *de re agraria* edidisse, quorum altero mensorem instituerit, altero disputaverit de arte mensoria: deinde artis ipsius tripertitionem explicasse sex libris, assignationes scilicet et partitiones agrorum ac finitiones terminorum, posteaque controversias: denique scripsisse libros de regionibus, deque conditionibus agrorum Italiae, ex quibus ad nos pervenerint fragmenta, quae *de Coloniis* inscribuntur pag. 102. seq. edita primum ab Obsopoeo ex Bibl. Puteani, deinde auctiora a P. Scriverio et Rob. Keuchenio, denique a Rigaltio et Goesio; cum non contemnenda ex Biblioth. Palatina accessione. Pluscula Frontini fragmenta in Arcerii Nansiique codicibus superfuisse, viri docti testantur, quorum editionem promisit Petrus Scriverius. De aliis Frontini scriptis dictum supra suo loco. Laudatur a Boethio lib. 2. Geometr. et Vegetio lib. 2. c. 3. Inst. rei militaris.

3. *Aggeni Vrbici in Iulium Frontinum commentarium* p. 44. Eiusdem *de controversiis agrorum pars*

*prior*, p. 50. *pars altera* p. 65. Hic Aggenus ante Theodosii M. vel etiam Antonini Pii tempora vixisse videtur Goesio, quia mentionem facit curae circa loca sacra et litium de aede Minervae motarum, et controversiae inter ICtos et agrimensores, quam controversiam decisam esse constet ab Antonino Pio, quemadmodum templa idolorum diruit Theodosius. Vide Goesii notas p. 147. 197. Sunt alii, qui Aggenum referant ad Tiberii Imp. aetatem. Mentio videtur illius fieri in hac veteri inscriptione Lugdunensi:

IOVI O. M.
Q. ADGINNIVS VRBICI
FIL. MARTINVS SEQ.
SACERDOS ROMAE ET AVG.
AD ARAM AD CONFLVENTES
ARARIS ET RHODANI
FLAMEN
IIVIR IN CIVITATE
SEQVANORVM.

Vide Genebrierii dissertationem Gallice editam, qua Magniam Vrbicam Cari Caesaris uxorem fuisse, non absurde statuit Paris. 1704. p. 69. 70. 72. Quod vero Goesius addit, Aggenum videri Christianum, certissime probatur ex loco p. 61. ubi *crescentem Religionem sacratissimam Christianam* celebrat. Idem, auspicaturus commentarium in Frontinum de controversiis, ait, divino praesidio se suam suscipere scriptionem: quo ipso nihil tamen dicit, quod non dicere possit saepeque dixerit homo etiam Ethnicus. Aggenum de controversiis primus Rigaltius vulgavit ex codice Arceriano Memmianae Bibliothecae. Desunt tamen controversiae de positione terminorum, de vigore, de fine et de loco, quas requirendas esse ait idem Rigaltius. De controversiis agrorum vide etiam Cuiacium libri X, Obs. c. 2.

Eiusdem

Eiusdem Aggeni ad Frontinum de agrorum qualitate, multis modis inquinata esse rebus absurdis et ineptis, observat Goesius, ita ut plurimum differant a reliquis, quae de controversiis ipse scripsit. Ediderat illos Aggeni ad Frontinum commentarios primus Io. Sichardus ad calcem Codicis Theodosiani Basil. 1528. f. apud H. Petri.

4. Liber eiusdem argumenti, auctore *Simplicio* p. 76. Rigaltius hunc refert ad auctorem Frontinum, et p. 222. non sine ratione suspicatur, Simplicii nomen confictum esse ex his verbis Aggeni pag. 62. *Nam et* simplicius *enarrare conditiones earum existimavi.* Adde p. 245.

5. *Aggeni Vrbici in Iulium Frontinum Commentariorum liber secundus*, qui Diazographus inscribitur, constans variis figuris in aes incisis p. 90. *Vrbici* etiam Grammatici mentio est apud Ausonium Ep. 22.

6. *Iulii Frontini de Coloniis* libellus. Sub hoc titulo sunt primum Excerpta e commentario *Claudii Caesaris* p. 102. *Severi*, sive *Veri* potius, *Lex agrorum* ex eiusdem *Claudii* commentar. pag. 111. *Antonini* et *Commodi* mentio p. 106. qui Frontino fuerunt posteriores: unde Goesius recte libellum hunc habet pro farragine ex Frontino et aliis ab indocto quodam homine consarcinata. *Liber Augusti Caesaris et Neronis* habens mensuras limitum et terminorum provinciarum quarundam Italiae, p. 109. *Ex Balbi mensoris*, qui tempore Augusti omnium provinciarum et civitatum formas compertas in commentariis retulit, et legem agrariam per universitatem provinciarum distinxit et declaravit, similes p. 118. deinde *Frontini* ipsius libellus p. 128. rursus Excerpta e *Balbo* p. 142. ex *Mappa Albanensium* pag. 145. et *Fragmenta Terminalia* pag. 147. *Andreae Schotti* notas ante ineditas in hunc Frontini libellum vulgavit Burmannus ad calcem Velleji p. 632 —

640. Lugd. Bat. 1719. 8. Etiam separatim sine loci et temporis notatione ab eodem Schotto edita sunt in 8. *Geometrica et Gromatica* vetusti scriptoris cum excerptis ex *Epaphrodito* et *Vitruvio Rufo*, ex Mſ. Codice Dunensis Abbatiae Cisterciensis, in quo Boethius etiam de Musica et Geometria continebatur. Ceterum Frontinus in altera parte operis, quae est ipsius p.128. *Siculus* dicitur. Goesius quidem putat esse legendum *Frontini* et *Siculi*, Flacci scilicet, et ex utroque esse Excerpta.

7. *Hygini agrimensoris publici Gromaticus*, sive de castris metandis liber, figuris in aes incisis illustratus, p. 150. Hyginus in Inscriptione vocatur libertus Augusti Imp. in quo non intelligi potest is, qui vulgo sic appellatur, Caesar Octavianus, cum longe iunior hic Hyginus fuerit, mentionem quippe faciens Traiani p. 209. et p. 174. laudans Lucanum. Rigaltius quidem Traianum iubet intelligere, cui ut Imperatoribus reliquis universis tributum nomen Augusti. Idem pag. 272. notat apud Cassiodorum lib. 3. Variar. Epist. 52. sub *Hyrummetrici* nomine latere nomen *Hygini Gromatici*. Quemadmodum ibidem pro *Grammaticam disciplinam* legendum esse *Gromaticam* observavit Vossius lib. 1. de arte Grammatica. Confer Io. Laurembergii, Gromatica, quibus ius terminale et finium regundorum leges explicantur Hafniae 1640. 4. Eundem Hygini Gromaticum, uti Frontini quoque Commentaria, et Aggeni Vrbici, una cum Vegetio suo, sed admodum corruptum et minus emendatum edidit *Petrus Scriverius*, ut dictum supra in Vegetio. Commentarius eruditissimus *Hermanni Rhabodi Schelii* c) in hunc

c) De huius Schelii commentariis, qui longe plura de re veterum Romanorum militari in affectis habuit, vide quae notat Io. Georgius Graevius praef. ad Tom. X. thesauri Antiqu. Rom. et Th.

hunc Hygini librum e veteribus libris emendatum, et Polybii locum de castris Romanis e libro VI. Histor. seorsim prodiit Amstelod. 1660. 4. et insertus inde tomo decimo thesauri Antiquitatum Romanarum Graeviani. Etiam Salmasius in Gromaticum Hyginianum notas paravit, ut refert ipse p. 295. ad Solin. Eiusdem *Hygini* liber *de limitibus* p. 203. quem Hygino indignum esse contendit Goesius in notis p. 166. Eiusdem *de conditionibus agrorum* p. 205.

8. *Fragmentum agrarium de limitibus* p. 215. In limine statim Varro memoratur: ceterum totum fere est ex *Hygino*, cui tribuitur in codice quodam antiquo manu exarato, etsi P. Scriverius fide alterius codicis edidit sub nomine *Frontini*.

9. *Ex libro XII. Innocentii d*) Vrbi Praefecti, *de litteris, quibus signatae casae*, ex notis iuris exponendis pag. 220.

10. *Liber Marci Baronis* (Varronis) ad *Rufum Silvium de Geometria* p. 235. Hunc ex Mſ. Arceriano edidit Rigaltius. Varronis autem esse nequit, quia p. 243. memorat Hyginum, ut dictionem Varrone indignam aliaque argumenta omittam. Longe alius erat Varronis liber de Geometria, cuius mentio est apud Cassiodorum, ex quo Frontinus Boethiusque *e*) profecisse se fatentur. Sed hic, ut alia doctissimi illius viri scripta, temporum iniuria intercidit.

11. *Ordines finitionum* ex diversis auctoribus, una cum figuris in aes incisis p. 247.

 12. *Caius*

Crenius in notis ad Gabr. Naudaei Bibliographiam militarem T. 2. Methodor. p. 518. In eius laudem plura idem Graevius Orat. ... ad 1662. dicta in eius funere.

*d*) Innocentium sub Constantio agrimensorem fuisse, auctor Ammianus Marcellinus lib. 19, 11. At excerpta haec ex eius libro 12. ab imperito quodam consarcinata v. Valeſ. ad Ammian. l. c. et Menagii Origines Gallicas in *dessous*.

*e*) Boethius lib. 2. Geometriae p. 1537. et 1540.

12. *Caius* et *Theodosius* auctores p. 252. *Latinus* et *Mysrontius* togati Augustorum, auctores *de locis suburbanis vel diversis itineribus pergentium in suas regiones* p. 254.

13. Ex libris *Magonis et Vegojae* (male *Vegetii* legit Barth. XXIX, 1. Adversar.) auctorum p. 255.

14. *Idem Vegojae Arunti Veltymno* p. 258. quae nomina qualia sint, non meum est dicere, sed haruspicis Salmasii, qui p. 78. ad Solin. legit: *item Vegoia*, Βυγόεια nympha, quae artem fulguritam scripserat apud Tuscos, teste Servio in VI. Aeneid. v. 72. *Arrunti Vertumno*, sive fragmentum libri ad Arruntem Vertumnum: quae nomina Hetrusca sunt.

15. *Arcadius* (*Augustus*) auctor *de terminis et de lineis partium Orientalium* p. 259.

16. *Vitalis auctor* p. 260.

17. *Faustus et Valerius* p. 261.

18. *Ratio limitum regundorum.* Auctores *Theodosius* et *Neuterius* p. 263.

19. *Expositionum*, sive lapidum finalium, *per diversas provincias* positorum p. 266. cum figuris aere impressis.

20. *Expositio de Marginibus terrae et operibus caesis* p. 273. ἀκέφαλος.

21. Expositio *de Vallibus* p. 273. et paludibus p. 274.

22. *Varatio fluminis ex M. Iunio Nypso.* Quod fragmentum longe locupletius vulgavit Goesius p. 285. M. Iunii Nipsi inter Agrimensores mentio est ap. Boethium lib. 2. Geometriae pag. 1540. Vitruvii Rufi ex Epaphrodito Architectonica et M. Iunii Nypsi (male legitur Hypsi) de mensuris agrorum liber refertur in Catalogo Mstorum Scipionis Tertii. Vide Labbei Bibl. nov. Mss. p. 384. Ceterum hic *M. Iun. Nypsus* integrior fuit Neapoli in Bibl. nobilissimi Iosephi Vallettae.

23. *Ex*

23. *Ex Isidori Hisp. libro XV. cap. 14. Originum* p. 290. Ex libris *Dolabellae* p. 293. cum figuris in aes incisis. Ex libris *Latini de terminibus* p. 302. *Caius* auctor V. P. p. 304. Auctor *Vitalis* p. 305. *Faustus et Valerius VV. PP.* auctores, ibidem. Ex libro *Frontini* secundo p. 308. *Latinus V. P.* togatus p. 310. *De iugeribus metiundis* p. 311. Ex *Euclidis* lib. I. prolegomena p. 316. *De mensuris secundum Geometricae disciplinae rationem* ex voluminibus Virorum eruditorum *excerpta* p. 330. Fragmentum *Legis Thoriae* cum supplementis Sigonii p. 329. Aliud fragmentum pag. 335. *Legis Mamiliae* capita tria p. 339. Lex *Roscia*, *Peducea*, *Alliena*, *Fabia* interciderunt. Ceterum tria illa capita e veteri Codice primus cum notis suis et castigationibus ediderat Lipsius lib. I. elect. cap. 15. *Imp. Constantini Aug.* rescripta tria p. 340. adde Cuiacii Observ. lib. XIX. cap. 16. *Impp. Valentiniani*, *Theodosii et Arcadii* rescriptum p. 342. Rescriptum *Impp. Theodosii*, *Arcadii et Honorii*, ibid. *Impp. Theodosii et Valentiniani* rescripta tria p. 343. Vide Codic. Theodosian. T. I. p. 200. seq. edit. Iacobi Gothofredi. Ex *Modestini libro X. Pandectarum*, *Vlpiani libro VI. Opinionum*, *Florentini sexto Institutionum*, *Callistrati tertio de cognitionibus* p. 345. *Ex Pauli libro quinto sententiar. et lib. 23. ad edictum* p. 346. *Imp. Tiberii Caesaris* de sepulcris, ibid. *Legis Liciniae* cap. IX. p. 348. *Legis Semproniae* cap. XIII. p. 349. *Legis Iuliae* de agrorum divisione cap. XVIII. p. 350. Agrariarum *Caesaris Augusti* cap. XI. *Agrariarum*, quarum nomen ignoratur, cap. VI. p. 353. *Legis Agrariae*, quam *P. Servilius Rullus* Tr. pleb. proposuit M. Tullio Cicerone et C. Antonio Coss. capita XXI. collectore Goesio, pag. 353. eiusdem legis capita, qualia a Rigaltio edita fuerant pag. 358 — 360.

Legum agrariarum fragmenta ſunt et apud Gruterum in theſauro Inſcriptionum veterum pag. CCII. ſeq. *Octavius Muſa* menſor Auguſti Caeſaris memoratur a Servio ad Virg. Ecl. IX, 7.

# INDICVLVS SCRIPTORVM,
## AD PAGINAS EDIT. GOESIANAE.





CAPVT

# CAPVT VIII.

## DE MEDICIS ANTIQVIS.

I. *Medici ab Torino, Aldo et H. Stephano iunctim editi.* II. *Alii ab H. Stephano omissi.*

I. MEDICAE ARTIS scriptorum latinorum *primam* Collectionem edidit *Cratander* Basileae 1528. f. cuius iam supra mentio facta in c. de Plinio mai. p. 247. In ea sunt 1. *Sorani* Isagoge in artem medendi, antea non visam. 2. *Oribasii* fragmentum de victus ratione, antea nunquam editum. 3. *Plinii* de re medica libri V. accuratius recogniti, et, nothis ac pseudepigraphis semotis, ab innumeris mendarum millibus, fide vetustissimi Codicis repurgati. 4. *Apuleii* de herbarum virtutibus historia, e tenebris eruta et a situ vindicata. 5. *Antonii Musae* de Betonica, paullo ante excusus, cum Indice rerum et verborum. Curam operis habuit *Albanus Torinus* Vitodurensis, qui in epistola ad Episcopum Basileensem in capite, et in altera ad Lectorem, ad calcem operis, docet, se usum esse libris scriptis bonis, in *Plinio* in primis, ex quo etiam quaedam accesserint, quae aliis exemplis deessent, et *Apuleio*, in quo emendando duo antiquissima exempla scripta habuerit: contra unum modo exemplum habuisse *Sorani*, idque vitiosissimum, in eoque recte emendando melioribus libris opus esse, etsi ipse plura manifesta menda delerit. Estquè adeo haec editio praesertim qua Plinium et Apuleium, inter primarias ponenda. Haec collectio est inserta sequenti, eodem ordine servato.

Secuta est altera Collectio *Aldi* nepotis, eaque maior, Ven. 1547. fol. In ea sunt 1. *Celsus*. 2. *Serenus Sammonicus*. 3. *Trotula*. 4. *Marcellus Empiricus*. 5. *Scribonius Largus*. 6. *Sorani Isagoge*. 7. *Plinii* de re Medica libri V. 8. *Apuleius* de herbis. 9. *Antonius Musa* de Betonica. 10. *Aemilius Macer* de herbis cum commentariis Io. Atrociani. 11. *Strabi Galli* hortulus. 12. *Coelii Aureliani* de morbis chronicis libri V. 13. *Theodori Prisciani* libri quatuor. Haec collectio cum Mss. Codd. collata a Nicolao Nancelio fuit in Biblioth. Gudiana: id exemplum exstat hodie in Bibl. Serenissimi Ducis Vinariensis.

Viginti annis post tertium Corpus medicorum antiquorum tum graecorum tum latinorum factum est sub titulo *Medicae artis Principum* ab *Henrico Stephano* tribus Voluminibus Paris. 1567. f. in quo latini, praeter graecos, insunt hi

1. *Cornelius Celsus*, de quo supra suo loco II, 4.

2. *Scribonius Largus Designatianus*, cuius liber *de compositione Medicamentorum* ad Caium Iulium Callistum, *Io. Ruellii* opera, quem sat audacem Scribonii restitutorem vocat Barthius 48. 49. Adversar. primum e tenebris erutus prodiit Basil. 1529. 8. cum *Antonii Benivenii* recentioris Medici libro, de abditis nonnullis ac mirandis morborum causis, et *Polybi*, Medici vetustissimi Graeci, libello de victu salubri destitutis, latine per *Guintherium Andernacum* reddito. Vixit Scribonius sub Tiberio, a) Claudioque Impp. et Galeno pluribus locis memoratur, unde Ianus Cornarius

a) Cap. 120. ait Scribonius, se a Cassii Medici servo, Atimeto, Tiberii Imp. legato, medicamentum quoddam accepisse. Adde cap. 176. Non est itaque *Siburius*, nescio quis, vel *Designatianus*, qui paulo ante Marcellum demum vixerit, ut Barthio Adv. 39, 16. in mentem venisse video. Praeceptores laudat Chirurgum Tryphonem, Apuleium Celsum, Valentem etc.

narius *b*) praefat. ad Marcellum Empiricum, in cuius librum integrae fere Scribonii compositiones sunt insertae, suspicatur, Scribonium non latine, sed Graece scripsisse, posteaque Graeco-latinum factum esse, circa aetatem Valentiniani Imp. Sed Cornarium, etsi praeterito eius nomine, refellit Marsilius Cognatus Var. Observatt. III, 14. Fuit autem Empiricus ille quidem, nec tamen infensus dogmaticis, nominatim Asclepiadi, quem suum vocat cap. 75. laudat etiam cap. 84. Praestantissimam denique Scribonii editionem, cum notis uberrimis eruditissimisque et Lexico, *Ioanni Rhodio* debemus, qui, Octavii Ferrarii consilio, emendatum a se illustratumque in lucem emisit Patavii 1655. 4. Alius, ut videtur, fuit *Mathematicus Scribonius*, de quo Sveton. Tiberio cap. 14. In praefat. libri, peregre scripti, memorat alia *scripta sua latina* (quasi et Graeca scripsisset) *medicinalia*, quae Callistus ille, ad quem librum scripsit, Caesari (Claudio) dederat. Eundem Callistum iterum alloquitur compositione 151. et in peroratione operis. Post caput 166. compositiones quaedam desiderantur. Index compositionum incertum, an a Scribonio ipso, vel antiquo Grammatico praefixus sit. v. Rhodium p 91. Prima Scribonii editio est Parisiensis 1629. 8. hinc mox recusa eodem anno Basil. 8. apud Andream Cratandrum. Parisiensem illam passim Rhodius laudat, ut pag. 31, 174. etiam Plantinianam, ut pag. 28. 29. etc. Pars Scribonii, quae tractat de simplicibus, excusa etiam Argentorati 1532. fol. cum aliis aliorum. Illam vellicat Cardanus libro de medicinarum simplicium noxa. Claudii quidem Imp. interioris admissionis Medicus videtur fuisse, cum in Britanniam eum sequeretur. Rhod. p. 189. Andreas Borrichius p. 191. appendic. ad

*b*) Cum Cornario facit Barthius p. 2357. Adversar. Casp. Hofmannus ex G. Richteri Epistolis pag. 571. patet, et Hermannus Conringius introductione in Medicinam p. 55.

ad curas Posteriores Christophori Cellarii. *Adverterit facillime qui diligentius legerit Scribonium, familiarium vulgariumque verborum quam elegantiae studiosiorem fuisse, dum ita scribere laboraverit, ut ab omnibus, cognitissimis verbis intelligeretur.* Scribonium, Marcellumque a se emendatos atque illustratos memorat *Ioannes Caius* Britannus de libris propriis p. 167. edit. Lond. 1729. 8. Prima lucem viderat a. 1570. et Caius ipse defunctus est a. 1573.

# EX IOANNIS RHODII INDICE
## IN SCRIBONIVM LARGVM
## EXCERPTA.

***Numeri, sectiones editionis Rhodianae denotant.***



*Anto-*

Oph-

Nec

Nec sua utrique deest ratio. Zopyrus enim venusta satis metonymia, sive tacita malis cum Grammaticis appositione, antidotum a Zopyro confectam indicat. Zopyrius etiam ellipsi idipsum notat, quod Galenus aperte protulit. Qua nostri quoque temporis medici efferunt Mithridatium, sicubi antidotum postulant. Sed nolo plura. Etiam Fabii sententia *inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua nescire.*

3. *Marcellus* Burdegalensis, Medicus, ut vulgo audit, c) *Empiricus*, Theodosii Magni Archiater, cuius *librum Medicamentorum* ad filios suos scriptum primus in lucem protraxit *Ianus Cornarius*, una cum Aëtio, latine a se verso Basil. 1536. f. Inter Epistolas, Marcelli libro praemissas, ea, quae Hippocratis ad Maecenatem absurde inscribitur, rectius edita est Norib. 1587. sub nomine *Antonii Musae.* Quae Celsi nomine ibidem occurrit ad Caium Iulium Callistum, non Celsi est, sed Scribonii Largi. Carmen, quod ad calcem libri extat, diximus supra, videri quibusdam clausulam poëmatis *Sereni Sammonici* de Medicina, quod porro in Stephani collectione cum *Rhemnii Fannii Palaemonis* carmine de ponderibus ac mensuris sequitur, et de quorum utroque jam supra dictum fuit. Qui Mstas apud Is. Vossium *Marcelli* membranas, literis scriptas quadratis, et 800. annorum aetatem excedentes, consuluerunt, varie illum scriptorem a Cornario interpolatum queruntur, ut Io. Rhodius ad Scribonium p. 158. qui Marcelli etiam novam editionem molitus fuit. Marcellus in titulo Epistolae ad filios vocatur *vir inluster*

c) Ipse Marcellus in praefatione ait, se remedia collegisse etiam per rusticos ac plebeios homines experimentis comprobata. Porro de triplici genere Medicorum apud veteres, Dogmaticis sive Rationalibus, Empiricis et Methodicis, vide Celsum in praefatione.

*ster ex magno offitio Theodosii senioris*, *d*) ipse vero narrat se diligenti lectione scrutatum veteres medicinae artis auctores, latino sermone scriptos, utrumque *Plinium* et *Apuleium* et *Celsum* et *Apollinarem* et *Designatianum*, aliosque nonnullos, etiam proximo tempore inlustres honoribus viros, cives ac maiores suos, *Siburium*, *Eutropium*, atque *Ausonium*. Addit vero etiam ab agrestibus et plebeiis remedia fortuita atque simplicia se didicisse: unde non mirum, in Marcelli libro occurrere etiam superstitiosa nonnulla; ut quod suadet versus graecos contra faucium dolores suspendere e collo cap. 15. p. 307. 309. cap. 29. p. 378. et aliud carmen cap. 21. p. 339. seq. et cap. 28. p. 373. H. 379. B. 380. E. et cap. ult. sive 36. p. 411. etc. Praemittitur inde notatio de mensuris et ponderibus medicinalibus, ex Graeco translatis, iuxta *Hippocratem*: deinde Epistolae variae, 1) *Largii Designatiani* ad filios: 2 et 3) sub falso *Hippocratis* Coi nomine ad Antiochum Regem et ad Maecenatem: 4) *Plinii Secundi* ad amicos de medicina: 5) *Scribonii Largi* ad Iulium Callistum sub falso *Celsi* nomine: 6) *Cornelii Celsi* ad Publium Natalem: 7) *Vindiciani* Comitis Archiatrorum ad Valentinianum Imp. In opere ipso pauci laudantur scriptores, ut *Democritus* c. 8. p. 269. *Antigoni* medici collyrium commendatur c. 8. p. 267. 274. edit H. Stephani, et collyrium *Antonii Musae* p. 281. aliud medicamentum c. 20. p. 327. Dentifricium Octaviae Augusti sororis memoratur c. 13. p. 297. et Augustae Messalinae, itemque p. 298. aliud quod *Artemius* (c. 36. p. 410. rectius *Artemisius*) Dianio ostendit, Arteriace *Asclepiadis* Medici cap. 14. pag. 299. Remedium *Cosmi* Medici ad anginam p. 301. Purgatio c. 30. p. 383. Potio Cosmiana et antidotus c. 20. p. 327. c. 29. p. 377. Compositio excerpta ex libris *Ptole-*

*d*) Adde Iac. Gothofredum ad lib. 29. Cod. Theodos. de haere- ticis, et Pagium ad a. C. 395. n. 8.

*Ptolemaei Evergetae* Regis c. 14. p. 302. Confectio emplastri contra podagram, quod rex Ptolemaeus invenisse dicitur c. 36. p. 411. Liviae Augustae compositum adversus anginam c. 15. p. 304. Acopum, quo Livia Augusta et Antonia usae sunt c. 35. p. 402. Medicamentum *Apuleii Celsi* et praeceptoris nostri *Valentis* c. 16. p. 310. *Vindiciani* ad tussim p. 316. Remedium ad stomachi et lateris dolorem, quod reperit *Paccius* Antiochus, auditor *Philonidis* Catinensis, et post Paccii mortem demum vulgatum Tiberius Imp. in Bibliothecis publicis posuit, laudatur c. 20. p. 324. (ex Scribonii sect. 97.) atque aliud contra lumborum dolores c. 25. p. 351. et Compositio ex libro *Philonidis*, quae Tiberio Caesari etiam componebatur c. 29. p. 380. *Philonianum* antidotum p. 329. c. 22. p. 341. *Dionysianum* oxyporium pag. 333. *Attali* Regis medicamentum c. 22. p. 342. Potio a *Procliano* Medico ostensa, et aliud eius medicamentum p. 344. aliudque *Iunii Crispi* c. 23. p. 345. *Ianuarii* medici cataplasma ad splenem p. 347. *Gamelielis* patriarchae remedium ad splenem p. 350. Aliud contra arthritidem, quo *Ausonius* Medicus sanatus est c. 25. p. 353. *Milonis Brochi*, praetoris, hominis optimi, et *Ambrosii* Medici Puteolani mentio c. 26. p. 355. *Iulii Bassi* colice c. 29. p. 376. *Prosdochi* Medici remedia electa p. 381. *Anteros* Caesaris libertus remediatus sive liberatus a podagra c. 36. p. 408. Gallica interdum laudat Marcellus herbarum et animalium vocabula, ut c. 25. p. 354. c. 26. p. 358. c. 29. p. 375. 379. c. 34. p. 396. etc. Denique *Marcellum* alterum, medicum egregium Neronis aetate c. 20. p. 332.

A Marcello hoc compilatum esse interdum Scribonium, animadverterunt viri docti, eumque Christianum fuisse patet clare locis aliquot, ut c. 23. p. 347. et c. 25. p. 352. ubi memoratur spina alba, qua coronatus sit Christus, et item formula legentium herbas, *iterum teneo,*

*herbam lego, in nomine Christi prosit, ad quod te colligo.*

4. *De Sexto Placito*, T. II. p. 684. quem Lipsiae quoque a. 1654. 8. cum aliis quibusdam medicis scriptis edidit *Andreas Rivinus*, supra in Apuleio diximus.

II. In hac Stephani Collectione igitur, non illa, ut nunc est, magni usus atque adeo pretii, quod et Graecos non sua lingua loquentes, sed latine modo exhibet omnes, nec latinos omnes; in ea igitur praeteriti sunt hi, qui in Aldina Collectione sunt:

1. *Plinius Valerianus*, de *re medica* L. V. de quo, uti de Historiae Naturalis quoque auctore eiusdem nominis, dixi supra suo loco.

2. *Soranus*, sub cuius nomine *Isagoge in artem medendi* ad Maecenatem (quem capite V. alloquitur) cum Plinio Valeriano aliisque vulgata est ab *Albano Torino*, Basileae 1528. f. Qamvis vero Torinus non dubitat, de Graeco conversam esse, et quamvis in Bibliotheca Lindenii Medica, clarissimique Merklini Lindenio renovato, ad Soranum Ephesium *e*) Graecum Medicum, sine dubitatione refertur, latini tamen scriptoris esse, pluribus ostendit Marsilius Cognatus lib. 4. c. 2. Variarum Observationum, cui Vossius libro de Philosophia p. 98. et in latinae linguae originibus p. 209. 233. suffra-

*e*) Fallitur ibidem Lindenius, quod *Soranum Ephesium*, qui sub Traiano vixit, confundit cum *iuniore Sorano Ephesio*, cuius exstat de natura muliebri fragmentum cum Rufo Ephesio editum, et Vita Hippocratis, quae Coi illius senis operibus praemitti solet. Senioris Sorani libri IV. quibus corporalem et mortalem substantiam animae humanae tribuerat, memorantur Tertulliano libro de anima, ubi Soranum illum Methodicae Medicinae instructissimum vocat. Soranum inter interpretes aphorismorum Hippocratis laudat auctor commentarii in eosdem aphorismos, qui latine ab Andernaco editus ambulat sub nomine Oribasii Medici Graeci, et in limine quaedam habet, iisdem verbis obvia in pseudo-Sorani Isagoge. Fuit et alius *Q. Valerius Soranus*, cuius Cicero in Bruto aliique meminerunt. Soranus augur et ap. Ciceron. 1. de divinat.

ſuffragatur, et in caſtigationibus ad fragmenta Ennii p. 58. ( T. 4. Opp. p. 116. b) *Soranus docet Iſagoges ſuae c. 17.* genas *dici, quia in utero genibus opponantur. Atque ex hoc inter alia cognoſcimus, librum iſtum (quo ſane exigua iactura careremus) non eſſe nobilis illius Medici Sorani Epheſii, ac ne Graeci quidem ſcriptoris, quando* gena *Graece eſt* βλέφαρον, genu γόνυ. Idem lib. 3. de Hiſtoricis Graecis p. 415. obſervat, falli Lonaeum Boſcium, qui Sorano Cilici tribuere illam Iſagogen non dubitavit. Fortaſſe Coelii Aureliani eſt, a cuius dictione non valde abhorret, et qui in aliis quoque ſcriptis expreſſit maiorem Epheſium Soranum. Confer de Soranis Baluzium p. 327. ad Epiſt. 76. Cypriani, et de hac Iſagoge Dan. Clericum V. C. parte 2. Hiſt. Medicinae capite 4. et quae de illa dixi in Centuria plagiariorum num. LV.

3. *Coelius Aurelianus* Siccenſis, *f*) cuius *celerum ſive acutarum paſſionum libri tres a Io. Guinterio Andernaco* emendati, atque primum editi Pariſ. ſunt ap. Simonem Colinaeum 1533. 8. *g*) Quinto anno ante *Ioannes Sichardus* eiuſdem Coelii *libros quinque tardarum ſive Chronicarum paſſionum* ſeu morborum, a Theobaldo Fettichio Wormatienſi, Ludovici principis Palatini Medico acceptos, vulgarat Baſil. 1529. f. poſt in Collect. Aldina editos: qui cum notis Mſſ. *Nancelii* in Bibl. Gothana ſunt. In Graecis conſtituendis et exponendis, quae in hoc ſcriptore plurima occurrunt, Sichardus adiutum ſe eſſe teſtatur a Iano Cornario, cui plurimum ſane hae literae debent. Vtrumque Coelii opus ad fidem Mſti emendatum et notis illuſtratum no-

 mine

*f*) Ex Sicca Veneria Africae, quae trium dierum itinere a Carthagine diſtabat. Vide Petrum Weſſelingium in libro Probabilium c. 3.

*g*) Apud Lindenium male legas, a. 1529. fol. ut notatum doctiſſimo Almelovenio. Idem mendum et alia inſuper reperies in Pandectis Brandenburgicis Hendreichii T. 1. p. 356.

mine ſuppreſſo, Lugduni (non Londini ut legitur apud Merklinum p. 135. et in Pandectis Brandenburgicis) edidit Iacobus Dalecampius a. 1569. 8. notae videntur eſſe *Io. Conr. Ammanni* et aliorum plurium, non unius Dalecampii. In titulo dicitur huius ed. textus e Mſſ. correctus. Sed eadem vitia, et lacunae inſunt, quae in ſuperioribus. Noviſſime luculentam huius ſcriptoris editionem dedit Henricus Wetſtenius Amſt. 1709. recuſam 1722. 4. cum notulis e Lugdunenſi editione repetitis, noviſque eiuſdem *Ammanni*, et ſeparatim adiectis ad calcem voluminis animadverſionibus, quas partim ex ſua penu deprompſit, partim ex Virorum doctorum ſcriptis collegit *Theodorus Ianſonius ab Almeloveen*, qui et Lexicon Coelianum atque indices locupletiſſimos ſubiecit auctorum commemoratorum rerumque. Ex Codice Barthii et Daumii manu paſſim notato loca quaedam editionis huius Amſtel. corrigunt auctores Ephemeridum literariarum german. editarum Lipſ. 1710. p. 396. ſeq. Vide ſis etiam Michaëlem de la Roche in Diario Londinenſi *memoirs of litterature* Tom. 1. p. 38. et Diarium Londinenſe alterum, Hiſtory of the works of the learned a. 1710. p. 342. Memoires liter. de Trevoux 1714. p. 2159. Novam editionem ante plures annos promiſit Nic. Blancardus in praefat. ad Arrianum de Expedit. Alexandri. Traditum etiam eſt, Georgium Francum de Frankenau, Regis Daniae Archiatrum, in Coelio illuſtrando, luculentiſſimaque eius ſcriptoris editione concinnanda occupatum fuiſſe. Thomas vero Bartholinus inter deperdita ſua memorat notas et emendationes in Coelium Aurelianum pag. 88. de Bibliothecae ſuae incendio. In libris Chronicarum paſſionum plura emendat illuſtratque Thomas Reineſius Lib. III. Var. Lect. cap. 17. et 18. cuius exemplum nos habemus totum in marginibus emendatum.

*L. Coelius*

*L. Coelius Arrianus* dicitur Adriano Iunio T. 4. Lamp. Gruteri p. 457. Philippo Caroli ad Gell. III, 3. et Valerio Chimentello pag. 130. de honore bisellii, ubi eum *apprime doctum* appellat, *elegantem*, *eruditum*, *omnino dignum*, *quem artis Asclepiadicae terant alumni*, *nemo literarum amans ignoret.* At *Coelium Aurelianum* vocandum esse non dubitant plerique alii viri doctissimi, Reinesio pag. 656. seq. laudati. Quia Galeni nusquam meminit, illo superiorem fuisse aetate, putabat Vossius p. 98. libri de Philosophia. Sed aliud videtur eidem Reinesio, qui saeculo quinto vixisse arbitratur, cum linguae latinae puritas Europaearum gentium idiotismis et Hunnorum Gothorumque barbarie decoxisset. Stilo itaque, ut seculum ferebat, et genius patriae, usus est grandi, implexo, difficili, ad tautologias usque luxuriante, irregulari, semisoloeco nonnunquam, modo archaismis, modo peregrinis et novis a vulgo acceptis, Graecorum ubique affectator et interpres, interdum infelicitate etiam sua festivus, scriptor alioqui non ineruditus, qui Graecorum vetustissimorum ut in sectas abierant, doctrinas diligentissime conquisiverat, digessit, recensuit et libere excussit. Etsi enim Methodicorum sectae fuit addictus, quod inde coniicitur, quia Themisonis, Thessali et Sorani, *h*) quem principem identidem appellat et semper sequitur, dogmata frequenter repetit et illustrat, laudatis eorum a nemine praeterea memoratis libris, subinde tamen, quae maiores male definierant, non erubuit vellicare. Celsi Pliniique non facit mentionem, utpote latinorum, neque Galeni, infensi Methodicis, quos Coelius inprimis admirabatur.

 Scripsit

*h*) Hinc G. Io. Vossius IV. 86. de Idololatria ait Coelii libros rectius dici Soranum a Coelio latinitate donatum. Adde Mercurialem lib. 2. c. 12. Var. Lect. Quod vero idem Vossius putat Coelium nostrum laudari a Cassiodoro c. 31. divin. lect. in eo fallitur. Nam pro *Coelii Aurelii* apud Cassiodorum legendum *Celsi Aurelii*, ut notavi supra e Reinesii pag. 656. Var. Lect.

Scripſit praeter libros illos, *Graecarum Epiſtolarum librum* ad Praetextatum, *Adiutoriorum*, *Medicaminum*, *Muliebrium Paſſionum* libros, *Reſponſionum de Chirurgia*, *Problemata*, et *de febribus*, et *Praeceptorum ſalutarium librum*, quae temporum iniuria amiſimus. Libros qui exſtant et in quibus non contemnendae, de ſignis praecipue morborum, obſervationes occurrunt, rectius dici *Soranum a Coelio latinitate donatum*, ſcripſit Voſſius pater lib. IV. 86. de idololatria, et Gerhardus Voſſius filius ad Velleium II, 120. ſecuti amho Mercurialem lib. I. cap. 10. Variar. Lect. Sed licet Sorani multa Coelius probet laudetque, et libenter eum ſequatur, tamen non dubito, hoc ſcriptum ab Mercuriale Voſſiiſque valde ὑπερβολικῶς, ſimiliter ac velim a Barthio illos fuiſſe appellatos nominatim XXXVIII, 3. Adverſar. ubi ait: *videmur nobis obſervare poſſe aliquot* a Coelio Aureliano *nominari ſcriptores Galeno poſteriores.*

# INDEX SCRIPTORVM A COELIO AVRELIANO LAVDATORVM.

*Ex editione Almeloveniana.*



*Apol-*

*Hero-*

4) *Theodorus Priscianus* Archiater, secta itidem Methodicus, qui, libro II, 26. et IV. *de physica scientia*, praeceptorem laudat *i*) Vindicianum: unde sub Gratiano

*i*) Vindicianus ProCos. Africae et sub Valentiniano seniore comes Archiatrorum, quem magnum suorum temporum Medicum vocat Augustinus Epist. 5. Vid. et libri 4. cap. 3. lib. 7. c. 6. Confess. Cod. Theodos. lib. X. tit. 19. l. 9. de metall. et Lib… de Medicis et … sem de cessar… Nic. Myre… L. 50. … Vit…

et Valentiniano II. floruisse colligitur. Ad hunc forte Theodorum est Epistola Synesii 115. Certe ab Alex. Tralliano Graeco Medico allegatur lib. 1. cap. 21. etsi ibi male legitur *Theodorus Moschion* k) vel *Muscienus.* Exstat opus eius Librorum IV. Primus est *Euporiston*, sive plenius *Phaenomenon Euporistos:* nam sic in sequentibus libris citatur, ut II, 20. 22. *phaenomenon primus, phaenomenon superior:* de medicina praesentanea facileque parabili ad Timotheum fratrem: *liber secundus Logicus*, ad eundem Timotheum, de discutienda ratione in passionibus acutis et chronicis, quae oculis cerni non possunt. *Liber tertius Gynaecion*, de morbis mulierum et eorum curatione ad Sabinam: *quartus experimentorum de Physica scientia* ad Eusebium filium.

Hos quatuor libros sub falso et per errorem nato nomine *Q. Octavii Horatiani* l) vulgavit *Hermannus Comes Nuenarius*, Argentorat. 1532. quam editionem audacissimis depravationibus scatere notat Reinesius pag. 643. Var. Lect. Emendatius deinde et sub vero Theodori Prisciani nomine Basileae 1532. 4. edidit *Sigismundus Gelenius*, opus antea ineditum proferre se professus, ex quatuor exemplaribus MSS. hic illic mutilis: nam libri 1. cap. 24. 25. 26. et lib. 2. cap. 13—18. et initium cap. 19. et librum quartum integrum non habet; quae omnia in editione Argentoratensi leguntur.

celli libro de Medicamentis. Huius sunt etiam qui esse putent carmen quod in calce libri eiusdem Marcelli legitur, quod a Roberto Constantino ad Sammonicum pag. 497. habetur pro peroratione poëmatis Sereni Sammonici, de quo supra III, 5. Vindiciani excerpta ex Apicio laudat Vossius pag. 16. de vitiis sermonis. Alia Vindiciani Epistola ad Pentadium, de quatuor humoribus corporisque partibus, memoratur apud Labbeum Bibl. nov. MSS. p. 215. e Catalogo Bibl. Renati Moreau.

k) De Moschione Medico et Prisciano Lydo v. Bibl. Graecam de illo quidem Vol. XII. p. 702. seq. et XIII. p. 342. et de Prisciano libro 3. cap. 9. §. 15.

l) Loca quaedam illustrat etiam Reinesius Ep. ad Daumium p. 345.

tur. Editionem Nuenarii secutus est Aldus. Dictio paulo horridior est, modo graecismis, modo archaismis, modo nove usurpatis contra latinitatem admistis, etiam non nihil faeculenti atque barbari traxit vitio suae aetatis, ut eidem Reinesio observatum est, qui plura huius Prisciani illustrat lib. III. cap. XI. Var. Lect. Nusquam meminit Galeni quamvis eo longe iunior, Hippocratem vero plus vice simplici laudavit.

Hos libros senex iam in fratris *Timothei* gratiam ex Graeco, quod prius ediderat, opere in latinum compendium misit, Graecique meminit non uno loco, ut lib. 2. cap. 9. *addes etiam adiutoria de Graeco Euporisto;* et cap. 31. *eius remedium in Euporisto nostro invenies.* In editione Argentoratensi lepide Euporistus ingeritur pro viri nomine, cui auctor opus suum inscripsit: *Octavius Horatianus Medicus Euporisto. Nuperrime collegae Olympii exhortatione provocatus confeci nonnullos praesentaneae* (Medicinae) *libellos, quos vel mediocris fama retinet, sed Graeco stilo* etc. *Liber tertius* solitaneus *Gynaecion* m) ad *Sabinum* sive *Salvinam*, obstetricem fortasse, quia eam vocat *artis suae dulce ministerium.* Argentoratensis editio *Victoriam* appellat, ut forsan Victoria Sabina dicta fuerit. Eam cap. 5. ita alloquitur: *Nostra itaque Sabina professionis communis* (fortasse *nostrae cum sis,*) *hoc magis est tibi necessarium ministerium, quae ex tuis officiis sedulis in his maius experimentum habes.* Mentio huius libri lib. 2. c. 22. *Cum de partibus muliebribus sanguis eruperit, his in Gynaecion libello quid expediat sequenti lectione disposui.* Quartus liber est *Physico-*

*rum*

m) Hunc librum aliorum scriptis eiusdem argumenti a se collectis inseruit Israel Spachius, Argentorat. 1597. fol. Basil. 1586. 4. De *Sabina* illa (pro qua editio Gelenii *Salvinam*, Basileensis *Salvianam*, Nuenarii et Aldina *Victoriam* exhibet) vide Reinesium p. 509. seq. Var. Lect.

*rum* f. experimentorum de Physica scientia, ad *Eusebium*, quem *dulcissimum filiorum suorum* appellat. Meminit lib. 2. c. 11. *Etiam caeteris adiutoriis per beneficium ministrantibus, quae quam maxime in libro Physicorum commodius disponimus.* Allegatur etiam lib. 1. cap. 25. (23. edit. Argentorat.) et lib. 2. cap. 14. (pag. 97. edit. Argent.) Laudat Theod. Priscianus, *Apollonium Medicum* bis lib. 1. cap. 6. *Athenaei* Medici trochiscum refert lib. 2. c. 31. et lib. 3. c. 8. *Democritum* lib. 4. p. 81. *Pythagoram Aegyptiae scientiae gravem auctorem*, ibid. chalasticum *Titiani* Viri clariss. 85. antidotum *Terentii Eutychiani* ibid. diamoron Sebasti p. 86. hoc est quo usus Imperator ὁ σεβαστός; medicamentum *Philosophiani* p. 87. medicamentum, quod monstravit *Leoparda* p. 88. quod monstravit uxor Nomenclatoris, ibid. potionem experimentatam *Cornelio* ibid. et p. 89. confectionem, quam frequenter experimentavit *Eugamius* p. 89. Medicamentum *Eusebii* p. 90. *Porphyrii* ibid. Theodorum Priscianum laudant Simon Ianuensis et Matthaeus Silvaticus, et, qui pleraque ex Theodoro in passionarium suum transtulit, Gariopontus. Theodori librum secundum allegat Alex. Trallianus lib. 1. c. 15. p. 79. Sed alius est eidem p. 81. laudatus Theodorus Moschion sive Muscienus. Confer Reinesii Epist. 51. ad Daumium p. 137.

5. Editus etiam est *Theodori*, Medici antiqui, *Diaeta* sive *de rebus salubribus liber*, Argent. 1533. 1544. fol. cum *Trotula*, *Physica n)* *Hildegardis*, aliisque scriptis

n) Libros IV. Physicorum sive de rerum natura Argentor. 1533. editos non *Hildegardi* Abbatissae, divinis, ut iactabat, revelationibus celebri quae a. C. 1180. diem obiit, sed Hildegardi de Pinguia tribuendos esse, ex Simlero annotat doctissimus Caveus. At enim quam Hildegardin de Pinguia Simlerus vocat, haec ab altera illa neutiquam est diversa. Fuit enim haec ipsa Abbatissa in Coenobio S. Roberti in Pinguis, sive ad Bingam prope Rhenum fluvium.

ſcriptis eius argumenti. Seorſim quoque cum notis *Georgii Eberhardi Schreineri*, Halis Sax. 1638. 8. et ab *Andrea Rivino* cum aliis brevibus de re Medica ſcriptis, Lipſ. 1654. 8. Et hanc quoque diaetam cum Reineſio p. 510. Var. Lect. non dubitamus ad eundem Theodorum Priſcianum referre, quia mirifica eſt cum reliquis eius monumentis affinitas verborum, locutionum et doctrinarum. Alius antiquior Medicus ſed Graecus *Theodori* nomine Laertio memoratur, idem forte, qui occurrit apud Aetium XIII, 46. De Oribaſio hic non eſt dicendi locus, quia Graece ſcripſit, etſi latinis ſcriptoribus perperam annumeratur a Symphoriano Campegio, decepto verſione latina.

6. Librum *de paſſionibus mulierum*, ſ. *de remediis muliebribus*, *Trotulae* alii, feminae eruditae, o) cuius in illo ipſo libello mentio eſt cap. 20. alii complures *Eroti*, p) *Iuliae* liberto et Medico tribuunt, uti Adrianus Iunius lib. VI. Animadverſ. cap. 1. Sed, Ioanne Rhodio p. 11. in Scribonium notante, ſtilus ſcriptorem Iuliae aetate longe poſteriorem demonſtrat et uſus vocabulorum *diſtemperandi*, *pulverizandi*, *fomentandi*, *ſtuphae*, *ſuccari* etc. et vel in prologo ipſo primoque capite laudatus Galenus, et cap. 20. Cap. 17. citat *Cophonem*, et p. 43. *Medicum quendam in regione Franciae*, p. 60. *pulverem ordinatum per Magiſtrum Seraldum*, et Cap. 4. *Iuſtinianum* Medicum, an *Iulianum?* cap. 22. praeſcribit potionem *S. Pauli*. *Trotula* ipſa lau-

o) Henricus Baccius deſcriptione regni Neapolitani T. IX. theſauri ſcriptorum Italiae pag. 42. *Trotola ſeu Trottola de Ruggiero, multae doctrinae matrona Salernitana, quae librum ſcripſit de morbis mulierum et earum cura, et alterum de compoſitione medicamentorum.* Ex eadem ſchola peritiae Medicae cauſa etiam celebratur *Rebecca Guarna*.

p) *Protis* perperam excuſum eſt apud Lindenium p. 425. et in Merklini Lindenio renovato pag. 716. Erotis Medici mentio in veteri inſcriptione apud Gruterum pag. CCCC. 7. Nomen fuit ſervile apud Romanos, ut docet Menagius in amoenitatibus iuris pag. 193. ſeq.

laudata: *unde communiter Trotula vocata fuit, quasi magistra operis:* capite 61. *nobiles* illae *salernitanae*, imo cum earum fuco ex bresilio frustatim inciso, *mulieres Saracenae*, earumque experimentum ad denigrandos capillos: et c. 62. aquae vitae de vino meliore destillatae facta mentio. Vide Baptistam Morgagnum Epistola in Serenum Sammonicum p. 69. seq. Neque a foemina scriptus libellus, cuius auctor in prologo: *Ego, miseranda illarum* (mulierum) *calamitate, praesertim cuiusdam matronae instigatione compulsus, coepi diligenter contemplari de aegritudinibus* etc. Christianum se prodit primis statim prologi verbis: *Cum auctor universitatis Deus in prima mundi constitutione, rerum naturas singula iuxta genus suum distingueret* etc. et c. 17. *Si acciderit difficultas partus, ante omnia recurrendum est ad Deum:* et mox: *statim pariet Deo favente.* Doctorem Salernitanum fuisse putat Thomas Bartholinus diss. VI. de legendis libris p. 167. quam sententiam late et erudite defendit nuper proprio libello Christ. Gotfr. Grunerus V. D. Ienae (1773.) qui ad Sec. XIV. finem refert. Exemplum libri scriptum fuit in Bibl. Thomasii Noribergae. Editus est liber primum Argent. 1544. f. inter Medicos antiquos ab Aldo a. 1547. editos, p. 71. et inter Gynaeciorum scriptores collectos ab *Israele Spachio* in priore editione Basil. 1586. 4. p. 89. et alia 1597. porro in *Collectione Empiricorum* a *Bened. Victorio* edita Venet. 1554. et in *Wolfii* Gynaeciis T. I.

7. *Poëma Hexametrum de virtutibus herbarum*, quod sub *Aemilii Macri* nomine ambulat, prodiitque Venet. 1506. et Basil. 1530. per *Ioan. Atrocianum*, tum 1540. ex Io. Cornarii recensione, et 1559. per *G. Pictorium Villinganum* 8. non est antiqui illius Ovidio *q*) et

*q*) Ovid. IV. Trist. 10. et Pont. II, 10. Vide Tiraquellum de nobilitate p. 293. Cornarium praefat. ad Pseudo-Macrum, Colomes. c. 6.

neim-

et Isidoro laudati, neque Macri ad quem Plinius III, 5. Epist. sed longe iunioris, cum non Plinii modo et maioris et Valeriani Palladiique, sed Galeni, et Oribasii, et II, 16. (c. 44.) Strabi Galli, qui post Caroli M. tempora vixit, faciat mentionem. Si Gaudentio Merulae credimus, lib. 1. c. ult. antiquitatum Galliae cisalpinae, lib. IV. memorabil. cap. 27. verum auctoris nomen est *Odobonus* sive *Odo* quidam r) Medicus. Quae praeter illud carmen illustris Henricus Ranzovius, Hamburgi 1596. 8. sub Macri nomine edidit hoc titulo: *H. Ranzovii editio librorum Macri de virtutibus herbarum, de quibusdam animalium partibus ac terrae speciebus, itemque meditamentis totius corporis humani, ex Bibliotheca sua Bredensi* (Bredenburg) *depromtorum;* partim *Sereni Sammonici* carmen *de medicamentis totius corporis humani*, (cf. Scheinerum ad Theodori diaetam p. 74.) partim *Strabi Galli Hortulum* referunt. Videnda de hoc Pseudo-Macro Thomae Bartholini dissertatio de Medicis Poëtis, et Reinesii ad Daumium Epist. VIII. et IX. p. 21. 22. 25. Mstum habuit idem Reinesius, itemque alium Codicem Norimbergae Godfredus Thomasius. Libellum qui sub Macri ambulat nomine habeo (F.) cum commentariis *Guilelmi Gueroaldi* et rudibus herbarum iconibus excusum sub saeculi decimi sexti, ut videtur, initia in 8. Volumen clauditur his verbis: *Habetis, iuvenes studiosissimi, Macri Floridi de viribus herbarum opusculum ab omni mendo castigatissimum, una cum interpretatiunculis luce meridiana longe clarissimis.* Prodiit etiam cum iisdem s) Paris. 1522. 8. edente

κειμηλίων litterariorum: Iacob. Thomasium ad Plinii Epist. III, 5. Thom. Crenium VII. animadvers. pag. 112. praecipue Ianum Brockhusium ad Tibulli II 6. p. 275. seq. et Ioannem Baptistam Morgagnum Epistola in Sammonicum p. 66. seq.

r) Alius est Odo sive Otho Cremonensis, qui versus centum quindecim de electione meliorum simplicium ac specierum medicinalium scripsit rhythmo leonino. Liber Francofurti excusus est a. 1533. Colomes. notis ad Gyraldum de poëtis p. 218.

s) v. Mich. Maettar, T. 2. annal. typograph. p. 635.

edente *Simone de Lovitz*, et Francof. 1540. 8. ſub titulo *Macer de re Medica* etc. Minime vero omittendum, quod Hortulus *Strabi Galli*, ante aliquot ſecula ſcriptus, cum ſcholiis Latinis et Germanicis exſtat in Bibliotheca Ampliſſimi Senatus Lipſienſis, addita nonnulla habens de ſpeciebus reſinae, de ventis, ordine ventorum, tonitrubus et fulminibus. Etſi vero auctores ephemeridum literariarum Germanice editarum Lipſiae a. 1710. pag. 1017. affirmant, Codicem illum Caroli M. temporibus ſcriptum eſſe: tamen haud dubie iunior eſt, cum Walafridus Strabus, Coenobii S. Galli Decanus, Hortulum ſuum ad Abbatem Grimaldum diu poſt Carolum Magnum ſub Carolo Calvo ſcripſerit.

8. *Eiuſdem farinae* eſt, quod ſub *Evacis*, Arabum Regis, nomine fertur *carmen de gemmis*, Lubec. 1575. 8. edente *Henrico Ranzovio* cum praef. Henrici Molleri Hamburgenſis, et Lipſ. 1585. 4. cum Epigrammatibus eiuſdem Ranzovii aliorumque de Aula. Neque enim illud auctorem habet *Evacem*, quem Graece ad Neronem de effectibus ſimplicium ſcripſiſſe refert Plinius XXV, 2. ſed *Marbodeum t*) quendam, qui forte aliquid eius argumenti ab Evace *u*) graece ſcriptum habuit, et latinis verſibus expreſſit. Sane Pictorius Villingenſis, a quo, uti ab Alardo Amſtelodam. quoque notis illuſtratum eſt, non dubitavit ſub *Marbodei Galli Cenomanen-*

*t*) In Iſidori gloſſis vocabulo *vaſcillum*, pro *Macrobii* nomine reponendum *Marbodei*.

*u*) Sic enim liber incipit:

*Evax Rex Arabum legitur ſcripſiſſe Neroni*
*Qui poſt Auguſtum regnavit in urbe ſecundus,*
*Quot ſpecies lapidum, quae nomina, quive colores,*
*Quae ſit iis regio, vel quanta potentia cuique,*
*Hoc opus excipiens dignum, componere duxi.*

Qui totum quod de Evace traditur pro commento habent, illi cum Salmaſio prolegom. hyles iatricae nomen ipſum confictum putant ex loco Plinii interpolato, in quo *Evax* lectum ſit per *Cratevax* ſcriptumque ita pro *Cratevas*. Vide Danielem Vinck in amoenitatibus philologico Medicis pag. 238. ſeq.

*manensis* nomine edere, Friburgi 1531. Colon. 1539. 8. In aliis codicibus *Marbodeus* quidem, sed *Cambro Britannus* dicitur, teste Reinesio p. 76. defensionis Variarum lectionum. Idem ait, eius cognomen fuisse *Evanx*, unde factum, ut Evacis se finxerit interpretem. Ianus Cornarius auctor est, in quibusdam exemplaribus dici *Merboldum Episcopum*. Si idem itaque est cum Marbodeo Gallo, praesule Rhedonensi, de quo Vossius pag. 72. de Poëtis latinis; vixit temporibus Henrici III. Imp. med. saec. post Christum natum undecimo. Vide etiam If. Pontani notas ad Macrobium, editionis secundae, et Barthium ad Claudianum p. 704. 1035. Libello praemittitur Epistola duplex ad Tiberium Neronem. Prior incipit: *Salutem dicit Tiberio Evax. Desideranti tibi scribi a me mysteria omnium lapidum* etc. altera in hanc sententiam: *Evax Tiberio Imp. S. Magnifica tua dona accepi per centurionem Lucinium Frontonem nomine* etc. Librum sive Carmen ipsum de gemmis sub *Marbodei* nomine, praemissa illa duplici Epistola, adiunctaque appendice versuum de gemmis quibusdam eo usque ineditorum, et Var. Lect. in ora libri notatis edidit V. C. *Iac. Gronovius* ad calcem Dactyliothecae Abrahami Gorlaei, Lugd. Bat. 1695. 4. novissime *Antonius Beaugendre* Benedictinus inter Hildeberti Cenomanensis et Marbodi *x*) Rhedonensis Episcopi Opera Paris. 1708. f. carmen illud de gemmis vulgavit cum vetere Gallica Metaphrasi aetatis non multo, quam qua fuit Marbodeus, iunioris, cuius hoc est initium:

*Evax fut un multe riches Reis*
*Lu regne tint des Arabais etc.*

Obiit

*x*) In Actis Sanctorum T. IV. Iulii 17. p. 254. exstat vita *S. Alexii* Confessoris, sub saeculi V. initia Romae clari vel Edessae in Syria, auctore Marbodeo, quae incipit.

*Praestans magnatis summae vir nobilitatis*
*Stemmate Romanus effulserat Eufemianus.*


Obiit Marbodeus a. C. 1123. aetatis 88. Confer Vosſium de Hiſt. lat. p. 373. et Ephemerides Pariſ. a. 1708. menſe Iunio p. 551. Perperam tamen in his, licet ex Bellogeneri ſententia, traditur, Marbodeum carminibus ſuis rhythmi cauſa voces interdum nihil plane ſignificantes inſeruiſſe. Nam in exemplo quod affertur pag. 553.

*Nox abit, atque diu iam lux orientis iliu*
*Sparſerat aurorum* — —

Patet *iliu* poſitam eſſe pro ἥλιε, perinde ut Hartungus in verſione Apollonii Rhodii plus ſimplici vice *Eelium* poſuit pro ſole, quod in graeco legerat ἠέλιος, et apud Honorium lib. 1. de imagine Mundi cap. 84. coelum dicitur *caſa iliu*, domus ſolis. Et *Elenbs* pro ἕλληνας poſitum notat Goldaſtus p. 173. ad Eginhartum de vita Caroli Magni. Sic interpres latinus Opuſculorum a Sirmondo editorum p. 201. *cum ſuum ſcilicet Oranus* (ὀυρανὸς) *fuderit ſolem.* Plura eiuſmodi Stephanus Stephanius notis ad Saxonem Grammaticum p. 38.

9. De *Apulejo*, et *Antonio Muſa* ſupra dictum.





# CAPVT IX.

# NOTITIA CELEBRIVM ANTE NOSTRAM AETATEM TYPOGRAPHORVM, SEC. XV. ET XVI. INPRIMIS.

*Abraham* fil. R. Chaiim, Soncini. Sec. XV.
*Adamus de Amberga*, Venetiis Sec. XV.
*Petr. Adam de Michaelibus*, Mantuae Sec. XV.
*Corn. Adelkind*, typogr. Venetiis Sec. XV. in officina Bombergii.
*Io. Amerbachius*, Basileae Sec. XV. extr. et XVI.
*Anissonii, Laurentius*, filius Ioannes, et Ludovicus Laurentius, nepos. Lugduni et Parisiis Sec. XVI. extr.
*Thomas Anselmus*, Badensis Tubingae, Phorcae, Hagenoae.
*Ansicarius* est *Io. Gensfleisch.* v. G.
*Christophorus Arnoldus*, Venetiis Sec. XV.
*Arnoldus Pannartz*, v. *Pannartz.*
*Arnoldus de Bruxella*, Neapoli Sec. XV.
*Andreas Asulanus*, Aldi Socer, Venetiis.
*Andreas Catharensis*, Venetiis Sec. XV. extr.
*Ascensius*, v. *Badius.*
*Iodocus Badius Ascensius*, natus Ascae in territorio Bruxellensi, typographicam artem exercuit Lugduni, deinde Parisiis (obiit 1535.) Tres *Badii* filiae nupserunt tribus typographis celebribus, *Mich. Vascosano*, *Rob. Stephano* et *Io. de Roigny*, vid. Dominicum de Colonia T. 2. p. 588. seq. histor. literariae Lugdun.
*Io. de Ayala*, Toleti Sec. XVI. med.

*Conra-*

*Conradus Badius*, Genevae Sec. XVI.
*Baldarfer*, v. *Waldarfer*.
*Ant. Bartholomaei* Bonon. Venetiis Sec. XV.
*Dominicus Basanus* Venetus, Romae sub Sixto V.
*Ioannes Bebelius*, Basileae Sec. XVI.
*Nic. Bechtermunze*, Altavillae Sec. XV.
*Iac. Bellaert*, Harlemi Sec. XV.
*Balthasar Bellerus*, Duaci Sec. XVI.
*Io. Bellerus*, Antverpiae, (obiit 1595.)
*Io. Bemler* vel *Bamler*, Augustae Vindel. Sec. XV. med.
*Io. Benenatus*, Parisiis, viduam a *Guil. Morelli* duxit et a. 1588. obiit.
*Bernardinus Benalius*, Venetiis Sec. XV.
*Lud. Billaenius*, Parisiis, (obiit 1601.)
*Vinc. Bertochius*, Mantuae, Sec. eod.
*Dorinus Bertochius*, Regiensis, Bononiae Sec. eod.
*Dionysius Bertochius*, Vicentiae Sec. eod.
*Simon Bevilaqua*, Papiensis, Vicentiae Sec. eod.
*Fr. Birkmann*, Hagenoae et Coloniae Sec. XVI.
*Guil. Blaew*, Amstelodami (obiit 1628.)
*Greg. Boetticher*, Lipf. Sec. XV.
*Andr. Bocardus*, Parisiis Sec. XV. extr.
*Sim. Bombasius*, Regii Sec. XVI. init.
*Dan. Bombergius* Antverpiensis, Venetiis ab a. 1511. excudendis libris Hebraicis operam praestitit. De typographis Iudaeorum consules Bartoloccium T. I. Bibl. Hebraicae pag. 432. seq. et A. Chevillierum de origine typographiae Paris. p. 264. seq. et Wolfium longe diligentiorem tom. 2. Bibl. Hebraicae p. 941. seq. 956.
*Fr. Bonacursius*, Florentiae Sec. XV.
*Boninus de Boninis* de Ragusia, Brixiae Sec. XV.
*Marc. Brant*, Lipsiae Sec. XV.
*Iac. Britannicus* et Angelus, Brixiae Sec. eod.
*Brubachii*, Hagenoae et Francof. Sec. XVI.

*Ant. Bruschus*, Regiensis, alias Bettonus, Regii Sec. XV.
*Nic. Brylingerus*, Basileae Sec. XVI.
*Arnoldus Bucking*, Romae Sec. XV.
*Ant. Caillaut*, Parisiis Sec. eod.
*Garwinus Calenus*, Coloniae.
*Zach. Calliergus*, Romae Sec. XV. extr.
*Io. Camusatus*, Paris. typographus Academiae Gall. Sec. XVI.
*Bernardinus de Castillonio*, Mediol. Sec. XV. init.
*Hugo Caxton*, Anglus Sec. XV. Londini inter primos Angliae typographos, nonnullis primus habetur.
*Wolphius Cephaleus*, Argentorat. Sec. eod.
*Io. Cereto de Tridino* et *Io. de Tridino* s. *Tacuinus*.
*Maternus Cholinus*, Coloniae.
*Iac. Chouet*, Genevae.
*Sim. Colinaeus*, Rob. Stephani senioris Vitricus, Parisiis ab a. 1520. ad 1546.
*Io. de Colonia*, Venetiis Sec. XV.
*Hieronymus Commelinus*, Gallus, Heidelbergae obiit 1597. eiusdem sunt libri editi ex officina Sanct-Andreana. Catalogus librorum, quos excudit Commelinus vel quorum exemplaria ad se recepit, 1599. 8.
*Phil. Condam*, Venetiis Sec. XV.
*Stephanus Corallus*, Lugdunensis, Parmae Sec. XV.
*Frid. Corsellis*, Courcelles proprie, primus Angliae typographus Oxonii.
*Christoph. Corvinus*, Herbornae.
*Laurentius Ioan. Costerus*, inter primos typographos, Harlemi. vid. de eo Bullartii Academiam scientiarum. T. 2. p. 252. seq. et Mermanni orig. typ.
*Gill et Cousteau*, Parisiis Sec. XV. extr.
*Sebastianus Cramoisy* Parisiis typographus Regius Sec. XVI.

*Gabriel*

*Gabriel Cramoisy* et *Sebast. Mabre Cramoisy* etc. ibid. Catalogus librorum in officina Cramoisiana impressorum Paris. 1678. 8.
*Andr. Cratander*, Basileae Sec. XVI. init.
*Mart. Cranz*, Paris. Sec. XV.
*Io. Crispinus*, Genevae Sec. XVI.
*Demetrius* Cretensis, Florentiae Sec. XV. sed vid. infra in *Lascaris*: nam quod ibi de Lascari est, id et in hunc et alios, qui ad calcem librorum graecorum primorum memorantur, ut Homeri, Svidae, valet.
*Iac.* et *Io. Cromberger*, Hispali Sec. XVI. med.
*Curio* Basileae Sec. XVI.
*Conradus Denkmuth*, Vlmae Sec. XV.
*Ioan. Dissolus*, Mediol. Sec. XVI. init. graecos libros edidit.
*Lud. Ditius*, Spirensis, primus Rostochii typographiam Sec. XV. exercuit: post eum in Nicol. Mareschalci Thurii aedibus *Guntherus Winter*.
*Stephanus Doletus*, Lugduni, (combustus Parisiis 1546.)
*Petr. Drach*, Spirae Sec. XV.
*Andr. Drizchen* Argentoratensis, primus Argentinae tentavit typographiam.
*Henr. Eckert van Homberg*, Antverpiae Sec. XV.
*Henr. Eggestein*, Argentinae cum Mentelio Sec. eod.
*Bonaventura Elzevirius*, *Abrahamus Elzevirius*, *Ludovicus Elzevirius*, } Amstelodami et Lugd. Bat.
*Daniel Elzevirius*, obiit a. 1680.
*Endteri*, Noribergae.
*Nicolaus Episcopius*, Io. Frobenii gener, Basileae (obiit 1564. filium cognominem mors in flore aetatis occupavit.)
*Io. Enschedius*, Harlemensis Sec. XV.
*Farrea* typographia Venetiis clara Sec. XVI.
*Conradus Finer*, Eslingae circa a. 1475.

*Martinus Flach*, Argentinae Sec. XV.
*Bened. de Fontana*, Venet. Sec. eod.
*Io. de Forlivio*, Venetiis Sec. eod.
*Eucharius Frank* al. Silber Romae Sec. eod.
*Paul. Freidenberger*, Veronae Sec. XV.
*Io. Frellonius*, Lugduni Sec. XVI. med.
*Mich. Friburger*, Socius M. Cranz.
*Andreas Frisius*, Amstelodami, (obiit 1687.)
*Io. Frobenius*, Basileae (obiit 1527.)
*Hieronymus Frobenius*, Ioannis F. ibidem (obiit anno 1563.)
*Christoph. Froschoverus*, Tiguri Sec. XVI.
*Io. Froschoverus*, Augustae Vind. Sec. XV. extr.
*Io. Faust*, civis Moguntinus inter primos artis typographiae inventores cum genero *Petro Scheffero* de Gerensheim et *Io. Guttenbergero* Argentinensi, ministro suo.
*Gallus*, v. *Han*.
*Io. Gensfleisch*, Senior, Moguntiae (lat. *Ansicarius*) primum librum impressit typis Harlemensibus.
*Io. Gensfleisch*, iun. ap. Io. Guttenberg.
*Gering*, Paris. Sec. XV.
*Gerson* Soncinas e primis typographis Iudaeorum, Soncini Sec. XV. cuius etiam pater typographus Soncini fuit; et typographiam etiam Constantinopoli instituit.
*Nic. Girardengus*, Venetiis, item Papiae, Sec. XV.
*Franc. Girardengus*, Papiae Sec. eod.
*Ambros. Girault*, Paris. Sec. XVI. init.
*Hubertus Golzius*, Brugis, (obiit 1583.)
*Aegidius* et *Ioannes Gormontii*, Paris. Sec. XVI.
*Io. Gruninger*, Argentinae Sec. XV. extr.
*Sebast. Gryphius*, Germanus, Lugduni Sec. XVI. med.
*Ant. Gryphius*, Paris.
*Io. Gryphius*, Venetiis.

Bern-

*Bernhard. Gualterus*, Coloniae.
*Steph. Guilleretі* de Lotharingia, Romae Sec. XVI. init.
*Io. Guttenberg*, primus vel inter primos typographiae auctores Moguntiae, dictus et *Io. Gensfleisch* v. supra. item *zum Iungen*.
*Io. Gymnicus*, Coloniae Sec. XVI.
*Daniel* et *Franc. Hackius*, Lugd. Bat. Sec. XVII.
*Hamso Hamman* cognomento *Herzog*, qui cum *Octaviano Scoto*, typographiam primus ad Venetos attulit.
*Vlric.* et *Lupus Han*, Romae Sec. XV.
*Henric. Petr. de Harlem*, Vicentiae Sec. eod.
*Henric. de Harlem*, Bononiae Sec. eod.
*Gerhardus de Harlem*, Florentiae et Senis Sec. eod.
*Benedict. Hector*, Bononiae Sec. eod.
*Henricus Coloniensis*, Brixiae cum Statio Gallico Sec. eod.
*Georg. Herolt*, Bambergensis, Romae Sec. eod.
*Io. Hervagius*, Basileae Sec. XVI.
*Antonius Hierat*, Coloniae Sec. XVII. init. Catalogus librorum ex eius officina vulgatorum usque ad a. 1620. exstat.
*Gotfridus Hittorpius*, Coloniae.
*Hieron. Hoelzel*, Noribergae Sec. XVI. init.
*Io. Anton.* et *Benignus* fratres *de Honate*, Mediolani Sec. XV.
*Seb. Honoratus*, Lugduni.
*Iac. Huguetanus*, qui vitas patrum excudit a. 1515. inde floruerunt Huguetani apud Lugdunenses et sub seculi superioris decimi septimi exitum Amstelodami.
*Thom. Hunte*, Oxonii Sec. XV.
*Nic. Ienson* sive *Iansonius* Gallus, unde et se Gallicum dicit, Venetiis circa a. 1477.
*Io. Iansonius*, Amstelodami.

*Iodocus Ianſonius*, Amſtelodami. De Ianſoniis et Blaevio vid. Almelovenii epiſtolas ad Fabric.

*Mich. Iſingriſius*, Baſileae (obiit 1557.)

*Benedict.* et *Phil. Iunta*, Florent. Sec. XVI. init.

*Bernhardus Iunta*, Venetiis.

*Conr. Kacheloven*, Lipſiae Sec. XV.

*Nic. Kesler*, Baſileae circa a. 1490.

*Henr. Knobloch*, Argentinae Sec. XV.

*Anton. Koburger*, Noribergae Sec. XV. extr.

*Laſcarim* typographum Florentiae, laudat Codrus Vrceus cum Aldo, qui ab a. 1494. Venetiis et Io. Ant. Platonide, qui Bononiae circa idem tempus hanc artem exercuit. Sed Henrico Stephano auctore, Io. Laſcaris et Marcus Muſurus tantum honoris arti typographicae detulere, ut non indignam exiſtimarint, cui ſuam operam navarent, fungentes munere correctorum, non autem libros ipſi imprimentes.

*Phil. Lavania* vel *Lavagnia*, item *Lavanius*, Mediolanenſis inter primos.

*Io. a Laudenbach*, Sex. XV. et init. XVI. primos libros ſuos impreſſit Romae, dicitur et primus libros Romae excudiſſe, ſed ut miniſter officinae, non ut magiſter.

*Georg. Laver*, Herbipolitanus, Romae Sec. XV.

*Gerardus Leeu*, Antverp. Sec. eod.

*Herm. Lichtenſtein*, Colonienſis, Venetiis Sec. eod.

*Io. Philip. de Lignamine*, Romae Sec. eod.

*Bonetus Locatellus*, Venetiis Sec. eod.

*Simon Luca*, Romae Sec. eod.

*Io. Luft*, Vitebergae ab a. 1534. ad 1574. vid. *Guſtav. Ge. Zeltnerum* in eius vita edita Noribergae 1727. 4. cum notitia Bibliorum et aliorum D. Lutheri ſcriptorum, ab eodem impreſſorum.

*Sim. Magnanus*, Mediolani Sec. XV.

*Io. Maire*, Lugd. Bat. Sec. XVII.

*Bened.*

*Bened. Mangius*, Mediolani Sec. XVI. initio, Socius *Bissoli*.

*Philipp. Mantegatius*, Mediolani Sec. XV.

*Io. Manthen* de Gerensheim, Socius *Io. de Colonia*.

*Aldus Pius Manutius*, Romanus, Venetiis primus usus est literis cursivis ab a. 1501. (obiit a. 1516.)

*Paul. Manutius*, Aldi F. Venetiis (obiit 1574.) Romam vocatus a Pio IV.

*Aldus Manutius*, Pauli F. Pii Nepos, Venetiis et denique Romae (obiit 1597.) sub Sixto IV. Romam se contulit, typographiae Vaticanae sub Clemente VIII. Rector. Librorum in *Manutiorum* officina impressorum notitiam dabunt *Io. Ge. Schelhorn* T. X. amoenitatt. liter. p. 1169 — 1197. *Frid. Iac. Beuschlagius* in Sylloge omnium opusculorum p. 644 — 669.

*Mich. Manzoli*, Tarvisii Sec. XV.

*Iac. Marlianus*, Mediolani Sec. eod.

*Theodoricus Martinus*, Alosti in Flandria ab a. 1474. et Antverpiae ab a. 1509. et Lovanii ab a. 1516.

*Martinus*, Herbipolensis, Lips. Sec. XV. extr.

*Petr. Mauser*, Gallicus, Veronae Sec. XV.

*Io. Meidenbach*, Moguntinus, adiutor Guttenbergii, et alius eius cognatus Moguntiae Sec. XV. exeunte.

*Henr. Memius*, Parisiis.

*Io. Menardus*, Parisiis Sec. XV. extr.

*Io. Mentelius*, denatus 1472. inter primos typographos Norimbergenses.

*Sim. de Milapges*, Burdigalae.

*Alex. Minutianus*, Mediol. Sec. XV. extr. et seq.

*Matthias Moravus*, (de Olmuz) Neapoli Sec. XV. ante Ianuae cum *Michaële Monaco*.

*Wolfgang. Molitor*, Lipsiae Sec. XV. extr.

*Guil. Morellus*, Parisiis obiit 1564. typographus regius et Graec. L. Professor.

*Ioan-*

*Ioannes* et *Claudius Morellus*, Guil. fratres, Parisiis.
*Federicus Morellus* Vascosani gener, pater *Federici*, Professoris Regii, ibidem typographus Regius: natus a. 1523. et typographus Regius ab a. 1571. ad 1581. defunctus a. 1583. At *Federicus Morellus*, filius, Professor et typographus Regius ab a. 1581. ad 1630. Huius frater *Claudius* a. 1620. defunctus tres filios habuit, *Federicum*, *Carolum*, *Aegidium*.
*Adam Moretus*, Daventriae Sec. XV.
*Io. Moretus*, Plantini gener, Antverpiae et Lugd. Batav. (obiit 1610.)
*Baltasar Moretus*, *Ioannis* fil. Daventriae (obiit 1641.)
*Arnold. Mylius*, Luxenburgensis, Antverpiae primum post Coloniae versatus, obiit a. 1600.
*Hermann. Mylius*, Coloniae.

*Iac. de Nazario*, Mediolani Sec. XV.
*Sebastian. Nivellus*, Parisiis Sec. XVI.
*Bernh. de Novaria*, Venetiis Sec. eod.
*Nutius*, Antverpiae Sec. XVI. med.

*Io. Oporinus*, Basileae Sec. eod.

*Conrad. Pachel*, Mediolan. Sec. XV. et *Leonardus Pachel*, Socius *Scinzenzeleri*, ibid. Sec. eod.
*Zach. Pafraed* sive *Pafroed*, Coloniensis, Daventriae circa a. C. 1477.
*Paganinus de Paganinis*, Venetiis Sec. XV.
*Iac. de Paganinis*, Brixiensis ibid.
*Hieron. de Paganinis*, ibid.
*Zach. Paltenius*, Francofurti.
*Arn. Pannarz*, Germanus, qui cum Socio *Sweinhemio* primus typographiam in Italiam intulit, et primum in monasterio Sublacensi, deinde Romae exercuit ab a. 1467.
*Dionysius Paravisinus*, Mediolan. Sex. XV. primus omnium codices graecos integros excudit. Nomen eius

eius tantum reperitur in Lascaris Grammatica: sed et insequentium annorum libri Graeci eius sunt.

*Parvus*, Paris. Sec. XV. extr.

*Peregrinus de Pasqualibus*, Venetiis Sec. XV.

*Mamertus Patissonius*, Rob. Stephani filii Socius, cuius postea typographiam accepit. Parisiis obiit 1601.

*Philippus Patissonius*, Mamerti filius.

*Christoph. de Pensis*, Venetiis Sec. XV.

*Ludov.* et *Albertus* fr. Pedemontani, Mediolan. Sec. eodem.

*Petrus Perna*, Basileae.

*Io. a Petersheim*, vel potius *Pfedersheim*, Francofurti Sec. XV.

*Io. Petreius*, Norimbergae Sec. XVI.

*Thom. Petri*, proximus a Costero, eiusdem gener: eius filii *Petrus*, *Andreas* ac *Thomas*.

*Henr. Petri*, Ioannis a. 1511. denati filius, Basileae obiit 1579. relicto filio *Sebastiano*.

*Adamus Petri*, Basileae Sec. eod.

*Peypus*, Noribergae, Sec. eod.

*Philipp. Pincius*, Venetiis Sec. XV.

*Christophorus Plantinus*, Turonensis, Antverpiae et Lugduni Batavorum Sec. XVI.

*Thom. Platterus*, Basileae Sec. XVI.

*Sebast. de Pontremulo*, cum *Henrico Germano*, Mediol. Sec. XV.

*Andreas Portilia*, Parmae Sec. XV.

*Poncet le Preux*, Paris. Sec. eod. extr.

*Petr. Quentel*, Coloniae Sec. eod. extr.

*Io. Quentel*, ibid. Sec. XVI. med.

*Francisc. Raphelengius*, Plantini gener, Lugd. Batav. obiit 1597.

*Erh. Ratdolt*, Augustae Vindel. Sec. XV.

*Lud. Regius*, Basileae.

*Berthold.*

*Berthold. Rembolt*, Parisiis Sec. XV. extr.
*Rutgerus Rescius*, Lovanii Sec. XV. init.
*Franc.* et *Hieron. de Ragazonibus*, Venet. Sec. XV. item *Bartholomaeus*.
*Bernh. Richel*, Basileae Sec. XV.
*Rihelii*, Argentorati Sec. XVI.
*Benedictus Rigaltius*, Lugd.
*Alexis Rodekius*, Cracoviae et Racoviae.
*Guil. Rovillius*, Lugduni.
*Adam Rot*, Romae Sec. XV.
*Adam Rubeus* Ferrariae Sec. eod.
*Iac. Rubeus*, Gallicus, Venet. Sec. eod.
*Hugo Rugerius*, Regiensis, Bononiae.
*Henr. Rumel*, Noribergae Sec. XV.
*Adolph. Ruschius*, Argentinae, gener Mentelii.
*Sixtus Rusiger*, vel *Ruessinger*, Argentoratensis, qui primus libros impressit Neapoli Sec. XV.
*Iac. Sanlucius*, (*de Sanlecque*) Parisiis Sec. XVII. auctor typorum pulcerrimorum Paris. item notarum Musicarum. Marvillii miscell. I. p. 103. s.
*Io. Schallus*, Mantuae Sec. XV.
*Io. Schoeffer*, Socius Fausti Moguntiae Sec. XV.
*Io. Schoeffer*, Petri filius Moguntiae Sec. XV. frater eius fuit *Ivo Schoeffer*.
*Io. Schottus* Friburgi, Basileae, tandem Argentorati Sec. XVI.
*Schureri*, Selestadii et Argentinae Sec. eod.
*Io. Schusler*, Augustae Vindel. Sec. XV.
*Vlricus Scinzenzeler*, Mediol. Sec. eod.
*Io. Angelus Scinzenzeler*, ibid.
*A. Scotus*, Modoëtiensis, Romae Sec. XV.
*Melch. Sessa*, Venetiis Sec. XVI. init.
*Guil. de Signerre*, Mediol. Sec. XV.
*Eucharius Silber* alias *Franck*, Romae Sec. XV.
*Simon*, Papiensis, Vicentiae Sec. eod.

*Clemens*

*Clemens Sleichius*, Francofurti. *Richelius* et *Matth. Schurerius*, Argentorati.

*Io. Secerius*, Hagenoae Sec. XVI.

*Lazarus de Soardis*, Venetiis circa a. 1500.

*Soncinates* fratres, typographi Iudaeorum Sec. XV. extr. in Italia, qui primi Codicem hebraicum V. T. edidere Soncini, Brixiae, Pisauri, Neapoli, Constantinopoli, primus fuit Gerson vid. supra in Gerson.

*Mich. Sonnius*, Paris. Sec. XVI. med.

*Ant. Sorg*, Augustae Vindel. Sec. XV.

*Io.* et *Wendelinus de Spira*, Venetiis Sec. eod.

*Io. Stelsius*, Antverp. Sec. XVI.

*Henr. Stephanus*, Parisiis (obiit 1519.)

*Robertus Stephanus*, Henrici F. Badii Ascensii gener, ibid. typographus Regius, corrector speciminum typographicorum, usus Ranconneto viro doctissimo.

*Carol.* et *Franciscus Stephani*, Roberti fratres, ex quibus *Carolus* typographus Regius, ibid.

*Henr. Stephanus*, Roberti F. Parisiis et Genevae (obiit Lugduni 1598.) typographorum doctissimus, non aeque felix, Wecheliis Francofurtensibus vendidit partem suorum characterum.

*Robertus Stephanus*, Henrici frater, a patre Roberto hereditate exclusus, quod Pontificiae religioni nuncium mittere nollet, Parisiis (obiit 1588.) typographus Regius.

*Paullus Stephanus*, Henrici F. Genevae.

*Franc. Stephanus*, Roberti F. Parisiis (ab a. 1589. ad 1628.)

*Anton. Stephanus*, Paulli F. ibidem typographus Regius. De hisce Stephanis post Almelovenii librum Amstelod. 1683. 8. editum v. Mich. Maettarius in Stephanorum historia, vitas ipsorum librosque ab illis editos et excusos complectente. Lond. 1709. 4. qui etiam Catalogos librorum a Roberto Stephano et

Henrico

Henrico vulgatorum exhibet T. 2. annal. typograph p. 462. ſeq.

*Sternii*, Luneburgii.

*Iac. Stoer*, Genevae Sec. XVI.

*Sweinheim*, v. *Pannarz*.

*Guil. Sylvius*, Antverp. Sec. XVI. med.

*Tacuinus* eſt *Io. de Tridino*.

*Iac. Tanner*, Lipſ. Sec. XV. extr.

*Gothofredus Thory*, Pariſiis ſub Ludovico XII.

*Io. Ludovicus Tiletanus*, ibid. Sec. XVI.

*Laur. Torrentius*, Florentiae circa a. 1548.

*Io. Tornaeſius* (*de Tournes*) Lugduni cum filio cognomine, qui Lugduno Genevam a. 1584. abiit.

Nepotes *Io. Antonius* et *Samuel Tornaeſii*. ibid. et Genevae. Ex eadem gente *Iac. de Tournes*, qui hoc ſeculo Lugduni fuit.

*Bapt. de Tortis*, Venetiis Sec. XV.

*Io. Trechſel*, Germanus, Lugduni a. 1487. et deinceps. Filia eius Thalia nupſit Iodoco Badio. vid. Dominicum de Colonia T. 2. hiſt. lit. Lugd. p. 586. ſeq.

*Bernardinus de Tridino*, Venetiis Sec. XV. idem *Tacuinus*.

*Adrianus Turnebus*, Pariſiis, typographus Regius ab a. 1552. ad 1555. Francicum nomen fuit *Tournebeuf*, et Graecae L. Profeſſor.

*Bernh. Turriſanus*, Pariſ. Sec. XVI. med.

*Fred. Turriſanus*, Venet. eodem tempore.

*Angelus Vgoletus*, Parmae Sec. XV. extr.

*Michael Vaſcoſanus*, Iodoci Badii gener, Rob. Stephani et Roigny affinis, floruit Pariſiis ab a. 1532. ad 1576.

*Io. Veldenaer*, Belg. Sec. XV.

*Io. Vercellenſis*, Tarviſii Sec. eod.

Domini-

*Dominicus Vespoles*, (*de Vespolate*) Mediolani Sec. eodem.
*Io. de Vienna*, Vicentiae Sec. eod.
*Eustachius Vignon*, Genevae Sec. XVI.
*Bartholomaeus Vincentius*, Lugduni Sec. eod.
*Vindelinus Spirensis*, v. supra in *Spira*.
*Bernardinus de Vitalibus*, interdum *Bernardinum* simpliciter se appellat, Venetiis Sec. XV.
*Antonius Vitreus*, Parisiis, typographus Regius, Sec. XVI.
*Marinus Vitreus*, ibid. Sec. XVI. med.
*Adrian. Vlacq*. Hagae Comitis.
*Ernestus Voegelinus*, Lipsiae Sec. XVI. de cuius laudibus vide Ioachimi Camerarii Epistolas libro secundo Epist. 6. p. 116. seq.
*Christoph. Waldarfer*, Ratisbonensis Sec. XV. primum Mediolani, post Venetiis, dicit se et *Baldarfer*.
*Io. Walder*, Basil. Sec. XVI.
*Christian. Wechelius*, Gallus, Parisiis Sec. eod.
*Andreas Wechelius*, Christiani filius, Parisiis et post a. 1573 Francofurti, quo concesserat propter nuptias Parisinas.
*Wecheliani haeredes*, *Io. Wechel* Andreae filius generique *Claudius Warnius* et *Io. Aubrius*, Francofurti et Hanoviae.
*Io. de Westphalia*, Alosti in Flandria Sec. XV.
*Io. Wiener*, Augustae Vindel. Sec. XV.
*Anton.* et *Rob. Winter*, Basileae Sec. XVI.
*Guntherus Winter*, Rostochii Sec. XV.
*Io. Winterburger*, lat. *de Hiberna arce*, Vindobonae primus typographus Sec. XV. extr.
*Wolfgang de Monaco*, Lips. Sec. XV. extr.
*Io. Wrester*, Mediol. Sec. XV. inter primos.
*Io. Zainer*, Augustae Vind. Sec. XV.
*Gunther Zainer*, Vlmae —

*Bartholomaeus Zanettus*, Venet. Sec. XVI.
*Bartholomaeus de Zanis*, de Portesco Venetiis Sec. XV.
*Antonius Zarottus*, Mediolani typographus primus Sec. XV.
*Vlricus Zell*, Coloniensis Sec. XV.
*Innoc. Zilettus*, Veronae Sec. XV.

Addemus Catalogum antiquissimum qui exstat librorum excusorum a duobus Germanis, qui Romae primi typographicam artem cum laude exercuere, *Conrado Sweinheim* et *Arnoldo Pannartz*, ex quo et numerum exemplarium, consuetorum primis illis temporibus tunc excudi, et querelam indignam de egestate, cum qua primis illis utilissimae artis cultoribus in urbe nobilissima conflictandum fuit, et editiones antiquissimas praestantissimorum scriptorum intelligere poteris. En igitur Catalogum illum petitum ex Epistola, quam Ioannes Andreas, Aleriensis Episcopus praemisit quinto tomo Bibliorum cum glossis Nicolai de Lyra, in editione Romana 1472. fol. et a Clariss. Maettario excerptum pag. 48. Tomi I. Annalium typographicorum.

## IO. ANDREAS AD XYSTVM IV.

— Vt digneris misericorditer occurrere, servuli tuae Sanctitatis *Conradus Schweinheim* et *Arnoldus Pannartz*, Impressores nostri ac utilissimae huius fictoriae Artis primi in *Italia* opifices implorant. — Vox impressorum sub tanto chartarum fasce laborantium et, nisi tua liberalitas opituletur, deficientium ista est. — Nos de *Germanis* primi tanti commodi Artem in *Romanam* Curiam tuam multo sudore et impensa, decessoris tui tempestate deveximus. Nos Opifices Librarios caeteros, ut idem auderent, nostro exemplo incitavimus.

tavimus. — Indicem ſi perlegeris impreſſorum a nobis Operum, miraberis — vel chartas huic Librorum copiae potuiſſe vel linamenta ſufficere — Impreſſi ſunt noſtro ſtudio Libri, qui in ſubiectis ſuo ordine tibi recenſebuntur.

| | |
|---|---|
| Donati pro puerulis, ut inde principium dicendi ſumamus, unde imprimendi initium ſumpſimus, numero trecenti. | CCC. |
| *a*) Lactantii Inſtitutionum volumina Octingenta viginti quinque. | DCCC. XXV. |
| *b*) Epiſtolarum familiarium Ciceronis volumina quingenta quinquaginta. | D. L. |
| *c*) Epiſtolarum ad Atticum volumina ducenta Septuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| *d*) Speculi humanae vitae volumina trecenta. | CCC. |
| *e*) Divi Auguſtini de civitate Dei volumina octingenta viginti quinque. | DCCC. XXV. |
| *f*) Divi Hieronymi Epiſtolarum et Libellorum volumina mille et centum. | M. C. |



*a*) A. 1465. et 1468.
*b*) 1467.
*c*) 1470.
*d*) 1468.
*e*) 1468. Hunc annum non dubito vidiſſe ſuo in exemplo Clariſſ. Maettarium. Ego autem (F.) vidi exemplum eiuſdem editionis, quod praeferebat annum 1470. et in auctione B. Conſulis noſtri D. Bernhardi Matfeldi hoc a. 1722. vaenibat marcis centum Lubecenſibus. Nimirum ut hodie etiam ſolet fieri, eiuſdem editionis exemplis typographi aliis annum quo abſolvitur editio, aliis ſequentem proximum vel tertium etiam inſcribunt, ut ſemper recentiſſimus liber emtoribus appareat. (immo hic liber, ut et alii, repetitus ab ipſis eſt.)
*f*) 1468.

| | |
|---|---|
| g) M. Tull. Ciceronis de Oratore cum caeteris, volumina quingenta quinquaginta. | D. L. |
| h) M. Tull. Ciceronis operum omnium in philoſophia, volumina quingenta quinquaginta. | D. L. |
| i) L. Apuleji Platonici cum Alcinoo, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| k) A. Gelii noctium Atticarum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| l) C. Caeſaris Commentariorum Gallici et civilium bellorum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| m) Defenſionis Divi Platonis, volumina trecenta. | CCC. |
| n) P. Virgil. Maronis operum omnium, volumina quingenta quinquaginta. | D. L. |
| o) T. Livii Patavini cum epitomate omnium decadum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| p) Strabonis Geographici, volumina ducenta ſeptuaginta quinque | CC. LXXV. |
| q) M. Ann. Lucani, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| r) C. Plynii Veronenſis de naturali hiſtoria, volumina trecenta. | CCC. |
| s) C. Svetonii Tranquilli de duodecim Caeſaribus, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |

Div.

g) abſque anni nota.
h) 1471.
i) 1469.
k) 1469.
l) 1469.
m) abſque anni nota.
n) nondum vidi.
o) abſque anni nota.
p) nondum vidi.
q) 1469.
r) 1470.
s) 1470.

| | |
|---|---|
| *t*) Div. Leonis Papae Sermonum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| *u*) M. Fabii Quintiliani Inſtitutionum Oratoriarum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| *x*) Continui ſive Catenae aureae D. Thomae Aquinatis, volumina quingenta quinquaginta. | D. L. |
| *y*) Div. Cypriani Epiſtolarum volumina ducenta ſeptuaginta quinque | CC. LXXV. |
| *z*) Bibliae cum opuſculo Ariſteae, volumina quingenta quinquaginta. | D. L. |
| *a*) Silii Italici cum C. Calpurnio et Heſiodo, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| *b*) Orationum M. Tullii Ciceronis cum invectivis in Antonium, Verrem, Catilinam et caeteros, volumina ducenta ſeptuaginta quinque. | CC. LXXV. |
| *c*) P. Ovidii Naſonis Metamorphoſeos et Elegiarum omnium, volumina quingenta quinquaginta. | D. L. |
| *d*) Nicolai de Lyra, volumina mille et centum. | M. C. |

,Horum omnium voluminum ſumma — efficit codices duodecies mille quadringentos ſeptuaginta quinque; acervum quidem ingentem, et nobis Impreſſoribus tuis, qua parte reſtat, intolerabilem — ingens ſumptus ad victum neceſſarius ceſſantibus emptoribus ferri amplius a nobis nequit, et ementes non eſſe nul-

 lum

*t*) 1470.
*u*) 1470.
*x*) non vidi.
*y*) 1471.
*z*) 1471.
*a*) 1471.
*b*) 1471.
*c*) 1471.
*d*) 1471. 1472.

lum eſt gravius teſtimonium, quam quod domus noſtra ſatis magna plena eſt quinternionum, inanis rerum neceſſariarum — parati ſumus pro Clementiae tuae arbitrio de noſtra merce, i. e. de impreſſis quinternionibus noſtris tibi tot tradere, quot volueris, et quibus volueris. — Tua incredibilis manſuetudo ſubveniat nobis de aliquo officio, unde poſſimus nos et noſtros alere. Impenſa eſt facta in ſolius *Nic. de Lyra* a nobis voluminibus tanta, ut amplius nihil nobis ſuperſit ad vivendum. Si venderemus opera noſtra, non ſolum a pietate tua nihil peteremus, ſed ultro in praeſentium temporum articulo, in quo te plurimum egere non neſcimus, ipſi noſtra offerremus; faciemuſque, quotiens tuo adiumento fortuna nobiſcum uſa eſſe videbitur fronte ſereniore. Interea, Pater Sancte, adiuvent nos miſerationes tuae, quia pauperes facti ſumus nimis — XX. Marcii. M. CCCC. LXXII. Pontificatus tui Clementiſſimi anno primo.

Ceterum ne hic Catalogus turbet rationes horum librorum; tenendum eſt, quorundam exempla eſſe non unius, ſed binarum forte et trium editionum, ut Lactantii, Auguſtini de Civitate Dei, Ciceronis de Oratore, qui libri primum in Monaſterio Sublacenſi, deinde iterum Romae editi ſunt. Exemplum librorum de Oratore tale nos nuper nacti ſumus, ſed cui ceteri libri minores oratorii non adiuncti ſunt.



INDEX



# INDEX

## CAPITVM IN LIB. I. II. III. ET IV.

### LIBRI I.

LIBRI

# INDEX CAPITVM.

## LIBRI II.

Caput I.



Cap. II.



Cap. III.



Cap. IV.



Cap. V.



Cap. VI.



Cap. VII.



Cap. VIII.



Cap. IX.



Cap. X.



Cap. XI.



Cap. XII.



Cap. XIII.



Cap. XIV.



Cap. XV.



Cap.

Cap.

Cap.

